TOMVS TREDE-
CIMVS EPISTO-
LARVM IOANNIS
DANTISCI EPIS-
COPI.:


Poselstwa Dantiska do Karola V.

Tomus tredecimus Epistolarum regis Sigismundi primi et Joannis Dantisci oratoris regii.

Per me Stanislaum Gorski Canonicum recollect[us]







Quod
Ser.mo
ab i
stam
tmc
lici
apu
in f
Beg
dom
roga
tion
mim
ctur
illi
gia
sim
amo

Inte
Nap

Legatio ad Caesarem Maximilianum
à Sigismundo primo Rege Poloniae data
Ioanni DANTISCO

Quod Illustrissima domina Dux Barien significauit Mti Regiae Sermam dominam Ioannam Reginam Neapolis fato functam, et se ab illa haeredem bonorum eius omniu mobiliu et immobiliu testamento esse constitutam. quoru immobiliu bonorum possesionem obtinere non posset absq fauore et consensu Sermi domini Regis catholici. postulauitq vt Mtas Regia ageret cum apud Caes. Maximilianum Mtem, tum apud ipsum Sermu dominu Regem catholicu Carolum rege Hispan. quo id testamentu in firmitate et robore suo conseruaretur. quapropter cum Mtem Regiam deceat pro debito necessitudinis, res et negotia ipsius Illmae dominae Ducis Barien aeque habere cordi, atq sua ipsius propria. rogare illam omni studio Caesaream Mtem, vt operam et comendationem suam in ea re, modo quo meliori poterit faciat. ad ipsu Dominu Regem catholicu, quo illius Mtas ratum habere velit dictum testamentu, et dominam Ducem Barien in possesione bonoru illi relictoru permittere et conseruare dignaretur. quod Mti Regiae non minus esset gratu qua negotiu suu propriu. velletq vicissim et Caesareae Mti, et domino Regi catholico, id omni studio, amore, et gratificatione semper referre.

Legatio ad Sermum Regem Hispaniae
Carolum Quintum à Sigismundo primo
REGE POLONIE

Intellexisse Mtem Regiam Sermam dominam Joannam Reginam Napuliae decessisse, et Illmam dominam Isabellam Ducem Me-

diolani, et Barii hæredem bonorum suorum omnium mobilium et immobili:
um scripsisse, quæ sine voluntate et ratihabitione domini Regis ca:
tholici obtinere non posset, et quoniam non ignorat illius Mtas
contractam esse affinitatem, inter Mtem Regiam, et dictam domi:
nam ducem Isabellam, quando eam arctiorem coniunctionem cum do:
mino Rege catholico Mti suæ, ita vt erat tum eius Mtis, tum Cæsareæ
celsitudinis desiderium, fata negauerunt, decere hac necessitudine
vt res et rationes omnes, præfatæ dominæ Ducis Isabellæ, sint
Mti suæ æque curæ et cordi quàm suæ ipsius propriæ. Proinde mi:
sisse nunctium suum ad illius Mtem catholicam, et petere optareque
ab illa omni studio, quo testamentum hoc ratum habere, et ipsam
ill.mam dominam ducem Isabellam, in possessione bonorum sibi re:
lictorum conseruare, et manutenere velit. idque illius Mtas facere
dignetur, vel hac causa, quod olim eadem domina Dux Isabella magno
adiumento fuerat Ser.mo olim domino Regis Hispaniæ auo illius
Mtis, in assequendo Regno Neapolitano. Et propterea faceret
illius Mtas rem se dignam, qua etiam et Cæsareæ Mti gratifi:
caretur, et Mtem Regiam sibi perpetua beneuolentia, et amo:
re deuinceret

Oratio ad Coesarem Maximilianum, Ioannis Dantisci Oratoris Sigismun: di primi Regis POLONIE

P Rodire in tanti tamque potentissimi Regis conspectum orationem
habiturus nemo equidem deberet, nisi qui eruditione singulari, sum:
ma magnarum rerum experientia, et quadam vel Demosthenis
vel ipsius Ciceronis eloquentia præditus esset. Regias enim au:
res nihil aliud quàm quod accurate elaboratum et quod examussim
politum est, audire conuenit. quum autem Ser.mus dominus me:
us Poloniæ Rex, eam re opera et seruitio meo uti dignatus est

vt pote illius, qui iuuenta et vegeto corpore, ad tam longinquum conficiendum iter, idoneus visus sum, dabit catholica Mtas vra veniam, eoq facilius, quo vix antea auditum est quenquam a remotissimis Arctois regionibus non procul ad Gades, hactenus ad catholicam Mtem vram transmissum, clementerq hominem non Latinum, sed Sarmatam latine balbucientem audiet, et ne multo hoc, et exotico sermone rudis loqutor sim morosior, rem paucis Ser.mi domini mei nomine catholicę Mti vræ referendam, et ex præscripto exponam.

Superioribus annis, quum fælicissimæ recordationis, sacratissima Mtas Cæsarea, cum Ser.mis Hungariæ, Poloniæ et Bohemiæ Regibus in Pannonia superiore conuenisset. quæ ibidem fœdera, amicitiæ, matrimonia, et affinitates parte ab vtraq contractæ sunt, catholicam Mtem vram latere non arbitror. Ab eo tempore quo, studio beniuolentia amore Ser.mus do. meus Catholicam Mtem vram prosequi ceperit dici non potest. quæsiuit ergo ex Cæsareæ Mtis inductione, arctiorem cum Cathol. Mte vra necessitudinem quæ quoniam in fatis non fuit confici non potuit. nihilominus Ser.mus dominus meus, nihil hucusq pro Ca.a Mte vra omisit. quod eius et vræ Mtis commodum, decus, ornamentum, gloriam demiq spectare videbatur, hoc, quia isto presertim tempore non incognitum est Catolicæ Mti vræ, superuacaneum vt recenserem putaui. vt igitur Ser.mus dominus meus hunc suum amorem vberius declararet, me per tam longinquas locorum intercapedines salutatum ad Cat.cam Mtem vram misit. vnde imprimis ob præclarissimum inclitæ domus Austriæ stemma: quo ex materna propagine cum Ca.a Mte vra gaudet et fruitur, et nouissime ob contractas affinitates, amor mutuus, et maior familiaritatis integritas inter vram Ca. et eius Regiam Mtem nasceretur. Præterea vt rebus et negociis Ill.me principis dominæ Isabellæ, ducis Mediolani, matris suæ char.mæ fraterna intercessione, apud Catholicam Mtem vram subueniret. certo edoctus est Ser.mus dominus meus, paulo anteactis diebus

Ser.mam olim fe. re. dominam Joannam Reginam Neapolitanam
ex viuis cessisse, et Ill.mam dominam Ducem Mediolani neptem su:
am, omniũ post se bonorũ mobiliũ et immobiliũ relictorũ legittimo
testamento, hæredem vniuersalem scripsisse, prout documenta,
et iura desuper clarius ostendunt. quũ autem Cæs.a M.tas vestra
non ignorat inter Ser.mũ dominũ meũ, et Ill.mam dominam Du:
cem Mediolani coniunctissimam contractam esse affinitatem (quũ
propinquiorem coniunctionem cum Ca. M.te V.ra, ita vt erat cum
eius M.tis, tum Cæsareæ celsitudinis desideriũ fata negauerunt)
decet atq; æquũ est Ser.mũ dominũ meũ, ex debito contractæ ne:
cessitudinis res atq; negotia Ill.mæ dominæ ducis Mediolani
matris suæ char.mæ æque cordi habere, atq; sua ipsius propria.
Proinde fretus eo amore Ser.mus dominus meus quo Ca: M.tem
V.ram amplectitur, me ad eandem oratũ misit, optatq; fraterne,
et omni quo potest studio rogat, vt Ca. M.tas V.ra pro sua in om:
nes iustitia, et dexteritate, testamentum hoc sic vt legittime
a Ser.ma domina Ioanna Regina Neapolitana confectum est,
in firmitate, et robore suo, prout ipsa æquitas postulat, tenere,
et ipsam Ill.mam dominam Ducem Mediolani (quæ vigore hu:
ius testamenti, omni iure, et proprietate vera hæres est) in
possessionem ciuitatum oppidorum, et omniũ bonorũ aliorũ iu:
xta vim inscriptionũ desuper permittere, eamq; in eisdem tue:
ri et conseruare dignetur. respectum habendo, ꝙ in ipso testa:
mento, multa Deo, templis, et miserabilibus personis, pro salu:
te animæ scripta, et legata sunt. quæ donec sic impediuntur,
effectum sortiri nequeunt, vt itaq; ista exequutionẽ habeant
celeriorem piũ opus. Ca. M.tas V.ra Deo, et hominibus gratum
faciet, dum testamentũ hoc quantocius ratum esse, et firma:
mentũ habere clementer annuet. quod quia æquũ et iustũ est
vt infimorũ etiam hominũ vltimæ teneantur voluntates. con:
fidit Ser.mus dominus meus se facile id a Ca. M.te V.ra impe:
traturũ. vel hac solum causa, ꝙ res ferme propria Ser.mi

domini mei agitur, cuius nomine nihil aliud quam hoc quod iustu est peto. Et q illma princeps domina Isabella dux Mediolani magno quondam fuerat adiumento Sermo olim fe. re. domino Ferdinando Regi Hispaniarum Auo Catae Mtis vrae, in consequendo regno Neapolitano / factura est igitur Catca Mtas vra, rem se tanto orbis principe dignam, et qua Caesareae Mti (cui Deus opt. Max. aeternam det beatitudinem) sicut ex his suae Mtis litteris patebit plurimum gratificata fuisset, et qua Sermu dominu meu perpetua beniuolentia, et amore sibi deuinciet. Percepit Sermus dominus meus Ca: Mtem vram falconibus et caetera id genus auibus delectari, si quid est in Regno, et dominiis suae Mtis quo Ca. Mti vestrae complacere posset, non solum in his rebus leuibus et ludicris, verumetiam quantu se facultates eius extendunt, alacri pectore, ad votum Ca. Mtis vrae exhibet omnia vt fratri et consanguineo suo charmo et honoran.

Freta Deo, mentes iustitia vincet iniquas.
Et tibi quae poscis dux Isabella feret.
Interdum premitur, sed non succumbit ab alto
Iactata in portum tuta redire solet

Sigismundus primus Rex
Polomie

Nobilis fidelis dilecte, quia nobis multum est curae negotiu in quo te ad Sermu dominu Regem catholicu misimus, volumus vt apud eius Mtem tantisper immoreris etiam non obstante q̄d Caesarea Mtas decesserit, donec ipsu negotiu plane conficias, et aliter non facias pro gracia nostra. Datu.

P. Tomicius Epus Crac. Regni
Polonie Vicecancellarius Isabelle
Duci Barensi

Illma princeps, et domina domina mea honorandissima. Rediit ex Lithuania Sacra Mtas Regia optime gracia Dei sana, sospes et incolumis, eodemq die, quo Mtas sua huc applicuit. Serma domina Regina, facili nixu filiam protulit. quae Mti Regiae, cum ita domino Deo placuit, non minus est accepta quam filius, hoc super omnia cordi habens, qp ipsa Serma domina Regina, paruo admodum labore, et sine vllo sanitatis detrimento partum hunc primum perfecit. non est aliud ad presens, quod scribam vrae illmae d. solum me, et obsequia mea perpetua illius graciae comendo. quam diutissime sanam faelicem, et omnium votorum suorum compotem esse desidero. 1528.

Responsum a Carolo Quinto
Rege Hispanie datum Ioanni Dantisco Oratori Sigismundi Regis
Polonie

Serma Mtas Catholica audiuit grato animo, quae d. vra eleganter, et diserte Sermi domini sui Poloniae Regis nomine exposuit. in primis Sermorum fratrum suorum ipsius domini Regis et dominae Reginae Poloniae salutationes. quibus d. vram ad inuisendam Ca. Mtem suam, per tam longinquum iter huc usq miserunt multa bona ex fraterno amore. Ca. Mti suae imprecantes. Habet sua Ca. Mtas ingentes gracias Mtibus eorum semperq referre studebit, vt fratribus suis charissimis.

De beneuolentia, et amore, (qui primus est D^mis vra^e legationis articulus) quo Ser.^mus vester Poloniæ Rex Cat.^am M^tem suam amplectitur, sua Cath.^ca M^tas est gratissima. Scit etiam sua M^tas quæ integritas, et bona fraternitas, inter S.^mam M^tem Cæsaream, et Ser.^mu dominum vrum fuerit. quæ autem Deo iubente sua Cæsarea M^tas hinc cesserit, non minor erit, sed in dies augebitur, inter eius Catholicam, et M^tem Regiam Ser.^mi domini vestri. quicquid enim sua Ca: M^tas pro sanguinis necessitudine, et Ill^mæ domus Austriæ vinculo, quo Ser.^mo domino vro iungitur, pro eiusdem Ser.^mi domini vestri commodo, incremento, et bono statu facere poterit, cum omnibus bonis suis, et corpore proprio, sua Cath.^ca M^tas offert se totam et integram Ser.^mo domino vro, vt fratri suo char.^mo. Habet etiam exploratu, qua beneuolentia M^tem suam Ser.^mus dominus vester, in his rebus hodiernis amplectitur, et non dubitat, quin pro mutuo fraterno amore M^tas Regia Ser.^mi domini vestri prout cœpit perget. quo Ca.^cam M^tem suam semper, et perpetuo sibi deuinctissimam efficiet.

Pro alio articulo, pro quo d.^o vra etiam missa videtur, qui spectat Ill^mam principem, dominam Isabellam ducem Mediolani, sua M^tas Ca. faciet omnia, quæ commode et iuste facere debet, et plus. Et d. vra euidentissime videbit, et rebus omnibus intererit. quod sua Cat.^ca M^tas, pro amore Ser.^mi domini vri, et ex debito facturæ est in eo casu, quod domini fratri Ser.^mi Dni vri, et iustum principem spectant. Committetque quamprimu commissariis suis, qui vna testamentu hoc cu d. vra reuidere, et perpendere debent. quodcunque iustum et æquu fuerit, sua Cat.^ca M^tas, sine moris et dilacionibus, ad votum et beneplacitu Ser.^mi domini vestri decernet, et d. vram, quamprimu poterit expediet. quæ interea hic bene valeat et læte viuat.

Replicatio Ioannis Dantisci Oris
ad responsum Caroli Regis Hispanie

Ser.me, atq potentissime Catholice Rex. Affectum, et beniuolenti:
am, quam in presentiarum audio. qua Ca. Mtas vra Ser.mu Domi:
nu meum amplectitur. dum aliqn incolumis rediero, vivus testis suæ
Regiæ Mti exponam. interim persuadeat sibi Ca: Mtas vra Ser.mu
dominu meum. pro Ca: Mte vra facturu omnia. quæ bonu et inte:
grum fratrem Ca. Mtis vræ decebunt. quantu vero ad negotiu Ill.mæ
dominæ Ducis Mediolani, dominus meus Ser.mus mihi iniunxit, vt
nondiu in his rebus apud Ca: Mtem vram immorarer, neq etiam vt
rebus infectis, et absq earu certitudine redirem. Pro amore igitur
Ser.mi d. mei Catholica Mtas vra expeditionem meam maturare
dignetur. vnde quantocius expeditus apud Ser.mu Dominu me:
um, et alibi vbi oportunum esset, hoc potissimu tempore, sicut
Cæsareæ Mti consueui: Ca.cæ Mti vræ ecf. vti Domino meo clemen.mo
seruire valeam.

Ioannes Dantiscus Orator Sigis:
mundo primo Regi Polonie

Ser.me Rex, et domine domiñe clemen.me. Ista hora miserat
pro me Ser.mus Dominus Rex Catholicus, et dedit mihi priua:
tam, quam petieram ante audientia. Sacr.ma Mtas Cæs: fælicis.
record. quædam mihi commiserat in rebus cum Venetis suæ Ca.cæ
Mti referenda, ad quæ oportune litteræ sacræ Mtis vestræ
venerunt, quaru vigore rebus nostris agendis sic exigen.bus

Iterum suam Mtem Ca.cam nomine sacræ Mtis vræ salutaui, et rogaui rerum urarum iustam et celeriorem expeditionem. Salutationem sua Mtas gratissimo suscepit animo, multa de amore, et beneuolentia, qua sacram Mtem vram amplectitur disserens. presertim quod Secretarium suum ad Mtem vestram mittit, qui mentem Mtis vræ explorare debet. Si velus aureum cuius sua Mtas hoc tempore princeps est. quod Galliæ. Angliæ. Portugaliæ, et Hungariæ Reges ferunt, et fraternitatem eiusdem mire dignabitur. Et quod Vellus per fælicem successum electionis breui cum sacra Mte vra conuenire sperat. quam post mortem Cesaris loco parentis habere intendit, et cum eadem maiorem amorem et amicitiam quam vnqua fuit cum Cæsare, contrahere, et plurima alia quæ vt scribam tempus non patitur. præterea in negociis Illmæ dominæ Ducis Mediolani, talem se exhibituram pollicita est. qualem decet bonum et sincerum fratrem Mtis vræ, cui hac in re, non solum quod iuste debet verum etiam vltra vult gratificari. in fine dicendi me certiorem sua Mtas reddidit. quod iste Secretarius per postas in duabus horis hinc sit abiturus, Si velim scribere Mti vræ, quod deberet venire in hospitium meum, et accipere litteras. Proinde quanto potui citius has exaraui. dabit sacra Mtas vra. precipiti calamo veniam. pompam introitus Mtis Catholicæ, in hanc Ciuitatem funebrem, et exequias Mtis Cæs. et deinde velleris aurei quæ hic magna solennitate est celebrata commodiore tempore, sic vt ipse vidi, et interfui sacræ Mti vræ describam / vt ad res mihi a Mte vra commissas redeam. Bonam cum Illmæ dominæ Ducis Mediolani oratoribus habemus spem. Sermus dominus Rex Catholicus. quum res sit non parui momenti. quinque centena millia ducatorum primis suis consiliariis discutiendam commisit, iura pro nobis, priuilegia, et clarissimas inscriptiones, etiam per ipsum hodiernum Regem Ca.cum confirmatas Brusellis Brabantiæ tenemus, contra quas quia testamentum infringi non potest. Sermus Rex Ca.cus, non nisi summa cum iniuria agere potest. quæruntur tamen per dictos consiliarios

Vellus aureum

quædam media, et prout conjicio, talia, vt Rex etiam aliquid ex
hæreditate relicta haberet. quod ferendum videbitur minimus, nisi
haberetur respectus, ad sacram Mtem vram, in eo statu quo nunc
res sunt, Illma domina dux Mediolani nihil aliud quam id quod
nunc habet, hoc est bona ista mobilia consequeretur. Sua Mtas Caca
magnam spem rerum suarum in Mte vra deposuit. hinc res agendæ
melius habent. facitque mihi hic intuitu Sacræ Mtis vræ cum ho:
norem, et meo iuditio maiorem, quam aliorum Regum Galliæ, et
Angliæ oratoribus. licet ego reclamo sæpius, et me non oratorem
vt ex credentiiis patet, sed seruum et secretarium sacræ Mtis vræ,
dico, misit pro me ad primum eius huc introitum primos suos duos
Aulicos, qui me vsque ad Monasterium in quo pernoctabat ante ciuita:
tem duxerunt. deposito Bireto coram omnibus me honestissime
suscepit, et locum cum Angliæ oratore dedit. præcedebant ponti:
ficis et Galliarum Regis, sequebantur Venetorum, ferrarien, et Ja:
nuen oratores, sic et in pompis funeralibus, et in ecclesia. accomoda:
bam me, ad ea omnia, non parcendo pecuniis pro vestibus, et a:
liis ea spectantibus, et spero quod sacræ Mti vræ, prout aliquando
ex aliis intelliget, non fui dedecori. / De his quæ mihi Mtas vra
pro expensis dedit, restat mihi tantum quod adhuc per vnum Mensem
viuere possum. non seruatur hic mos iste, qui est apud Mtem vram,
nihil mihi datur, neque datum est, præterquam ex penu Regio semel
quatuor lagenæ vini. Sacra Mtas vra pro sua erga me clementia,
vlterius prouidere dignetur. interea tamen dabo omnem operam,
ne minima quædam per me committatur leuitas, et sicut consue:
ui semper fideliter, atque accurate rebus mihi per sacram Mtem
vram commissis, quantum ingenii, et industriæ meæ est inseruiam. Con:
fido quod aliquando meæ longe iam seruitutis erit memor. Veni huc
14. Mensis Januarii, introiuit hanc ciuitatem Sermus Rex Cacus
15 Februarii. Data mihi est prima audientia in magna consiliario:
rum frequentia / 21. eiusdem hodie habui priuatam. quam credo
nostris negociis prodesse plurimum. quæ quo modo succedent, cum

Caesar Carolus Quintus
Clementi Papae septimo

Beatissime pater domine R^me. B^ma sanctitatis vrae breuia annu:
lo piscatoris obsignata, respub: concernentia manu honorabilis
viri Ioannis Cursii, inclitae Reip. Florentinae oratoris, nuper acce:
pimus, simulque audiuimus quicquid suae S^tis nomine orator ipse ver:
bo exposuerit. Ex primo quidem R^di Datarii legatio ad Gallorum
Regem, velut futuri euentus praesagium nunciatur. ex secundo vero
effectus inde sequutus foederis s: cum Gallorum inito Rege, multi:
plicibus rationibus demonstratur. licet ex eo nil aliud v. S^tas quae:
situm asserat, quam fidem et securitatem, id exigente (vt aiunt)
necessitate, sperans si per nos licuerit, hoc commun Christianorum paci
auspitium fore, quum et ipsa S^tas vra, de consueto erga nos suo animo,
atque voluntate, nihil remisisse videatur/ nos beatissime pater, qui nil
antiquius semper habuimus, quam vram S^tem. ex filiali nra obser:
uantia colere, et venerari, quam etiam dum in minoribus ageret, sin:
gulari amicitia, et beneuolentia complexi fuimus, nunquam existi:
mauimus quicquam ab eadem S^te posse procedere, quod a pristinis
suis moribus, atque institutis alienum videretur, verum in marmorei
adamantinive cordis fuissemus, nequiuimus non sentire admirarique,
quod eadem S^tas vra, quae (si fas sit dicere) quum sub diuo Leone res
Apostolicae sedis moderaretur, huic bello initium praebuit nosque ad id
impulisse dignoscitur. Nunc dum optatus ipsius belli finis speraretur
Parma et Placentia ex eo bello Apostolicae sedi iam restitutis: Gallisque
hostibus a nostris totiens victis, et fugatis, ipsorum quoque ho:
stium viribus extenuatis, ac pene exhaustis, vt de ipsius Aplicae

sedis. Florentinorum rebus turbandis, nil penitus timendum foret tale fœdus nobis insciis, et vt vulgus autumat neglectis inierit, nec solum suas, sed etiam aliorum fœderatorum nostrorum, vires, et copias nobis ademerit, ac auferre visa fuerit, quod profecto nequaquam meruisse videmur, prout notoria nostra in vestram S.tem apostolicamque sedem merita, fides, obseruantia, pietasque testantur. quod si vt inquit S.tas vestra noua pontificis persona assumpta, veteraque odia exuenda censuerit id quidem sanctum iustumque fatemur, qui et nos odio carere studeamus, iuxta diuinum illud institutum, quo etiam inimicos diligere docemur, vindictam ipsi Deo dimittentes, odium tamen esse non putamus res comunes comunibusque armis recuperatas, etiam comiter tueri, atque deffendere, in Leoni Adrianoque pontificibus, vestrae S.tis antecessoribus, nota aliqua impingi videretur, quorum alter huiusce belli iusta quidem ratione auctor extitit, alter vero fœdus illud defensiuum, cognitis Gallorum artibus, velut solidum Christianae reipub. propugnaculum indixit, statuitque atque decreuit, vestra etiam S.te, dum Cardinea fungeretur dignitate, vices suas, omneque studium ad ipsius fœderis perfectionem ac executionem interponente, quod tunc omnibus sanctum iustumque ac prope necessarium visum extitit, vt nunc aliter senciendum non videretur. capimus tamen quod gestum est in benigniorem partem, nec ob id vestrae S.ti culpam ascribimus, nec etiam de eiusdem erga nos (vt aiunt) animo et voluntate diffidimus, quam semper loco patris habituri sumus. id enim potius quorundam Gallizantium persuasionibus tribuendum putamus, qui vires nostras sua detractione deprimendo, hostiumque potentiam extollendo vestrae S.ti suaserint, res nostras in summo discrimine consistere, hostium vero robur, in summo culmine florere. sic pristinam vestrae S.tis voluntatem, in quandam depictam necessitatem transformantes, licet re vera nulla necessitas vrgens, videretur subesse, cum ipse Gallus post occupatum Mediolanum, quod nullo nostrorum præsidio tenebatur, nil insigne, aut formidandum fecisse dici posset. Verum in ipsa Ticinensis vrbis obsidione, fere per trimestri

detentus. Rex ipse in propria persona totiens frustra expertis viribus, non sine egregia suorum clade, suæ ostentationis diminutione, semper repulsus extiterit. exercitu nostro nouis etiam copiis aucto, et instaurato, adhuc in suo robore permanente, munitissimisq totius Insubriæ et Liguriæ vrbibus, oppidis, et Castris in fide perseuerantibus. quod si hæ copiæ, quæ in Regnum nrm Neapolitanu (vt fama erat) destinabantur vram Stem terrere visæ fuerint, hancq allegatam necessitatem eliciendam censuerit, id quippe non mirandu, quu potius ad timorem vræ Sti incutiendum exercitumq nrm ab instituta expeditione diuertendu, paratæ transmissæq viderentur quibusdam (vt fertur) eius fœderis authoribus, ita Gallorum Regi consulentibus, vt facilius suorum votoru compotes euaderent. Ait vra Stas fore hoc communis pacis auspitiu. audiat Deus opt. Max: diuinum istud oraculu faxitq Christianam Rempub. tanto munere dignam, vt ipsius pacis beneficio frui liceat. Nos eni quu non necessitate, sed nostra sponte ad eam trahendi sumus, semper in quacunq fortuna pacis cupidi esse studuimus, ad quam noster animus suapte natura inclinatur, nec vnqua inter Christianos nisi prouocati coactiue bellum gessimus, neq tentauimus. Testis est ~~operum~~ nroru operum Deus, qui nostram causam iustam, ob id semper tutatus est. testes sunt vra S.tas eiusq ministri, qui aperte nouerunt, q nos semper rebus nostris, etiam secundissimis, quascumq pacis aut induciaru honestas conditiones nostris etiam fœderatis (sine quibus nil agi licebat) acceptas suscipere prompti atq parati fuerimus. Testantur id multiplicia mandata nostra, tum diui Adriani, tum vræ Stis temporibus per nos in vrbem missa, cum variis legationibus, ad id pro tempore dispositis, vbi et demum apertissimum huius rei vestigiu relictu est, morte quidem inopinata oratoris nostri Magri Gherardi de pleine domini Dela Rocha, vt nihil a nobis de hiis, quæ ad pacem attinent prætermissum arbitremur. q si hactenus v. S.tas nos in omni fortuna pacis amatores experta fuerit. hæsitare non de:

bet, quin deinceps in ea sententia perseueremus. si ea pax oblata fuerit, quæ æqua et honesta sit, ipsisq federatis nostris (sine quibus nil possumus) conueniat, ex qua, et honoris nostri ratio habeatur, pro quo seruando, quicquid Deus nobis, ac natura concesserit, simul ac persona ac vitam ipsam sumus expedituri. Cognoscetq vra Stas nos non minus æque ac honestæ pacis studiosos, quam hactenus ad propulsandas vindicandasq iniurias alacres experta est. nosq eos esse, qui sicut pacem libenter, dum id licet amplectimur, sic nec iniuriæ impune cedere, nec illis quibus fide astricti sumus deesse didicimus. horum autem quæ ad pacem ipsam tractandam pertinent Illustri ~~pro Rege~~ Vicerregi nro Neapolitano ipsius belli Duci, eiusdem quoq pacis curam demandauimus, vt cum Illri Duce Suesse nras in vrbe vices agente. Magroq Joanne Bartholomeo de Gattinaria, nro etiam apud Stem v. oratore (Si res bellica id patiatur) personaliter conueniant, alis autem vicegerentem, et oratorem nros de agendis instruat, qui latius de hiis cum vra Ste nro nomine agent. quibus propterea fidem indubiam præstare dignabitur. Datum ex Madrillis vii februarii Anno Do. Mo Do xx1o

Sigismundus primus Rex
Poloniæ Isabellæ Duci Ba:
rensi

Illma princeps, et domina mater nra charma. Scripsimus non pridem Illti vræ quanta moles Tartarorum, et Moscorum impendeat Regno et dominiis nostris, occasionem omnem nos adoriendi expectantium. In hac vero nobis cura et custodia existentibus. Ecce imperator Turcorum icto cum Zophi fœdere, et coactis viribus omnibus. subito et ex improuiso Hungariam est adortus, et vt nos occupatos, et Regnum illud incautum offendit. ita facili negotio

ita facili negotio arces plerasque finitimas, non eius solum Regni sed vniuersae Christianitatis munimenta intercepit, nihilque reliquum facit quo Regnum vniuersum illud occupet, nos in tanto, tamque inopinato casu, quod per celeritatem, et summas ocupationes nostras fieri potuit misimus Ser.mo nepoti nostro subsidium, aliosque principes Christianos exortati sumus, vt cum res comunis agitur, et hostili potentiae nulla sola vis obsisti potest, pariter ipsi Regno periclitanti occurrant. quare Ill.ma, et amantissima mater nostra, sumus in maxima perturbatione, et sollicitudine constituti, vt nisi christiani principes, ac in primis Ill. d. v. huc animum intenderit, facillime, (quod omen Deus auertat) omnia in preceps sint itura, quocunque res vlterius procedent. S. vrae significare curabimus, Interim mittimus illi consensum nostrum, et Ser.mae coniugis nostrae, quem habere optauit, ad vendenda isthic bona minus vtilia, et magis commoda pro his emenda. Caeterum caracteres seu cifras, quas nobis S. vra misit, ad scribendum inter nos secretius vbi vsus fuerit accepimus, et illis quando expediet vtemur. Et comendamus nos, materno amori vrae S. quam fael.me valere ex animo cupimus. Dat. Cracouiae.

CONSENSVS

Sigismundus &c. et Bona eadem gracia Regina Poloniae &c. Manifestum facimus per presentes vniuersis, quia cum Ill.ma princeps domina Isabella de Aragonia, Mediolani et Barii dux, comunis mater char.ma nos certiores fecisset, se optare Rosanum ciuitatem suam Calabriae, et castrum Longobuch, in districtu ipsius ciuitatis Rosanen vendere, ac loco eiusdem ciuitatis et castri Melfictum et Iouenatium ciuitates Apuliae, vt propinquiores ita comodio:

vtilioresq; sibi et nobis emere, consensumq; nrm ad eum effectum a nobis requisiuisset. nos eius Ill.tis, vt prudentissimae principis institutum hoc non detractantes, eiusq; optatis satisfacere volentes, ad venditionem ipsius ciuitatis Rosanae, et Castri Longobuch, et pro illis ad emptionem Ciuitatu Melficti, et Iouinatii praedictaru, de vnanimi voluntate nra, in eumq; finem consentim9, ac eandem venditionem emptionemq; per eius Ill.rem factam, aeque ratam gratam, et firmam habituri sumus, ac si nos ipsi praesentes illam fecissem9. harum testimonio litteraru, quibus sigilla vtriusq; nrm sunt appensa. Datu.

Legatio seu oratio dantisci ad Carolum Coesarem dum Turcus Rhodum oppugnabat

Sacratissime, atq; inuictissime. Imperator, potentissime catholice Rex et domine domine Clementissime. Ser.mus princeps, et dominus dominus Sigismundus dei gra. Rex Poloniae, Magnus dux Lithwaniae Russiae Prussiaeq; etc. dominus et haeres, Dominus meus clemen.mus Sacratis.mae vrae Caesareae et Catholicae M.ti Salutem suiq; fraterni amoris, beniuolentiae, obseruantiae, atq; omnis faelicitatis, continuum dicit incrementu. Exoptat Sacr.mae vrae Caesareae et Catholicae M.ti, aetatem diu incolumem, sospitem, faelicem, ac contra quosuis suos hostes successus prosperrimos, seq; cum suis fortunis facultatibus, et viribus, vbi vsui, commodo, decori, atq; ornamento Sacr.mae M.ti vrae esse possit, offert propensissimu, vt fratri, et consanguineo suo char.mo, et honoran. commisitq; mihi in primis, vt illius M.tis nomine, faelicem statum, et prosperam valetudinem Sacr.mae M.tis vrae inuiserem. nihil enim aeque gratum, iucundu, atq; ex animi

sententia ipsi Ser.mo domino meo accidere potest, quam Sacr.mam Mtem vram, et optime valere, et summa in omnibus felicitate frui. iussitque vt has, ex illius Mtis sincero affectu profectas. Sacratis.mae Mti vrae redderem.

Solent plerique oratores. Sacratis.me Caesar, id quod suorum principum nomine dicunt, quadam vi eloquentiae, vbere oratione, singulari verborum, ac sententiarum delectu, affectate adornare, quo vt libentius audiantur, animos sibi magis beniuolos, fauorem, in dicendo gratiam, et quandam eruditionis aestimationem consequantur. quod sicut a multis probatur, et in aulis vsu receptum est, omni mihi conatu, in hoc clarissimo Sacr.mae Mtis vrae conspectu, et summopere foret imitandum. Cum autem per tot terrarum et marium tractus, incomoditates, discrimina iactatus sim hactenus: et nihil tale meditari potuerim, etiam si velim ob ingenii tenuitatem non possem; et si possem, rerum, et istorum temporum status, et conditio, huiusmodi exactum orationis nitorem, minime exigit, Sacratis.ma Mtas vra, pro innata sua clementia, et benignitate extemporarium sermonem: ex quo nihil aliud, quam effectum, et illius energiam, in animum admittet, clementer audiet.

Facilis est coniectura, et ad eam quiuis Aedipus esse possit. quamobrem me iterum Ser.mus dominus meus, per tam longinquum, et periculosum iter, ad Sacr.mam Mtem vram miserit. ne itaque in re ~~nimis~~ nota, proch dolor sim morosior: ea quae mihi comissa sunt, ex praescripto, et quantum possum breuius, et planius explicabo. Non est incognitum Sacratis.mae Mti vrae, quantum saltem nris temporibus, potentia, et vires Turcarum Imperatoris in Asia, et in Europa creuerint, et quibus modis auctae sint in immensum. praeterita refricare superuacaneum censui, defficiet me dies, si quae de iis dici possint coner exprimere. Vnde quemadmodum ipse Turcus, nuper in Regno Hungariae, etiam in terris Sacratis.mae Mtis vrae haereditariis, et in praesentia circa Rhodum se exhibuit, omnem suum conatum, ad vniuersam Chri:

stianitatem occupandam conuertit. intercepit eas arces, ex quibus non solum ad Hungariae Regnum verumetiam, ad omnia alia vicina Regna, et dominia sibi liberum aperuit aditum. quibus hoc stratagematibus, quibus bellicis apparatibus, et quantum viribus viribus confecerit, Nemo est qui nesciat. quoque ut id quod reliquum est commodius assequatur, paulo ante, ex Taurica Chersonesso Tartarorum Imperatorem, qui non minus quam ipse efferarum gentium numero et viribus potens est, multis promissis, magno stipendio, et datis in Capha, ad Euxinum vectigalibus contra Ser.mum dominum meum conduxit, quo illius M.tem ab iuuando Ser.mo nepote suo Hungariae Rege distrahere. habuitque ad hoc ipsum opus ad ripas Danubii exercitus suos paratos, ut Ser.mi domini mei Regnum impeteret. faciebat eosque apparatus magnus Moschouiae Dux, ut liberius etiam partes suas in Lithuania, contra Ser.mum dominum meum ageret. quapropter illius M.tas, collectis omnibus suis viribus et copiis, duplici exercitu, et in Regno suo Poloniae, et in magno Ducatu Lithuaniae, ad huiusmodi insultus propulsandos, adhuc ut suspicor est in armis, nihilque omittit quod facto opus est, neque facultatibus, neque vitae suae parcit, qui tales infidelium immanes conatus, ab orbe Christiano, quantum possit reprimat. Est igitur hoc tempore magis quam fuit unquam Ser.mi domini mei, et Hungariae Regnum, in summo constitutum discrimine, et nisi illis maturius subueniatur, maius (quod Deus omen auertat) erit timendum. quod caret alterna requie durabile non est. Ista siquidem regna, iam a multis annis, omnem vim, et infidelium molem in suis humeris, sine aliqua remissione, hactenus sustinuerunt. et ab aliis Christianorum regnis, et dominiis procul arcebant. Perpendat Sacr.ma M.tas vestra pro incomparabili sua prudentia, si (quod Deus opt. Max. prohibeat) haec Regna perfringerentur, et occuparentur, quanta vastitas in vniuersum Christianismum redderetur. Cum autem nunc aliae vires sint, alii apparatus, alii infidelium in rebus bellicis vsus,

et experientiæ, quam erant olim Vandalorum, et Gottorum temporibus,
quantam tamen hæc colluvies universo orbi Christiano cladem intu-
lerit omnibus est manifestum. Et proinde Ser.mus dominus meus
Poloniæ Rex, omni quo potest studio Sacr.mam, et catholicam M.tem
vram, impense rogat, dignetur iam visa tanta calamitate, quæ
imminet, arma sua, adiuuandum ipsum Ser.mum dominum meum, et illius
M.tis nepotem Ser.mum Hungariæ Regem, sororium Sacr.mæ M.tis
vræ char.mum conuertere, illorumque Regnis sic aperte periclitanti-
bus subuenire, concordiaque inita cum suis hostibus, illos, et alios Christianos
principes, ad extinguendum hoc comune incendium excitare, cum et
præter necessitudinis debitum, res communis, et offitio celsitudi-
nis vræ addicta agatur. Nouit enim Sacrat.ma M.tas vra, post
indictas olim a summo pontifice Indutias, et spem amplam de gene-
rali expeditione datam, maxime per diuum olim Maximilianum Impe-
ratorem, auum Sacr.mæ M.tis vræ desideratissimum, cui Deus opt:
Maximus æternam det beatitudinem, quòd Ser.mus dominus meus
vna cum illius M.tis nepote Ser.mo Hungariæ Rege, Indutias ab
Imperatore Turcarum sponte oblatas, tunc ad summi pontificis
et Cæsareæ celsitudinis postulata reiecerit, et hanc omnem cala-
mitatem in se, et sua regna deriuauit, immo verius grauiter pro-
vocauit. factura est ergo Sacr.ma M.tas vra, optimi et christi-
anissimi imperatoris, et mutuæ coniunctionis, cum Ser.mo domino
meo conueniens offitium. Si cum primum sopitis, et compositis bel-
lis et turbis vtcunque intestinis, partibus uris grauiter laborantibus
tempori adesset, ne collapsis rebus nostris, nequicquam dehinc rei Chri-
stianæ consulturum iri velit. quamuis Ser.mus dominus meus cer-
tum habeat Sacr.mam M.tem vram, vna cum Ser.mo Angliæ Rege
multis iniuriis, ruptis pactis, fæderibus, iuramentis, et quam plu-
rimis aliis indignissimis modis, ad hoc bellum contra Gallos
suscipiendum fuisse lacessitam. non potest tamen non vehementer
dolere, quod hoc tempore geratur, in quo rei Christianæ nihil potu-
it accidere perniciosius. quare, si cum dignitate Sacr.mæ M.tis

Mtis vrae fieri possit. habita ratione vniuersalis ruinae, quae stante
hoc bello instare videtur, nihil est quod Ser.mus dominus meus arden:
tius cupiat, desideret, flagitet, quam quod Sacr.ma Mtas vra, ad hoc
bellum domesticum componendu, et ad subsidiu rebus Christianis
non parum inclinatis ferendu permoueretur. Ad quod iam Sacr.ma
Mtem vram plurimu cognouit affectam. cum ob eam rem tot conuen:
tus in Germania agi commiserit. Pro qua cura, et sollicitudine, qua
ad hoc negotiu Sacr.ma Mtas vra praesefert. Ser.mus dominus
meus, amplissimas, et quas potest. Sacratis.mae Mti vrae agit et
habet gracias, rogatque et obtestatur, vt vlterius huic studio tam
pio, tam sancto, tam necessario. vt quantocius in effectu perdu:
ceretur incumbere velit. quo celeriores suppetiae ipsi Sermo dno
meo, et ipsius nepoti Ser.mo Hungariae Regi ferantur. vtque aliqua
certa ratio rem Christianam a tanto discrimine. quod illi imminet
vindicandi statuatur. ne partibus sensim labantibus tota Respub:
Chriana (quod omen procul absit) corruat. hoc perpendens Ho:
ratianu. Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. in quo
faciet Sacrat.ma Mtas vra, rem se tanto orbis principe, suae aestima:
tioni, suae celsitudini, suis innumeris virtutibus dignam, et qua si:
bi Ser.mum dominu meum, illius Regina, et domina. vniuersam de:
niqz remp. Christianam, reddet deuinctissimam. et qua sibi apud
omnes homines, laudem et gloriam perpetuam, et apud immorta:
lem Deum vberrima praemia comparabit.

Responsum á Coesare Carolo Quinto datū Ioanni dantisco Orī Sigismundi primi regis Polonię

Magnifice domine orator, orationem quam doctissime proposuistis Serᵐⁱ Poloniæ Regis nomine. Sacratisᵐᵃ Mᵗᵃˢ Cæsarea bene intellexit, et libenter audiuit. in primis de salutationi visitatione, ac exhibitione, illius Serᵐⁱ domini vri per vos facta, deq illius Mᵗⁱˢ fraterno amore, et beniuolentia qua Sacrᵐᵃᵐ Mᵗᵉᵐ Cæsaream prosequitur prout verbis amplissime declarastis. Sacrᵐᵃ Mᵗᵃˢ Cæsarea, ingentes agit gracias, et se rursus Serᵐᵒ domino vestro pari vicissitudine offert affectissima.

Audiuit a vobis Sacratᵐᵃ Mᵗᵃˢ Cæsarea, non sine graui animi dolore, quomodo vires, et potentiæ, infidelium indies crescant et augeantur, et quantum hinc, si non fiet generalis resistentia, calamitatis et cladis toto orbi christiano immincat. quemadmodum nuper in Regno Hungariæ, in Corinthia, et nunc circa Rhodi oppugnationē potest prospici. Unde sua sacrᵐᵃ Mᵗᵃˢ ex corde non parua turbatione afficitur, quod res Christiana in his periculosis turbis sit constituta, praesertim in his regnis quibus non solum ex debito officii, verumetiam necessitudine sanguinis est obligata et quod non possit hoc tempore sicut velit, et maxime cuperet his rebus intendere, quo huiusmodi infidelium conatus reprimeretur. Nichilominus Mᵗᵃˢ sua Sacrᵐᵃ quantum possibile est, et quantum implicata in his bellis quæ inuitus gerit, potest, omnem curam, studium, et operam impendit, et ad res Christianas iuuandas conuertit, commisitq per totum imperium, vt omnis ea pecunia, quæ illius Mᵗⁱ pro coronatione debetur, seorsum colligatur, et pro conscribendis gentibus contra Turcas seruetur. Misitq paulo ante classem non contemnendam

cum militibus, et ~~comitatu~~ commeatu, ex Regno suo Siciliæ, ad succurrendum Rhodianis, de quibus speratur, quod Turcus nihil lucrifaciet. quod vero Ser.mo domino vestro hoc bellum displiceat, et Sacratiss.mam M.tem Cæsaream ad componendum illud rogat et hortatur, plurimum hanc sollicitudinem, et prudentiam Ser.mi domini vestri M.tas Cæsarea Sacrat.ma laudat et commendat, estque in hoc proposito modo æquis conditionibus fieri possit, quod una cum Ser.mo Rege Angliæ, cognita hac publica necessitate, quæ Christianitati instat, et ad postulata summi pontificis, et Ser.mi domini vestri bellum hoc deponat. In qua re illius sanctitas, multum laborat, et nullum prætermittit studium. hoc igitur bello composito Sacratiss.ma M.tas sua, omnes suas vires, seipsam, et sanguinem suum. adiunctis sibi aliis Regibus Christianis, et principibus contra Turci, et aliorum Tyrannorum infidelium conatus opponet. Et nihil quod bonum, et Christianum imperatorem spectat omittet. Deoque bene fauente cum primum poterit Ser.mi domini vestri, et Hungariæ Regno mature subueniet. Agitque magnas gratias Ser.mo domino vestro fratri suo, et consanguineo charissimo. quod quemadmodum consueuit semper arma sua et se ipsum his diebus pro tuendo se, et orbe christiano opposuerit. unde M.tas sua Sacr.ma, cum aliis Christianis principibus ipsi Ser.mo domino vestro semper plurimum debere fatebitur. Priuatam audientiam quam cupitis, M.tas sua Sacr.ma vobis est propediem datura. Rogatque ut hanc moram, quæ propter hæc festa facta est. Et quia M.tas sua Sacratiss.ma, aliquantisper male habuit, vobis non displiceat. Mittet pro vobis M.tas sua post hæc festa, et libenter vos videbit et audiet.

Quam sit Sarmaticis orator gratus ob oris
In primis domus in qua manet arcta, probat
Et probat hoc, quod cum non vult admittere Cesar
In nonum trahitur iam sua causa diem
Regius o Cesar, si non honor, et sacra iura
Sanguinis, et si te vincula nulla mouent
Inclinata tamen te nunc Respublica flectat,
Ob quam tam duram per mare fecit iter
Si nescis, Huni paciuntur, idemq; Poloni.
Commune exitiu non procul esse timent.
Quod si conciderint (Dii talem auertite casum)
Post se quod reliquu est, ista ruina trahet.
Est graue de ijs audire tibi: grauiora profecto
Facta videbuntur, nunc quibus esset opus
Nunc poteris teneras, si vis extinguere flammas
Post hac dum crescet, nulla iuuabit aqua

Ioannes dantiscus Orator
Sigismundo primo Regi
POLONIE

Sacr.ma Regia M.tas, et domine domine clementissima.
Peruenit huc tandem pridie R.mus dominus Archiepiscopus Strigonien, cui Ser.mus Austriæ Dux, et alii oratores cum quibus etiam fui, iuit in campum vsq; obuiam, et eundem honestissime suscepit, sequenti die, illius d.o R.ma ad honorem sacræ M.tis vræ, quam summe in omnibus obseruat, cum quadam pompa Præfectu Curiæ suæ pro me misit, et quia aliquantulum valetudine laborat, a duobus ductus, processit contra me, et honorifice excepit. Deinde in Conclaui solus, cum illius d. R.ma occlusus, præfatus prius

multa de beneuolentia, qua illius d. M^tas vra Regia prosequitur
Exposui illi causam, cur ad Ser^mum Archiducem Austriæ, atq
alios arbitros in causa Prutena essem missus, et quid ad illius d. R^ma
potissimum spectaret ob eam fidutiam, quam de eo M^tas vra conce:
pisset rogabam d. eius R^mam, vt cum cæteris arbitris, præsertim
cum Ser^mis Hungariæ Rege, et Archiduce Austriæ, cum eam sors
huc obtulisset, demum ageret, vt huic Tragediæ finis imponeretur.
explicui illi etiam omnia, quæ mihi dominus Archidux Austriæ
respondisset, q de loco, et tempore, cum Ser^mo Hungariæ Rege
quantum posset celerius, vellet conuenire, et singula alia, quæ in
prioribus meis litteris sunt descripta, quæ postq diligenter audisset
vt est vir magnæ experientiæ, et in magnis rebus ab vnguiculis ver:
satus. in primis super beniuolentia, quam apud sacram M^tem ve:
stram habet et de sua obseruantia, ac fide, qua M^ti vestræ est addi:
ctus, commoda oratione respondit. De rebus vero Prutenicis quasi
hæres in quadam deliberatione sic est exorsus, quod dum perpende:
ret, in quibus nunc rebus Hungariæ et Poloniæ Regna constitueren:
tur. et quod ab vtrisq Germana natio, pro ferendis suppetiis esset
rogata vnde nunc erexisset cristas, cum videret, quod illius
ope egerent hæc regna. non videretur. neq consultum, neq hoc
tempore oportunum, q cum causæ Prutenicæ decisione deberet ac:
celerari, tamen adhuc induciarum tres anni restarent, posset in:
terea res istorum duorum regnorum fieri melior, q Germanæ na:
tionis nihil egeret, fierentq viribus non inferiora Germanis.
tunc primum negotium Prutenum commode posset tractari, et ad meliores
conditiones, quam istis temporibus perduci. et quod sibi non pla:
ceret, q princeps Austriæ, cum Ser^mo Hungariæ Rege, iam
de tempore et loco constituisset conuenire quia Magister Prussiæ
iam haberet in his turbinibus oportunitatem. vrgeret, et instaret
apud omnes, vt hoc tempore in his rebus fierent tractatus/ hæc pro
sua fide, qua sacræ M^ti vræ deuincitur, se dicere testabatur. nihi:
lominus quæcunq posset in hac causa, quæ comodo et ornamento

Mti vestræ cederent, omnem conatum, omnem operam et studium, ut fidelis Capellanus sacræ Mtis vræ, impendere vellet. Addidit insuper multa alia, de Magistro, de ordine, de Marchionibus, de Sermo Vngariæ Rege, de quo conclusit, q paulo post oporteret eum aliam pellem inducere. in summa videtur mihi Mti vræ velle plurimum prodesse. Ser.me Rex. postq hæc ad duas horas, super his rebus, cum illius D. Rma colloquendo intellexissem, licet sim ingenio et iudicio vt iuuenis, hebes, rudis, videbatur mihi non importunum consilium, cepi d. illius Rmam plurimum rogare, vt hoc, et alia quæ rebus Sacræ Mtis vræ viderentur expedire Sacræ Mti vestræ describeret, considerans, q in hoc potissimus punctus legationis meæ ad Cæsarem penderet, ad quem est via longa, et non bene sine magnis impensis sacræ Mtis vræ potest confici. non quod ego pro Sacra Mte vra timerem tam spaciosum iter, et tot maris et terræ subire discrimina, immo vt prius scripsi, ex quo Deus et Mtas vra vult, quod in his rebus verser. si etiam vita sit ponenda impigre, et fideliter omnia, quæ mihi Sacra Mtas vra iniunxit acturus sum. nollem tamen pro mea fide, quam vt subditus et seruus Mti vræ debeo, q Sacra Mtas vra inutiles deberet facere expensas. Possent forte esse tales, qui hoc libenter susciperent, vt quanto possent diutius, in hoc honore, et in talibus Sacræ Mtis vræ grauibus expensis, cuperent manere, neq ego fortassis ab hoc proposito, essem alienus, si fides mihi non esset charior. Proinde Sacra Mtas vra. bene hæc omnia pro sua incomparabili prudentia, et in dirigendis rebus peritia, perpendat. si sit necessarium vt ad Cæsarem me conferam. ¶ Reliquum quod est in legatione mea, vtpote, de vi infidelium et Turcarum, et de ferendis auxiliis rebus Christianis, sic inclinatis. credo iam satis Cæsari esse nota, ad quem hinc quottidie per postas litteræ mittuntur ¶ De hæreditate neapolitana credo q nihil vel parum ibi possit per me fieri. necessarium mihi videtur, q illic etiam illmæ dominæ Ducis Barii nuncii pro petitorio agendo constituantur ¶ De euocatione Gdanensium, et Elbingensium potest vt reor per litteras Sacræ

Mtis vrae ad Caesa: Mtem expediri | vltimum quod est de confirma:
tione istius inscriptionis viennae factae inter Diuum olim Maximilia:
num Caes. et Mtem vram est ponderosius, in dubio tamen erit si expe:
diam, licet mihi in Hispania Mtas hodierna Caes. promiserit, quicqd
sit, ista omnia Mtem vram sacram latere nolui, colligat ex his me:
is ineptiis, quod videbitur commodius, ego paratus sum ire vltra
Garamantes, et Indos, si Mtas vra iusserit, et pro Sacra Mte vra
nihil est quod mihi difficile vel periculosum videri poterit | hac
nunc hora versus Salczburgam vado, et iuxta instructionem mi:
hi datam, mandata Sacrae Mtis vrae fideliter exequar, inde me
recta Antuerpiam conferam, et vlteriorem Mtis vrae informatio:
nem, ibidem vel inueniam, vel praestolabor. Nam hinc ad Angliam,
sine vlteriori viatico me conferre, non visum est mihi fore integrum.
Quapropter Sacrae Mti vrae humiliter supplico dignetur cum
primis Antuerpiam versus me de omnibus, et presertim de volun:
tate sua reddere certiorem. | Noua quae se interea post primas
litteras obtulerunt haec sunt. Postquam huc aduenit Rmus
dominus Strigonien, vnam habuit Audientiam, voluit his di:
ebus habere alias, ad meam requisitionem, vt huius hic princi:
pis mentem de rebus Sacrae Mtis vrae latius exploraret, et Mti
vrae significaret, sed princeps non vult inueniri, donec alii Comissa:
rii, et Mandatarii, de rebus Vngaricis, et Germaniae huc veni:
ant. | hinc quottidie summo mane exit venatum. suo autem tempo:
re, postquam ab illius Serte aliquid expiscabitur. Rmus domin9
Strigonien pollicitus est omnia Sacrae Mti vrae describere | Heri
dum absoluerer, ab illius d. Rma, pro nouis mihi retulit, sed ne
hic germanis referrem prohibuit, quod Turcus cum omnibus suis vi:
ribus, et pocioribus copiis sit in mari. sed incertum est si con:
tra Christianos, vel contra Sophi proficiscitur. et quod reliqui:
ae Turcarum sint ex Muldauia expulsae, et multi interfecti,
inter illos pociores capite plexi. hesterna etiam nocte, venit
ad me dominus Sigismundus de Herberstein, qui pridie ex Praga

a Rege rediit, et dixit, quod principi allatum esset per postas gentes Caesareas, et Regis Angliae in Francia maiorem ciuitatem quae est Vienna, intercepisse, et quod Gallis in omnibus infaeliciter succedat. Recitque d. Sigismundus se humiliter sacrae R. Mti vrae comendari. Ego cum profecto res Mtis vrae curae habere, atque illis fauere cognoui (Alia non habentur) quae inter eundum habebuntur, omnia perscribam, modo non sit morosum, quod in scribendo sum longior. vt ita fieret Rmus dominus Petr. Tomicius Posnaniensis iniunxit. Comendo me iterum iterumque Sacrmae Mti vrae humillime. Ex Noua ciuitate Austriae 4 Julii. Anno. M° D° XX II°

Ioannes dantiscus orator Sigismundo primo regi POLONIE

Sacratissima Regia Mtas, et domine domine clementissime. Post humillimam subiectionis meae comendationem. Superioribus diebus binas litteras, quarum dat. prima et quarta Julii fuit, de rebus omnibus, quas apud Sermum Archiducem Austriae egi, Sacrmae Mti vestrae satis copiose descripsi. illa etiam quae Rmus dominus Archiepiscopus Strigoniensis, negotiis Mtis vestrae consuluit. Non ambigo iam, quin Sacra Mtas vra omnia adamussim intellexit, et pro sua incomparabili prudentia, quae vlterius mihi erunt facienda Antuerpiam versus, me certiorem reddet. Caesarea Mtas per Angliam traiecit in hispaniam quod etiam hic in certis nouitatibus habetur. Si Mtas vra Serma ita constituit quod sequi debeam; quemadmodum in prioribus litteris meis supplicaui humillime, Rogo vt et de vlteriori viatico, et de omnibus aliis rebus agendis reddar instructior. Perueni Salczburgam xii Julii, et fui per Rmum dominum Cardinalem

honorifice susceptus. Exposui illi desiderium et mentem, Ser.me M.tis vrae, sicut instructio mea continet. vnde tertia die postquam me in prandio habuisset, et me pro honore Ser.mae M.tis vrae, humaniter tractasset, his verbis, et in hunc effectum respondit. Mag.ce domine orator salutationem, quam mihi nomine Ser.mi domini vestri exposuistis, animo gratissimo suscepi, habeoque illius M.ti, non quas debeo, sed quas possum gracias, pro illa beniuolentia, qua me prosequitur. quod vero spectat hoc bellum quod illius M.tas, cum Ill.ri domino magistro Prussiae, quemadmodum v. vra exposuit grauissime lacessita gessit, et quomodo haec omnia, quae ad hoc negotium pertinent, habeant diffuse a Secretario meo Sperantio, qui nunc est Episcopus Brixinen intellexi. Plurimumque sum laetatus, quod res haec Reip: Christianae non parum perniciosa, per Indutias, ad cognitionem arbitrorum deuenit. de quibus me vnum electum esse, mihi dudum est declaratum. et licet onus sit humeris meis impar impositum, cum tamen partes me in hoc numero habere decreuerint, pro comuni bono totius Christianitatis, non fuit conueniens, vt recusarem, et nihil aliud quam comissio Caesareae M.tis quam in dies expecto facit moram quod cum caeteris adiunctis principibus, de tempore, et loco nondum conueni. quantum igitur possum celerius habita M.tis Caes. commissione ad hoc conficiendum negotium, omnes vires, et studium impendam. et cum id aggrediemur, pro Ser.mo dno vro Poloniae Rege, et illa beneuolentia qua me prosequitur, quantum pro conscientia et ratione mea possum, et quantum iusticiae conuenit. iura, et priuilegia Ser.mi domini vestri, et illius Regni, atque dominiorum tuebor, cumque adiunctis arbitris, quae ad vtramque partem iusta esse videbuntur, quantum ratio, et conscientia mea admittit vt huic Tragediae finis imponatur, non omittam. et in quibuscunque illius M.ti pro veteri mea seruitute, qua illi deuinctor, honori et commodo esse possum, operam et studium meum indefessum, vt domino meo obseruandissimo imparciam, cui semper in omnibus, prosperrimos faueo, atque exopto successus, et peto me illius M.ti plurimum comendari. Haec fuit summa responsi. Replicaui tamen non ex com:

missione Ser.mae M.tis V.rae, sed tanquam ex meipso, ad ea quae illius
d. R.ma de comissione Ces. M.tis quam in dies expectaret exposu:
it non esse meo iuditio, huiusmodi Ces. M.tis comissio necessaria
cum in tractatibus Pratenis non sit expressa, et quod in absentia
Ces. M.tis Ser.mus Archidux Austriae Ferdinandus debeat succe:
dere, et nulla alia expectari commissio, quemadmodum tractatus pla:
nis verbis sonant, posset ex huiusmodi comissione, aliqua inter par:
tes oriri difficultas, quod ne fieret, rebus sic incomposite stantibus
illius d. R.ma accurate cauere deberet. respondebat, quod talis com:
missio non obesset tractatibus, immo tractatus promoueret, sed
tamen quantum ego coniicio, ipsi velint auctoritate Caesaris vti in omni:
bus, quod non parum rebus Sacrae M.tis V.rae detrimenti ferre pos:
sit. Proinde Sacra M.tas V.ra omnia pro sua prudentia metia:
tur. et quid futurum est, si cognitio haec sub Caesaris auctoritate
fieri deberet perpendat. Inueni R.mum Cardinalem plus ordini
in hac parte, quam Ser.mae M.ti V.rae fauentem. nihilominus ni:
tebatur apud me expiscari, siquid illi nomine Sacrae M.tis V.rae
velim polliceri. quod cum me fingerem non intelligere, ad alios ser:
mones diuertit, et vt est in quaestionibus versucior quam rota figu:
laris, multa super Moscos et Tartaros quaesiuit. et si Turcus
etiam Sacrae M.ti V.rae hoc anno possit nocere. inter alia quae vide:
bantur expedire respondi, quod contra hostes infideles Sacrae M.tis
V.rae, bene conueniret crucesignatorum exercitus, qualis superiori
anno, contra Sacram M.tem V.ram, cum illis, qui relligione contra
infideles essent deuincti, profectus ex Germana natione fuerat.
et quod hoc tempore Sacra M.tas V.ra binos contra infideles coge:
retur alere exercitus, et quod totum Regnum M.tis V.rae, ne sic vis in:
fidelium passim grassaretur, esset in armis. De Germano exercitu
contracto vultu obticuit, et ad alios iterum sermones, de Ser.ma
domina Regina, et liberis Sacrae M.tis V.rae se applicuit, et sic
tandem longis logis absumptis, per integrum fere diem me dimisit
et vale mihi dixit. Ab hospite me etiam decem flor. Renens.

absoluit. Sic me demum ad Ratisbonam contuli, unde sub saluo Conductu, et Ductoribus, vt hic in germania mos est Nurbergam 25 Julii perueni, et quosdam Capitaneos expecto, qui mecum hinc cras vsque ad Maguntiam ire debent, alias propter insecuritatem illorum qui de saluo Conductu nullam curam habent, non possem ire sine aperto periculo, et licet sim habiturus societatem. tamen hanc viam sine metu non possum conficere. Multi Equites latrones, passim vagantur, propter ligam Sueuicam, quae illos nititur extirpare, et vt ab istis Capitaneis intellexi, liga ista Equites, et pedites decreuit suscipere, et castra ista, in quibus hi latrones fouentur obsidere, atque expugnare. ego vado in omnem euentum accinctus dei voluntas fiat. Sunt hic hoc tempore, Ill^mi principes. Fredericus Dux Saxoniae. Fredericus comes Pallatinus Rheni, et locumtenens Ces. M^tis, R^mus episcopus Spiren. comes palatinus. Comes vlricus, de Helffenstein. Langrabius de Leuchtenberg. Comes Georgius de werten, quottidie fiunt consilia. et tractatur, quomodo ligam Sueuicam contineant, ne contra predones, vt supra scriptum est, quicquam incipiant Reuocarunt etiam hic locumtenens cum caeteris regentibus, pedites quos miserat in Croatia de certis praesidiis praestandis, ex Imperio Regnis Hungariae, et Ser^me M^tis vrae, nihil certi auditur, omnia more solito contentiosa feruntur, alii sunt Luteriani presertim Equites, vel pocius Praedones, et primi nobilium, qui summe spiritualibus insidiantur, et a Comitibus quibusdam, et primis hominibus, qui hodie mecum fuerunt ad tabulam in hospitio vt hic fieri est consuetum, audiui, quod non esset necessarium Regnis Poloniae, et Hungariae ferre suppetias, quamdiu tot sacerdotes, et in choris vlulatores fouerentur, tam magnis impensis, quibus multa hominum millia contra infideles possent sustentari, licet ego multa oponerem, vicerunt tamen impetum, qui rationi non dedit locum. Et nemo iam hic est, qui non sanctum Paulum, et actus Apostolorum, in cunctis fere locis sciret allegare, tantum hic libri Lutherani, presertim in Franconia creuerunt.

habuit me hic etiam in prandio Illmus dominus fredericus comes Palatinus Rheni et Ces. Mtis locumtenens, et in longam noctem me variis sermonibus, et questionibus, vt est in omnibus satis industrius, detinuit / De Magistro vero Prussie, et hoc bello preterito nulla fuit mentio / de aliis autem hostibus infidelibus, interrogare non cessabat. Non potui me tandem continere, quin hoc emitterem. si talis exercitus contra infideles, ex Germania, vt contra Mtem vestram Sermam, que omnem vim, et molem infidelium in suis fert humeris, et ab aliis vicinis Regnis, et dominiis arcet, expediretur: quid possit fieri rectius, et laudabilius, et Germane nationi, que in militia primum cupit locum accomodatius? respondit mihi, quod dicerem aliquid, sed non esset datum desuper, et subinde Lutheri meminit, et me interrogavit, quam apud nos de illo opinionem haberemus? ego nos adhuc bonos esse Christianos respondi, subiunxit illius Illtas et nos non secus de nobis opinamur, sed rei exitus omnia probabit. et tandem ad hoc deventum est, quod illius Illtas voluit, quod ego in illius loco essem Ces. Mtis locumtenens, et ille Serme Mtis vre orator, ac deinde relictis questionibus, indulsimus genio, vt consuetudo est Germanorum. hoc tamen nunc hic, et vndique vbi hoc tempore fui, experior, quod post hanc Germani exercitus ex teris Serme Mtis vre fugam, maior quam vnquam de Mte vestra Serma habetur estimatio, et magna vbique laus Mti vestre tribuitur, et offertur mihi vndique in civitatibus et oppidis, a principibus, et communitatibus nomine Serme Mtis vre ingens honor et benivolentia, sed in silvis et campis mihi summe est cavendum licet habeam vndique gratis salvos Conductus / cogor tamen illis impendere qui me ducant, et respicere inter eundum in omnes partes. Alia hic nova que vera et digna essent scriptione non habentur. Comendo me humillime Serme Mti vre, vt domino meo clementissimo. Noremberge XXVIII Julii. Anno Dni Mo Do XX IIo.

Ioannes dantiscus orator Sigismundo primo Regi POLONIE

Sacratissima Regia M^tas, et domine domine clementissime. Post humillimam perpetuae meae seruituts comendationem. Nouissime ex Nuruberga XXVIII Iulii Sacr^ma^ M^ti vrae omnia quae apud R^mum dominu Cardinalem Salezburgen egi, descripsi, cuius ille mentis et sententiae sit, ex responso mihi dato intelliget. tandem me versus Vlmam XX Miliariu extra rectum iter contuli. quod sic accidit. fuerunt mecu in hospitio, et vnus solitus erat in eodem cubili excubias facere, qui me Argi oculis semper custodiebant, ne illoru manus euaderem. habebant cum quibusdam praedonibus intelligentiam, qui agunt in terris Marchionis Casimiri, et sperabant me posse consequi, quod liquidissime coniecturis considerabam, neminem tamen impetere audebam, tanta libertas Nuruberge, nunqua antea est equitib9 permissa, hac illac obequitandi, vt hoc tempore. Nam principes ibi agunt qui sunt regentes, est ibi etiam Iudiciu Camerae imperialis quilibet equitum se vel ad principem aliquem, vel ad res suas agendas coram iuditio venisse fingit. ille qui mecu in cubili versabatur, adiunxerat se mihi sociu, et consuluit mihi quo itinere commodius Maguntiam possem attingere, ego dissimulabam omnia et quasi secreto illi credidi, ne alicui diceret, me recta versus Francfordiam ituru, quod ipsi summe placuit, credebat enim q omnem mentem meam expiscatam haberet. Deinde ob maiorem securitatem accepi a Nurubergen^bus^ quatuor equites armatos per Marchionis prouintiam, et vna hora ante solis

occasum parabam me ad iter, et illos quatuor equites præmissi, vt me in silua versus Vlmam expectarent, ego vero exiui per portam qua itur francfordiam, et tandem per alias ambages circa muros Ciuitatis, perueni ad illos Equites quos præmiseram, et iui tota nocte per 8 Miliaria, vsq; extra terras Marchionis Casimiri, incolumisq; perueni Vlmam; paulo post Vlmæ audiui, q in via quæ ducit Francfordiam per quam me finxeram iturū tribus Mercatoribus manus fuissent amputatæ, vt suspicor ab illis, qui me forsan per insidias captare studebant me existente Vlmæ, venit illac dominus Georgius de Elß ordinis procurator generalis, et diuertit in meum hospitiū, habuit Equites xxx. et a Nurubergen x. cogitur sibi bene de securitate prouidere, propter stipendia quæ adhuc ordo Equitibus hic, et peditibus debet, hoc bellum contra Mtem vram Sacr.mam gestum vt intellexi nunquam illi placuit. Domino Mgro generali imprecatur qui ei non parū de prouentibus, quos habuit in Germania, et Prussia abstulit. debebat cum cæteris fratribus Vlmæ habere conuentū pro reliqua militum solutione. Ab Vlmenbus iterum de oppido ad oppidū, per terras quondam expulsi Ducis Wirtenbergen, acceptis conductoribus perueni, non tamen sine discrimine vsq; Spiram. Multi sunt vna cum eorū Duce exules, quorū bona Liga Suevica occupauit, qui hinc inde latrocinia exercent, cogebar ergo interdū Equites conductores habere sex. Pedites decem, vbi constabat de manifesto periculo. Ex Spira, nequaquā sine prædonū incursione Maguntiam terra peruenissem, grassantur ibidem passim francisci de Szilingen Equites, qui aliud stipendiū non habent, quam comunem prędam, et paulo ante bonum patrem Abbatem satis diuitem sunt depredati, illo bene ceso, et semiuiuo relicto, comisi me igitur nauigio, et datis xi florenis Renen securus per Rhenū attigi Maguntiam, et sors me iterū in hospitium impulit, in quo erat quidam ordinis comendator de Hassia

ex Marburg, ille in primis antequa[m] me nosceret, strenue volebat mecum habere consuetudinem, sed vbi exploratum habuit me esse seruu[m] Sacr.mæ Mtis vestræ, non comparuit amplius. Neq[ue] ego diuti:us illic immoratus, sequenti die conduxi aliud nauigiu[m], et commode per:ueni Coloniam .xiiij Augusti. inde iterum nouas habui difficulta:tes, propter Geldren[ses] et Iuliacen[ses] equites, quos hic Suabancen[ses] vocant, vsus itaq[ue] consilio dominoru[m] Consulu[m] Colonien[sium], qui se ho:nestissime erga sacram Mtem v[est]ram obtulerunt, accepi ab eis vs:q[ue] ad Iuliacum quatuor armatos Equites, et veni securus vs:q[ue] ad Aquisgranu[m], ibi reperi Capitaneu[m] quem Germanus exer:citus in Virsonia reliquerat, et qui se Sacr.mæ Mti v[est]ræ Bidgo:stiæ, cum . Expeditibus statuit. ille me magno cum gaudio ex:cepit, et publice coram omnibus Sacr.mæ Mti v[est]ræ gracias in:gentes, et laudes vocalissimas tribuit, et nullum Regem similem viuere Sacr.mæ Mti v[est]ræ, clementia, benignitate, et munificentia testabatur, proferens quam clementer, et bono viatico donatu[m] eum Sacr.ma Mtas v[est]ra vna cum suis sociis dimiserit. hinc iteru[m] ac:ceptis Conductoribus Traiectu[m] intraui, vnde securius iam iter est, ad Brabanciam, tandem omni deposita formidine, in has terras, vbi nihil magis, quam pax colitur me contuli. et xxii. Au:gusti Antuerpiæ constiti. Hoc iter meum ob hanc rem, sic diffuse Sacr.mæ Mti v[est]ræ descripsi, vt intelligat in quibus hactenus sim versatus incommoditatibus, et discriminibus, et quas impensas fa:cere fuerim coactus, ne aliqua ignominia, et leuitas negociis Sa:cra.mæ Mtis v[est]ræ, quæ mecum porto inferretur. de meipso minima mihi fuit cura, hoc ingenue Sacr.mæ Mti v[est]ræ, vt domino meo cle:mentissimo ausim scribere, quod solis Conductoribus, et pro naui:giis, in hoc meo itinere, non taxando expensas plusq[uam] sexaginta ducatos in auro solui. de aliis meis expensis, iam in quintu[m] Men:sem facilis est coniectura. iam hic sum fere per integru[m] Mensem expectando litteras, et vlteriorem Sacr.mæ Mtis vestræ in:structionem. In quantis autem curis, et tædiis hic hactenus,

fuerim. quod nihil hic a Sacr.ma M.te V.ra invenerim, scribi non potest. variæ me infestabant cogitationes, timebam partim litteras meas, ad Sacr.mam M.tem V.ram fore interceptas, partim verebar, ne quid tale admiserim in actionibus mihi commissis, quo non diligenter commissiones curasse viderer. Et dum animus in dubio est, vt Teren: inquit paulo momento huc vel illuc impellitur, multa timui ab æmulis, multa suspicabar alias. nihilominus me semper mens recti conscia confirmabat, et quasi præscia litteras Sacr.mæ M.tis V.ræ iam esse in propinquo vaticinabatur. quod euenit. miseram famulum meum ad factorem fuggarorum si quid haberet noui ex nostris partibus. qui postquam a me abiret, in proximo illum reuocabam. Nam fuggarorum vnus ferens litteras Sacr.mæ M.tis V.ræ me salutabat et me ea affecit lætitia qua feruntur affecti. patres sancti in limbo inferni, viso domino, solutusque sum omni dubio omni dubio tædio, et sollicitudinibus, quibus hucusque affligebar, et nihil vnquam tam auidis a me lectum est oculis, vt hæ litteræ Sacr.mæ M.tis V.ræ quæ sunt datæ vilnæ xxv. Iulii, et mihi hic redditæ xii Septembris. atque ex his mentem et mandata Sacr.mæ M.tis V.ræ abunde intellexi, quæ omnia Deo bene fauente, pro solita mea fide, quantum viribus eniti possum, diligenter, et fideliter exequi contendo. Pridie reddi curaui litteras Ser.mi domini Ferdinandi Archiducis Austriæ, quas pro me Ser.mæ dominæ Margaretæ harum terrarum gubernatrici scripsit. quæ in omnibus mihi se obtulit, in quibus Sacr.mæ M.ti V.ræ placere possit, et vt commodius in Angliam traiicere possim, decreuit vnum de suis cubiculariis cum litteris ad Ser.mum Regem Angliæ transmittere, qui vsque ad illius M.tem mihi erit comes. inde habitis litteris passus, sine quibus nemo ex Anglia dimittitur, ingens equor vsque in Hispaniam mihi erit arandum. iam sub his duris temporibus, et quam celerius possum, ad Cæs. M.tem, quæ nunc Burgis agit, et Conuentum istorum Regnorum ibi celebrare debet, me conferam, et ab illa me quantum erit possibile citius absoluam. Per quod vero iter, stantibus

his bellis redire debeam adhuc mihi est incognitum, ex re capiendum erit consilium, terra non possum, nisi per Galliam, per quam iter nunc est clausum. mari multo minus, siue Neapolim, siue rursus ad Angliam me conferre velim, propter instantis hiemis rigorem, vnde iterum commode non potest nauigari, nisi pro futuro Marcio, ad quem adhuc sex restant Menses. igitur dignetur Sacr.ma M.tas v.ra clementer perpendere, ex quo constituit mihi esse eundum. Si cum hoc viatico trecentorum, et centum Ducatis qui mihi ex priori quadringentorum viatico sunt reliqui Sex mensibus oratorem agere sit possibile. Et quid mihi restabit pro reditu, quem etiam in tribus aliis mensibus, vsque ad Sacr.mam M.tem v.ram conficere possum. velim equidem sine tam magnis impensis in hoc mihi iniuncto munere libenter seruire, si fieri possit M.ti v.rae Sacr.mae, quae pro sua incomparabili prudentia, facili coniectura potest assequi nequaquam posse hoc fieri. Abstrahuntur mihi etiam, ex his trecentis ducatis hungaricalibus, quos mihi hic Sacr.ma M.tas v.ra numerari commisit 34. et pro quadringentis florenis Renensibus, quos dominus Zuparius Bonar hic mihi a fuggaris dari iussit, saltem mihi Ducenti et sexaginta sex Ducati hungaricales numerantur. Non sunt mihi vsui floreni Renen in Hispania. itaque cogebar accipere Ducatos. Et fuggari hic vltra comissionem domini Zupparii nihil mihi dare audent, hoc est, nisi valorem quadringentorum florenorum Renensium, qui faciunt 266 Ducatos hungaricales cum tertia parte vnius ducati. nihilominus ego hic egi, cum fuggarorum factore Wolfango haller, cum quo ante tres annos in Hispania mihi fuit singularis consuetudo, quod ad meam fidem, mihi residuum trecentorum Ducatorum triginta quatuor ducatos daret in mutuum, pro quibus me illi inscripsi, et singraphum meum reliqui. Proinde Sacr.ma M.ti v.rae humillime supplico, cum prius mihi trecentos hungaricales numerari iussit. dignetur domino Zuppario committere, vt cum residuis 34 ducatis iuxta priorem Ducatorum calculum, cum ipso Wolfango haller componat, et

chirographum meum redimat. De ista mora in Hispania Ser.me Rex quemadmodum scripsi, si fieri potest, q citius redire possim, etiam cum manifesto periculo vitæ, modo sint homines, qui nauigent, et hiemi se credere audeant, cum illis me in primis Deo, et pro fide mea quam Sacr.mæ M.ti vræ debeo, hiemi, et quibuscunque tempestatibus me committam, vtcumque eueniet tamen hoc nulla ratione consequi possum, quòd sub hoc viatico, nisi velim esse Irus redire valeam. Posui iam cum his 400 Ducatis, quos adhuc habeo mirabilibus modis calculum, sed non extendunt se, vt me illac vnde veni referant. quare Sacr.mæ M.ti vræ humillime, vt domino meo clemen.mo supplico, dignetur istarum rerum, et futuræ penuriæ [si euenerit] habere rationem, et domino Zuppario committere, vt mihi in omnem euentum, ad Bancum fuggarorum daret litteras, si quibus egerem, vt adminicula mihi pecuniis fierent, nihil aliud quam quod necessitas postulabit sum exacturus. Non sunt mihi tales maiores, qui idonei essent Sacr.mæ M.ti vræ pro me dare fidem, cum sim ex humilibus, sed tamen honestis, et fide dignis natus parentibus, vna mecum subditis Sacr.mæ M.tis vræ. tamen mihi hactenus est creditum. Et ne de meipso multa præsumam, noscit me tota aula Sacr.mæ M.tis vræ, credat mihi quæso has Banci litteras, quas diligenter, et fideliter obseruabo, et vtinam se talis offerat occasio, q illis vti non sit necessarium, nihil mihi gratius accidere poterit. Sed hæc de meis itineribus, et necessitatibus hactenus. Noua quæ hic habentur, hæc sunt. Pontifex antequam Romam est ingressus constitit extra vrbem prima nocte, apud sanctum Paulum. Sequenti Die facta missa, et oratione permisit Cardinalibus, vt illi sanctos pedes oscularentur. Deinde postquam intellexisset, q ex vrbe magna pompa, et aliquot millibus armatorum decretum fuisset, ei iri obuiam, fertur plurimum rogasse, ne tales impensæ fierent, sed ea peccunia quæ pro huiusmodi triumpho deberet expendi, conseruaretur, vbi aliqua necessitas ingrueret, et quod deinde cum omnium summo gaudio in vrbem sit introductus, et publice cum ceremoniis consuetis

Adriano VI

coronatus, exclamatumque ab omnibus: viuat Adrianus papa sextus vrbis et orbis restaurator, et quod paulo post coronationem constitutionem in vrbe fecerit, quod nemo cum armis ire audeat, nisi sit de his offitialibus, et eorum seruis vnus, quibus est permissum, quodque omnes clerici, et beneficiis addicti, vestibus huiusmodi incedant, quae in sacris constitutos spectat. Et quod nemo clericorum cuiuscunque status sit, barbatus deinceps videatur. Prohibuit etiam sub grauibus paenis, ne quisquam clericorum puellam, in masculinis vestibus incedentem habeat. Nam vt huc scriptum est, ex vrbe erant plurimae puellulae, quae a primis de statu spirituali, et ab aliis etiam hoc vestitu in deliciis habebantur. in summa quod omnibus modis putatur Ecclesiae Catholicae prodesse, bonos rursum mores inducere, et malos funditus extirpare, sed in his partibus, quae iure conterraneo illi sunt deuincti, de eo sentitur. Si in hoc proposito perseuerauerit, quod non diu in hac sede regnabit. De Cesare nihil aliud, quam quod prius scripsi auditur. in Burgis est, et omnium suorum Regnorum Hispaniae ibidem conuentum descripsit, vbi satis longo tempore fertur immoraturus, hoc quod illic potissimum tractabitur, erit de conquirendis pecuniis, et gentibus pro futuro vere, vbi toto conatu contra Regem Galliae proficisci statuit, et arma sua prius non deponere, nisi a Gallis solidam pacem habeat. In oris istarum terrarum habet satis validum exercitum contra Gallum, qui passim nunc in Gallia igne et ferro magna damna infert. Anglicorum dicitur habere decem Millia, hispanorum tria Millia, quatuor millia peditum ex Germania superiore, et iterum quatuor millia ex Germania bassa, quinque millia habet hominum istarum terrarum, et ter mille quingentos Equites, quem exercitum Ces. Mtas magis ad propulsandum hoc tempore, quam ad inferendum bellum in his partibus fouet, hocque solum pro hac vice, cum Rege Angliae agit vt Regem Galliae continuis impensis, quas etiam suis militibus cogitur impendere eneruent, et quod pro futuro vere nouis copiis, et hominibus, ab omni parte illum adoriantur. Rex etiam Galliae

habet exercitum suorum Equitum, et peditum Germanorum, vt fertur viginti millium, et expectat quosdam Heluecios, timeturque hic, ne se vno impetu, postquam tanto tempore cum suis militibus nihil effecit, vel in Burgundiam, vel in has terras conferat. Ex omnibus suis Ecclesiis, quidquid adhuc auri argenti, et cætera id genus fuit reliquum rapuit, omnes mercatores, et suos subditos quos ditiores cognouit, in Parisio, Lugduno, et aliis ciuitatibus, et oppidis taxauit, et depactauit, conflauitque sibi non parum odii apud omnes suos huiusmodi tirannide. Et reiecit omnes pacis conditiones, satis honestas per Regem Angliæ propositas, et omnes tractatus, quibus post Mediolanen urbem receptam Mtas Ces. apud eum pacem quæsiuit, testataque est publice Mtas Ces: quod nihil magis cupiat quam pacem, velitque stare cognitioni iudicum non suspectorum de omnibus rebus, vt Mediolano Regno Nauarræ et aliis de quibus controuersia hæc bellica agitur. Sed Rex Galliæ posteaque se frustratum videt Imperio, deinde pontificem non habere, quem ipse voluisset, nihil aliud quam bellum sitit, speratur hic a multis, quod breui hæc sitis sedabitur. induxitque paulo ante Regem Scociæ, contra Angliæ Regem, missa illi, vt hic dicitur, cum duabus magnis nauibus, non parua pecuniarum summa, vna tamen illarum nauium per Anglos fuit intercepta sed illa cum peccuniis fertur ad Scociam peruenisse, vnde Rex Scociæ, cum omni sua potentia, iacet in castris. Rex Angliæ etiam omnibus suis viribus collectis, illas Scotis opposuit, sic omnia hic vndique armis feruent. Ante aliquot dies peruenit huc fama, quod gentes Cæsarianæ in Gallia quoddam Castellum, satis munitum in Gallia intercepissent, et relictis ibidem præsidiis 80 peditum vlterius per Galliam igne, et ferro sæuiebant, vnde de tam leui præsidio Galli edocti, expediuerunt Ducentos Equites, vestibus signis, et armis, vt Burgundiones, qui venientes ante Castellum, clamabant eorum more Burgundia, et rogarunt quod intromitterentur. Nam prope essent

G. Mutel Rex

Gallicani Equites mille, qui illos insectarentur, ne sic misere truci:
darentur. Et quod nuper ex Burgundia venissent, ad ampliandum
Cæsaris exercitum, illi in Castello fraudis inscii, videbantur e:
nim lingua, et omnibus habitibus Burgundiones, illorum miserti
intromiserunt pro amicis hostes, et ab illis, hoc stratagemmate
omnes sunt interfecti, et castellum rursus, validis presidiis
firmatum a Gallis tenetur. hæc de his terris. Allatæ sunt he:
ri fuggaris litteræ, vbi scribitur, quod Turcus, centum et quin:
quaginta millibus armatorum Rodianos milites sancti Joannis
durissima cinxissent obsidione, et quod constructis prius multis
ingentibus propugnaculis, quibus Ciuitatem et Castrum Rodi:
anorum circumuallarat, misit magno impetu, magnam gentium
præsertim Christianorum, et suorum de primis militibus multitu:
dinem, vt vi, et insultu subito muros et fossas occuparent.
quod Rodiani animaduertentes, intra munitiones animose se
continebant, et primum illis permiserunt aditum, disposuerant
enim omnia tormenta, quorum ego ibi vidi innumerabilem copi:
am contra hostes, et cum se illi fere victores putarent, iacu:
labantur Rhodienses recta, perinde atque ad scopum in hostes, et
post iaculationem, ascensis mæniis, quos adhuc viuos et se:
mimortuos offenderunt, interemerunt, et omnia ~~hostantum~~ hostium
propugnacula crebris iaculationibus, et multos in illis fun:
ditus deleuerunt, Amisit Turcus in ista oppugnatione, vt
scribitur, quinquaginta millia hominum, et fere omnes Chri:
stianos, qui ad eum defecerant, et plures pedites Germanos
sicque obsidionem soluit, et vix creditur rediturus. Quid cum
Rege Daciæ Lubecenses, et gentiles mei cum ceteris Ligæ Ciui:
tatibus agant, credo Sacr^ma^. M^ti^ vræ non fore incognitum.
In his partibus, et inter eundum neminem audiui qui non ma:
le de hoc Rege loqueretur, nihil hic post se laudis reliquit
presertim in hospitiis, nemo est qui non illi, vt sæuissimo tiran:
no conuiciaretur. Mtis Cæs: istarum Regionum oratores, in

Dacia duro carcere tenet captivos, hic rursus illius oratores
tres, de quibus unu Antoniu de Mech novi in hispania, tenentur
vincti, neq de illis ullam habet curam, fertur dixisse, q tales
rusticos haberet plurimos.) De Sermo Archiduce Austriae
Ferdinando, suspicor, q Sacrma Mtas vra, quae illi propior
est, omnia eo modo intellexit, ut ex noua ciuitate Austriae per
scripseram, laudatur et amatur hic ab omnibus. Venerunt
etiam heri ad hospitiu meum quod Fuggarorū domus est Noui:
tates ex Germania superiori, scribitur, q Franciscus de
Sickingis, non paruo equitum, et peditum exercitu, in quoda
monasterio, ad iactu tormenti, quod serpentem vocant: a Treueri iaceat: et
quod sit Episcopi Treuerien, et omniū spiritualiū publicus
hostis, quodq nemini damnū quam spiritualibus inferat, et
agit libere omnia, ad quaecunq eum libido intorquet. Multa au:
det, prius etiam ciuitatem Imperii Vormaciam obsederat omnia
quaecumq vult impune facit. iamq se pro Christiana libertate,
et ob amorem Christi, et eiusdem verae religionis bellaturum
dicit, qualis sit nouae theologiae professor, et scriptor, ex copiis
litterarum, quas Rmo domino Posnamien Episcopo misi intelli:
get. Exercitum quem habet apud Treuerim, constat decem mil:
libus germanis peditibus, et mille quingentis Equitibus, accurrut
q ad illum quottidie plures, habetq in illo exercitu, cum mul:
tis insignioribus nobilibus, nouem comites, In auxiliū Archie:
piscopi Treuerien, misit Episcopus Colonien, ducentos, et ciui:
tas Colonien centum Equites, unde creditur quod Ciuitas Co:
lonien illi datura est poenas q contra illum gentes miserit,
Nam paruo sumptu Colonienbus ingentia damna inferre potest,
cum in ripis Rheni illis studebit insidias struere, efficere po:
test, q nulla nauis secure Coloniam peruenire poterit, et ipse non
procul a Rheno aliquot castra habet fortissima unde citra
negociū etiam illis poterit nocere. Nulli magis, ut scripsi, qua
spiritualibus, et illis qui Episcopo Treuerien sunt addicti

detrimenta infert. In germana natione nunquam est auditum,
simplicem nobilem tanta ausum aggredi, et cui melius succederet,
Confluunt ad eum omnes, qui in militaribus stratagemmatibus po:
tiores sunt, tam Equites quam pedites, apud illum omniu est
præsidiu, et Asylu, et quemcunque in aliquo cæteris præstare vi:
det, illum fouet, et illi omnem partitur beneuolentiã. Per to:
tam Germaniam sunt vndique dissidia, nec hospes ab hospite tu:
tus. Memini dum essem in Austria apud principem Ferdinandu,
quod illius Sertas mihi dixit, vt caute, et late circumspiciendo per
Germaniam transirem. nam inquit, dum ego irem habui trecen:
tos armatos equites, tamen non fui sine metu, et oculis meis, vi:
di aliquot contra me, qui in insidiis stabant, numerum eorum
nesciebam, timebam etiam ne quid fraudis lateret, sic illos qui
stabant intrepide præterii, et adiunxit, est mala patria Ger:
mania / paulo ante in terris Casimiri Marchionis Comitem de
otingen interfecerunt, sibi ipsis non parcunt, quomodo aliis.
habebanturque verba ab illis, qui sunt de Liga Suenica quod Mar:
chioni Casimiro hoc possit euenire, quod accidit Duci Virtenber:
genv, a cuius filio. qui hic preter delictum apud Ser.mam do:
minam Margaretam exulat. intellexi patrem ducem vlricu,
qui etiam fuit Viennæ, magnis curis, et solicitudinibus conti:
nuis maceratu e viuis cessisse. Neque in Hispania pax est, licet ibi Ce:
sar agat. Practicatum fuit, existente Cesare in Germania
a quibusdam primoribus Hispaniæ, vt cum prouinciis a Cæsa:
re deficerent, et ista fuit causa, cur illius Mtas cum sua pro:
fectione sic accelerabat. nunc queruntur capita istius factionis,
et vltimis afficiuntur suppliciis, cum omniu consensu, et sic se in
hoc processu Cesar exhibet, quod cum omnes ab æquitate et iustitia
laudant, et eum iuste omnia facere publice proclamant. quodque
nihilominus apud se habeat decem millia electoru armatoru, quos
contra Gallos, si forsan incursionem facere intenderent, fouere
dissimulat. hæc mihi hesterna nocte Remaclus de Arduenna, vir

impense doctus, et est a secretis Ser.ma principis, retulit, et litteras passus, nomine Caesaris per regentes istarum terrarum signatas, et cum aliis litteris, ad R.mum Angliae Cardinalem mihi reddidit. Fuit etiam de Rege Daciae mencio, cum dixit Ciuitates vandalas (sic ligam istam hense vocant) octo oppida partim concremasse, partim intercepisse. Et quod ista anus Sibericf. quae hactenus Regem rexit, a rusticis Daciae sit interfecta, et quod ista ciuitatum Liga obsedisset Copenhagē, vbi cum curia Rex solitus est agere, et quod illi in omnibus male succedat. Dixit etiam de Rege Angliae, et Scotis, quod fere quottidie alterutrum incursiones faciant, et habuerunt aliquot particulares conflictus, in quibus Anglici semper fuerunt superiores. haec in his partibus sic aguntur, quae vt mihi relata sunt, in notitiam Sacr.mae M.tis vrae deducenda existimaui, metuo tamen ne fuerim, tam longa historia morosior, sed cum de omnibus quae se offerunt M.tas vra Sacr.ma scire cupit, de omnibus quae scire potui scripsi. Et vt tandem ad ea, quae me ad scribendum potissimum impulerunt, reuertar, humillime Sacr.mae M.ti vrae supplico, dignetur non grauate precibus meis annuere, et me in hoc exilio, ex quo vix in nouem Mensibus egredi datur; Regia clementia, et consolatione, firmiorem in animo reddere. Nunquam me alium Sacr.ma M.tas vra, quam diligentem, et fidelissimum seruum, si etiam e viuis sit migrandum inueniet. Cui me humillime, vt domino meo clemen.mo commendo. Deus opt. Max: tribuat Sacr.mae M.ti vrae, aetatem cum omni faelicitate Nestoream, et gloriosam contra omnes suos hostes victoriam. Ex Antuerpia xviii Septembris Anno Domini. M.o D.o XX ii.

Joannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo regi Polonie.

Ser.me Rex, et domine domine clemen.me In istarum litterarum conclusione, venerunt certe nouitates quod Ces. Mtas ex Burgis versus Caesar Augustam, vulgari Sarragossam, in Aragoniam se recepit, quae ciuitas a portu proximo Hispano, ad quem ex Anglia applicare debeo, distat centum, et quinquaginta miliaria nostra, hinc non erit possibile, quod ante Mensem Nouembris Mtem Ces. conuenire possim. quod igitur Sacr.mam Mtem vram ignorare nolui, ne videar moras nectere, cum nihil magis cupiam, rebus, et seruiciis Sacr.mae Mtis vrae bene expeditis, quam agere apud Mtem vram Sacr.mam vel in hoc Sacello. quod mihi comittere Mtas vra Sacr.ma dignata est, in quo ego mallem cucumeribus, quam hic pomis Grati, si res mea ageretur vesci. Promiserunt mihi etiam hic quendam vt scripsi cubicularium, qui mecum vsque ad Regem Angliae concederet. Mittetur quidem, sed de expensis illi, et de fatiga, vt hic vocant, prouidere debebo. Apud nos a Mte vra Sacr.ma omnia gratis, et cum expensarum solutione, oratoribus Caesareis impenduntur, vices mihi longe aliter hic redduntur. sine conductore qui linguam Anglicam calleat, ire per illas partes nequaquam possum, rursus, dum ad Hispanias venero, idem mihi erit faciendum. sic semper magis quam ante mihi est impendendum. non aegre ferat quaeso Mtas vra Sacr.ma, quod de omnibus singillatim scribo, nollem enim quod de me haberi deberet alia quam de fideli seruo, atque subdito Sacr.mae Mtis vrae aestimatio. Cui me iterum, atque iterum humillime comendo. Datum vt supra.

Joannes Dantiscus Orator.
Petro Tomiczki Epo Prze:
mis Tien. Regni Polonie
vicecancellario.

Reuerendissime in Christo pater, et domine domine gro.me Post humillimam seruiciorum meorum Comendationem. Ex litteris meis quas superioribus diebus, ex Nuruberga, ad d. vram Rmam dedi intellexit, in quo metu fueram propter prædones, qui summam de me curam, vt me inter eundum caperent, habebant: quibus modis illorum manus euasi ex scriptis ad Mtem Regiam accipiet. Perueni huc tandem incolumis Deo opt: Max: duce et recta me versus Calis, ciuitatem Regis Angliæ, quæ hinc XXX Miliar distat conferam, inde mari per vii Miliar traiecturus in Angliam, cuius maiorem partem terra, vsque ad portum, ex quo itur in Hispaniam, peragrare cogor, et intereundum visurus sum Sermum Regem Angliæ, quem postquam Commendaticiis Sermi Archiducis Austriæ, et dominæ Margaretæ conuenerim, illius ope, vt spero, securius in Hispaniam perueniam. Fui hic in magna animi turbatione, quod nullas hic veniens inueni litteras, quas hic fere per integrum Mensem, tribus diebus exceptis, cum magno desiderio expectabam, et absumpsi cum equis prope centum Renen. Cumque cognoscerem expectationem meam sic protrahi, inter spem et metum fluctuans, neque vlterius procedere propter viatici defectum, neque redire audebam. Restabant mihi adhuc de Ducatis quadringentis centum cum illis quottidie calculum ponebam quamdiu cum illis hic immorari possim. Venerunt tandem litteræ Sacr.mæ Mtis Regiæ, et D.mis vræ Rmæ, quæ me iam pene mortuum ab inferis resuscitarunt. sed cum vsque ad calcem lras D.mis vræ Rmæ Laconico more scriptas, de Tartarorum motu legisse, non potui

non maxima animi angustia affici, cum sciam quem ordinem res
nostrae habeant, et quid gens haec tam effera possit. Cupiebamque
summopere, quod mihi de his turbinibus latior fuisset descripta histo-
ria, unde et apud Regem Angliae, et apud Ces. Mtem de his mo-
tibus, et nostris necessitatibus loqui potuissem copiosius. Deus
omnipotens, et divus Stanislaus suos tueatur. Hic etiam omnia bel-
lis sunt perplexa. Rex Franciae cum XX Milibus tendit versus
Terebanum suam Civitatem, Caesareae Mtis et Regis Angliae gen-
tes numero XXX millia illac etiam se conferunt, sed ut fertur,
vix erit aliquis conflictus, utraque pars cunctando rem ducit, ut
alter alterum in gravibus expensis teneat. Rex Daciae Mtis
Ces. oratores cepit, et in carcere vinctos tenet. Rursus in his
terris Regis Daciae oratores captivi habentur. De isto Rege in
his partibus dum proficiscebatur ad Caesarem, varia execranda
narrantur. In primis postquam Coloniam venerat, ductus fuit ad se-
pulchrum sanctorum trium Regum quod cum vidisset non valde
precioso sumptu constructum fertur dixisse. Non vellem esse Rex si
non deberem post mortem meam melius habere Sepulchrum quam isti
tres rustici, et strata platearum Coloniae illi etiam non placebant,
habensque in prandio primores civitatis, dicitur ad illos dixisse.
Si civitas ista mea esset, nollem habere in stratis, lapides tam gla-
bros, et lubricos, illi responderunt quod non possent habere alios.
Si mea esset, inquit, in tribus diebus deberent undique esse alii lapi-
des, cumque illi quesivissent quomodo hoc tam subito possit fieri.
respondit. Ego omnibus mandarem quod quilibet in tribus diebus
alios poneret lapides, et qui hoc non faceret, ante domum suam
deberet suspendi. Multa alia quae non epistolam, sed volumen
exigerent, illud tamen adhuc addam. Postquam venisset ad civi-
tatem Traiecten, ubi formosae sunt puellae invitavit pulchri-
ores ad cenam, cum matribus, et quibusdam civitatis primori-
bus et post ~~excep~~ exemptam famem, et remotas epulas, laetior effi-
ciebatur, unamque de puellis sibi delegerat, quae caeteris forma

præstabat, cum qua sermones et manifesta iunxit oscula. dumq iam
nox appropinquaret, et quilibet domuitionem capesseret. Puellam quam
sibi delegerat, retinere nitebatur. quod mater illius animaduertens,
magno impetu, et conuiciis Regem est aggressa, minitans se publi:
cum facturam clamorem per totam Ciuitatem nisi filiam dimitteret,
et si perseuerasset in retentione, iam quidam rumor ad vulgus e:
ruperat, fuisset iste optimus Rex interfectus. Fertur etiam postquam
hospites, illius libidinem ferre in domibus suis noluissent, publicas
frequentasse lupas. Multæ aliæ virtutes quæ hic passim feruntur
Regem istum hic nobilem fecerunt. quas non abs re prætereo. quid
de Luthero in his partibus habetur in compendium conferam. Hic
de Luthero nemo, neq loqui, neq hiscere audet, indicta causa qui il:
lius libros, etiam probatos, vt de decem præceptis, de dominica o:
ratione imprimunt in carceres trahuntur. et quicunq illius habent
libros conquiruntur. Nuper etiam quendam, vt dicunt, doctum Flemin:
gum, et in hac lingua optimum concionatorem, ordinis diui Augustini
q aliqua cum Luthero sensisset, coniecerunt in carcerem, et si noluit
a vulcano, relligionis nræ tutore consumi. coactus fuit omnia, eti:
am aliqua ab Ecclesia Ro: approbata, publice ex carta illi præ:
scripta, reuocare, et lutherum multis probris et conuiciis con:
demnare. Alius hic item sacerdos, qui etiam nescio quid per impru:
dentiam pro luthero dixisset, postq longo tempore in carcere pœ:
nas dedisset, in Ecclesia coram omni populo, plura quam ille vnquam
dixisset, etiam ex cartha illi præscripta reuocare, et lutherum
heresiarcham vocare, et multis maledictionibus condemnare fu:
erat coactus. Mandatum Cæsaris in his terris contra Lutherum
inuiolabiliter seruatur. In Germania superiore nullam habet vim
immo etiam prædones (equites dicere volebam) pro luthero scri:
bunt, vt scripta Francisci de Silingen, quæ his inclusi claræ
ostendunt. quid sub isto pontifice qui iam in Italiam penetrauit
de Luthero futurum est breui experiemur. Ser.ma domina
Margaretha hoc tempore hic agit, et omni conatu practicat

pro conquirendis pecuniis, ad bellum hoc, quod pro venturo vere contra Regem Galliæ, a M^te Ces: atq Rege Angliæ geri debet. Alia quæcunq hic habentur, latius ex litteris meis ad Sacr.^ma M^tem vram regiam, d. vra R^ma intelliget. Viaticum trecentorum ducatorum hungaricalium, quod mihi M^tas R^a hic Antuerpiæ numerari commisit. Sic habet. Dominus Zupparius iussit, vt mihi hic darentur quadringenti floreni Renenses, pro trecentis hungaricalibus, hoc vero tempore hic pro trecentis ducatis, dantur floreni in auro, quadringenti et quinquaginta Renenses. Ne igitur 50 Renens. ex summa mihi deputata amitterem, conueni cum Fuggarorum factore, vt mihi trecentos Ducatos hungaricales solueret. quod vltra commissionem, vt mihi placeret fecit, vnde super residuo 50 Renensi. a me accepit chirographum. quare d. vra R^mæ humiliter supplico dignetur apud Sacram M^tem R. efficere, quod Fuggaris 266 florenos hungaricales, in auro soluerentur, cum tertia parte vnius flor. tantum enim pro quadringentis flor. Renens. ducatorum hungaricalium hoc tempore datur. Et quod flor. Renenses 50. qui mihi sic in summa trecentorum vng. defalcantur, etiam factori hic Fuggarorum, sacra M^tas R. per dominum Zuparium solui committeret. Nam me seorsum pro eis chirographo meo inscripsi. Nullum aurum in Hispaniam mihi potest esse accommodatius quam ducati, vel flor. Hungaricales/ Satis estne viaticatus. hinc trecentis hungaricalibus in Hispaniam soluam, et adhuc de illis deberem 34 amittere. Ex Hispania rursus, siue versus Neapolim, mari siue rursus ~~per~~

huc per hoc iter ire statuerem propter instantem hiemem non possum, nisi in Marcio futuro nauigare, per Gallias terra, via clausa est omnibus, quomodo erit possibile, quod trecentis Ducatis C sint etiam quemadmodum habeo quadringenti 7 sex possum in Hispania immorari Mensibus, et quid mihi restabit pro reditu, quem etiam vix in tribus Mensibus absoluam, omnia quæ prius timui mihi eueniunt, vt illi qui ante in hac pistrina versatus sum. Proinde d. vræ R^mæ, vt domino meo gr^mo quæ mihi hanc

prouintiam imposuit. humiliter supplico, dignetur hæc omnia apud
se metiri, et has meas angustias Sacr.ma Mti Regiæ diligenter
~~committere~~ exponere. ex quo Mtas illius decreuit, q per tantas distantias
maris, et terræ discrimina, me ad Cæs. Mtem conferre debeam,
vt mihi etiam prouideatur quod sine Regiæ Mtis leuitate, et
meo magno incommodo redire possim. Scribit mihi in hoc casu d. vra
Rma, quod si longius opinione illic immorari contingerit, possem a-
pud trapesitas alicubi adhuc sumere aliquid, pro quo Mtas Regia
cum redirem intercederet. D. vra Rma pro sua singulari prudentia
consideret, quomodo sine litteris banci, apud exteros ipse ignotus
et exoticus quicquam ad meam fidem, presertim de pecuniis nan-
cisci valeam, cum in illis terris homines sint oculatas manus ha-
bentes, credunt quod vident. quapropter iterum atq; iterum humi-
liter rogo. dignetur d. vra Rma, ad sacram Mtem Regiam inter-
cedere, q dominus Zupparius de litteris banci, ad factorem fugga-
rorum, qui hic agit, mihi prouideat, ille rursus hos quos in Hispa-
nia habet, de me potest reddere certos. Ego nihil accepturus sum
aliud, quam id sine quo viuere non possum, et dabitur a me opera
q in hoc negotio fides mea erga dominum meum videbitur clarior
velim enim si possem in hoc mihi iniuncto munere, quadam parsi-
monia vti, et quantum minus possem expendere. quod si de huius-
modi banci litteris mihi non prouidebitur. quomodo in Hispania
mihi ante bene nota, vsq; ad Marcium Mensem me habiturus sum,
et quomodo inde rediturus, non opus est Œdipode. quare pro
solita sua in me gracia, non permittat me d. vra Rma tam mi-
sere in longinquis regionibus exulari, et hanc tam longam mo-
ram, ex qua me propter hiemem citius explicare nequaquam
possum, clementer perpendat, et sua diligenti apud Mtem Re-
giam intercessione impense roganti opituletur. omnis namq; spes
mea post Deum, et summa fiducia in d. vra Rma sita est, quæ me
adhuc nusquam est frustrata, neq; vt spero frustrabitur. quod
autem d. vra Rma, in carta inclusa scripsit, vbi se contra om-

nes meos aduersarios pollicetur bonum patronum, quanto me gaudio et voluptate affecerit, scribi nequit. habeo igitur d. vrae Rmae, quas pectoris mei exiguitas potest immortales gracias. pergat quemadmodum cepit gracia seruum suum prosequi nunquam timebo, quid faciant omnes qui mihi insidiantur. inclusi his litteris copiam litterarum, quas ex Nuruberga Mti R. scripsi, in quibus habentur omnia quae apud Rmum dominum Cardinalem Salezburgen. egi, si forte essent intercepta, vsus sum Amannense fratre meo, quem mecum habeo, cui citra periculum credere possum / propter latrocinia quae nunc passim vbique grassantur, non bene tutum est planis litteris, presertim quae secretiora sunt perscribere. Excogitaui itaque modos, quibus securius omnia traduci, in notitiam Sacrmae Mtis Regiae possint. Mitto itaque inclusas Ciphras cum duplicatis vocalibus, quas, ne facile inueniantur, quod in hac arte potissimum est duplices feci, vt dum scribam vicissim illis vtar, et ne hunc inueniendi laborem d. vra Rma subeat. est enim occupatis difficilis, Martino aut alicui qui secretiora in fide habet, hoc negocium cum descriptis ciphris committat, addidi etiam quaedam nomina et negocia, in quibus maior vis inter scribendum mihi esse videtur. quae per nudas litteras, et signa notaui. Et curiosos istius artis si forsan litterae meae interciperentur redderent ambiguos, neque se vnquam ex his explicare valebunt. Non aegreferat quaeso d. vra Rma quod hanc difficultatem ingero, visum mihi est, hoc tempore, his bellis stantibus, fore non inutiliter necessaria, possent se talia offerre in aula Caesaris, et fortassis inter eundum negocia de rebus in quibus mittor, et aliis occurentibus, quae nequaquam planis litteris committere auderem. Et si forte ista etiam interciperentur, mittam ciphras istas per primas alias postas. vt si quicquam his ciphris scriptum ad Mtem R. perueniret legi possit / Rndo domino praeposito Cricio, qui mihi ad hoc iter omnia fausta precatur, eaque mihi ex illius animi sententia ventura spero, summopere cupio, vt faelme in omnibus succedat. Et vt illum dum aliquando rediero feliciter,

Cricius

Episcopum Posnanien cum sigillo, et d. vram Rmam primatem Regni archiepiscopum Gnesnen, salutare merear, sublimi feriam vertice sidera. Rme domine his meis literis, quæ sic tumultuarie, et vt scribi solet raptim prodeunt, quæso veniam impartiri. et si quicquam in eis est, quod non satisfaceret animo Sacrmæ Mtis Regiæ, dignetur illa moderare, et pro sua singulari prudentia, et gracia, qua me prosequitur boni consulere, non enim ex scolis, vel tranquillo ocio, sed ex procellosis animi motibus in quibus fluctuo scribitur. Sacrma Mtas R. credebat me omnia in quatuor mensibus conficere, vtinam in futuro Maio C in Maio Vilnam exiui I d. v. Rmam saluam et incolumem, in eo statu, quo cupio, videre valeam, Insperata magis sæpe accidunt, quam quæ speramus. Comendo me humillime, Dni vræ Rmæ, vt domino meo clemenmo et rogo hos perplexos animi mei motus, in quibus propter hac moram agitor, clementer dignetur perpendere, et me breui consolatu litteris suis reddere. quod per dominum Iusparium Bonar, cum hoc fuggarorum factore, qui hic agit commode fieri poterit, ille sine cunctatione, quottidie fere potis est ad me in Hispaniam transmittere litteras. Deus opt. Max. det ætatem longæuam fælicem, et diu incolumem pro mea singulari consolatione. d.ni v. Rmæ. Cui me iterum atque iterum humillime comendo. Datum ex domo fuggarorum Antuerpiæ xviii Septembris. Anno dni M° D° xx. ii°

ot	‡	ф	7	□	x	δ	∃	b	ʌ	5	9	ſ	w	2	⅄	ε
a	b	c	d	e	f	g	h	i	k	l	m	n	o	p	q	r

		↑	t	x		
o	ꝗ	8	⊓	ſ	ε	≠
ſ	t	v	w	x	z	et

S. pt Pontifex
Q. pt Cæsarem
B. pt Regem franciæ
L. pt Regem Angliæ
R. pt Regem Poloniæ
M. pt Regem Daciæ.

D. pt ferdinandus Archidux Austriæ
E pt Ios Marchio Brandeburg.
V pt Cardinalis Salczburgen.
G pt Isabella dux Barii
H. pt Mercurinus Cancellarius Cæsaris
C pt Magister gnalis Prussiæ

A pt Germania superior	L pt haereditatem Neapolitana
w pt Germania inferior	N pt negotiu[m] n[ost]r[u]m prutenicum
B pt Francia	T pt Iuditiu[m] camerae Imperialis
S pt Italia	Y pt Gedanen[sis]
P pt Anglia	I pt Elbingen[sis]
pt Polonia	F pt Archiep[iscop]s Gnesnen[sis].
oto pt Lituania	M pt Episcopus Plocen[sis]. mortuus vt d[icitu]r.
& pt Hispania	A pt dominus Bonar
pt Dacia	K pt Hieronimus de Lasko
pt Prussia	O pt Iodocus Ludouicus Decius

Vocales sunt duplicatae, quibus in scriben[do] vicissim vti solitum est redduntq[ue] indagatorem magis confusum et ambiguu[m].

Ioannes Dantiscus Orator. Sigismundo primo regi Polonie.

Sacrat[issi]ma Regia M[aies]tas, et domine domine clement[issi]me Post humillimam perpetuae meae seruitutis comendationem. Scripsi nouissime xviii Septembris Ser[enissi]mae M[aies]ti v[est]rae, ex Antuerpia diffuse de tota mea profectione, et de omnibus quae hoc tempore ibidem audiebantur, et potissimum de mora quam propter instantem hiemem in Hispania, dum illic Deo fauente applicuero sum habiturus. Litteras in manus factoris Fuggarorum dedi, spero q[uod] sunt reditae, ex his in quibus verser turbinibus intellexit. Ex Antuerpia per currus vt hic fieri solet (equos meos sex, quos mecum habui vendideram) vsq[ue] Brug in Flandriam perueni, et deinde ad Calis (Caletam Caesar in commentariis vocat) opidu[m] munitissim[um] Ser[enissi]mi Regis Angliae

quod situm est ad mare, in finibus Flandriæ, et Galliæ ibidem per aliquot dies immoratus, et propter auram contrariam, et ob nautarum altercationes, quorum quilibet in sua naui me habere voluit, solutis decem Ducatis, ventis me commisi, habuiq; ab ortu Solis vsq; ad meridiem, tempus satis secundum, postea, quem mihi nautæ candidum demonem in aere ostendebant, et quæ deinde prope iam portum tempestas cum grandinibus sequebatur, horresco memorans, et ne videar pro Epistola historiam conscribere, consulto prætereo. Tandem portui Angliæ Sanduig, qui a Caleta nouem miliar. distare dicitur, lætus, et incolumis applicui, semper enim prope portum metuebam, vt qui primus hoc expertus sum, ne tempestas, vel nos referret vnde exiuimus, vel ad maiora discrimina reseruaret. Sic habet Ser.ma M.tas vra hanc hoc tempore primam meam nauigationem Deus opt. Max. faxit, vt mihi liceat secundam, quæ erit multo longior. Ser.mæ M.ti vræ. vt istam describere. Dei voluntas fiat. Ex Sanduig veni conductis equis Cantuariam, vbi sancti Thome ossa, in Sarcophago de praeciosissimis gemmis, et multo auro elaborato seruantur. Et ne sim de singulis locis scribendo morosior, ad Odeporicon id spectat, breui tempore, quasi per postas conducticiis equis volando, ad Londinum primam et potissimam huius Regni vrbem me contuli, et cum primum huc venissem, misi pro quibusdam meis gentilibus, qui hic mercaturam exercent, vt me de his quæ hic agerentur certiorem redderent, ab eis statim intellexi, q Theodericus de Schonberg, cor et consilium domini magistri generalis, iam in sextum Mensem, et apud M.tem Cæsaream dum hic esset, et apud Ser.mum Regem Angliæ multa sollicitasset, et, q dixisset omnia quæ hic ageret non secus Ser.mæ M.ti vræ, atq; domino suo Magistro profutura et q indies in eorum comercio, et sæpius cum eis esset ad tabulam, hic enim domum habent non vulgarem, in qua laute, et opipare viuitur. Addebant tamen illum carere peccuniis, et in hospitio multa debere, et qd nunc ab isto, nunc ab alio in mutuum caperet, daretq; bonam spem, quod omnia, inter Ser.mam M.tem vram, et dominum

NB

S. Thomas.

Magistrum bene essent successura. Ego tamen apud me, qui illum, et illius machinas dudum noui, cogitabam contrariu, et confestim apud me statui Rmu dominum Cardinalem Eboracen conueniendu si qd de illius molinimibus possim expiscari. Accidit interea, q vna cum meis gentilibus, qui me ad honorem sacr^ma Mtis vre comitabantur, irem ad Ecclesiam. preter omnem spem, Theodericus processit ex quadam platea obuiam, et quamprimum me aspexit, nescio quo spiritu, subito rubore perfusus, resiliit attonitus in aliam platee partem, detecto capite, et nutabundo genu honorem mihi offerens, quem illi etiam imparciebam manu et verbis omissis. Gentiles mei non satis poterant demirari, qui alias ex verbis hominem et elatum, et furiosum noscerent, q sic ex via mihi cessisset, omen capio respondi. ita omnes illius domini actiones, actionibus Ser^mi domini mei cedent, neq vlterius cunctatus. sequenti die mane ascendi nauiculam, et conferebam me, ad Rmum dominu Cardinalem Eboracensem, qui in hoc Regno omnipotens. Regem, et regnum regit, et cum venissem ad quoddam oppidulu, quod duo Miliar a Curia domini Cardinalis, quam nouam magnis sumptibus struxit, dicitur distare, inueni ibi conterraneu meu ex Resel oppido Episcopi Varmien, doctorem Michaelem Sandeci, virum bonis litteris, et summa fide, erga Ser^mam Mtem vram preditum, quem in aula Cesaris olim diui Maximiliani, et apud Heluecios tanquam fratrem germanu noueram, agentem hic causas, et negocia Rmi domini sui Cardinalis Sedunen, cum quo Theodericus in vno hospitio, propter suam expeditionem, apud Car^lem Eboracen, longo tempore fuit coniunctus, et quia inter eos sepius mentio de Ecclesia Varmien incidit, in qua doctor Michael Canonicus est, et Decanus Wratislauien, interdu amico more per iocum dissidebant, cumq serio et ioco veritas plerunq detegitur, audiuit a Theoderico, q res veniant vtcumq, Magister Branusberg episcopatui nunquam est redditurus. et quod Theodericus, cum quibusdam litteris, ad Sacr^ma Mtem vram esset expeditus, pessime de Car^le contentus, et q inde

ad Regem Scociæ, cum quo sunt duorw Mensiw induciæ Sit profectur9
quodq apud illum eandem, quam apud Angliæ Regem haberet actione
nulli tamen Theod: ad verum res suas explicuit, virus pessimum, vt ex
sequentibus Mtas vra intelliget dissimulans, et multa bona coram subdi:
tis Ser.mæ Mtis vræ, de eadem vra Mte, deq Polonis proferens, quib9
illa tutius quæ consuetis Sicophanciis agere est solitus celare possit.
Dedi tandem operam, vt Rmum dominu Carlem alloquerer, et præ:
misi illi litteras, quas habui commendaticias, a Ser.ma domina
Margaretha, Introductus ad illum, offendi eum in lecto decumben:
tem, et colica passione, vt ipse asserebat laborantem, sed ab aliis edo:
ctus, cognoui morbo Gallico eum infectum quod illius barba et po: Cardlis morb9
stulæ, qe per obscurum videbantur, bene testabantur. Salutaui
illum more debito, nomine Ser.mæ Mtis vræ, et deinde confeci, quan:
dam oratiunculam de Turcaicis et Tartaricis rebus, quibus assidue
Ser.ma Mtas vra præmitur. rogan illum, q ex suo offitio, vt prin:
ceps Romanæ Ecclesiæ, et pro aucte, qua plurimum apud Ser.
mum Regem Angliæ posset, illius Mtem ad opitulandu rebus
Chrianis non parw inclinatis inflecteret. Ad quæ omnia vt est vir sa:
tis eruditus, et disertus, copiose respondit multa contra Gallos,
quæ eum intus, et extra cruciabant, et de illorw perfidia, ac fractis
fœderibus conqueren. De salutatione et istarum rerw comunicatio:
ne, deq cura et vigilantia, in rebus christianis Ser.mæ Mti vræ
ingentes habuit gracias, et petiit se plurimw commendari. Deinde
pro isto affectu, quo se verbis Ser.mæ Mti vræ obtulit, cœpi eum
rogare, et hortari, vt rebus Ser.mæ Mtis vræ, cum Magistro gnali
afficeretur, et quas potui causas potissimas, quibus Magister
Ser.mæ Mti vræ est inimicus exposui, dissimulans me scire quicq de
Theoderico. Ridendo mihi rndit, q oportune aduenissem, licet
ille iam esset expeditus qui causas Magistri egisset, et multa con:
tra Mtem vram fuisset conquestus, nihil tamen aliud esset nactus
quàm dum aliis postulationibus foret frustratus, quasdam ad il:
lius requisitionem litteras, ad Ser.mam Mtem vram. conclusitq,

pluris est apud nos, et Regem nostrum Ser.mus Poloniæ Rex, quam isti fratres, quos non facimus vnius assis, consuluitque, vt me ad Serenum Regem Angliæ conferrem, et operam suam ad hoc iter mihi exibuit, postque duas horas, quas fere variis sermonibus contrivimus, cum magno fauore me dimisit. Cumque relatum fuisset Theod: quod ad Cardinalem me contulissem, fertur dixisse, vadat, et pro tribus Mensibus ibi sibi paret hospitium. Cum vero audisset sequenti me die rediisse, et fuisse me Car.li gratum, et ab illo me statim intromissum, atque honorifice susceptum, expalluit dicens, Bonum est quod aliquis apud istum sacerdotem fortunam habet. Tercia die, R.mus dominus Car.lis misit ad me militem istarum terrarum, cum insigniis consuetis Ioannem Dans Consiliarium, et priuatum thesaurarium Ser.mi Regis Angliæ, qui cum octo equis (portabar egometquintus // cum meis in conducticiis) me vsque ad Curiam Ser.mi Regis conduxit, quo cum peruenissem, statim mihi camera satis elegans, in castello vbi Rex erat, vt me pararem dabatur, circumquaque castellum nulla sunt, nisi in duobus Miliar., diuersoria, et ex penu Regio, vina et cereuisia, cum aliis hic ceremoniis mihi ferebantur. Deinde cum iam essem paratus, misit Rex alios duos milites pro me qui me honorifice susceperunt, et sic ad quoddam cubile vere Regium introducebar, vbi erant primi Aulici, et Domini M.tem Regiam expectans, qui me etiam dignis modis exceperunt. Paulopost ex alio cubili Rex processit, homo ita formosus, quantum spectat virum, quo nunquam vidi formosiorem, data manu, humanissimum, et

N hilarem vultum mihi exibuit, et sic me vsque ad locum, vbi me audire voluit perduxit. Exorsus sum salutationem, nomine Ser.mæ M.tis modis, et verbis, quibus potui optimis, ad conciliandum amorem et beniuolentiam ab illo Rege, M.ti V.ræ Ser.mæ, quam vt est bene doctus, et bonas habet litteras, libenter et cum quadam diligentia audiuit, hinc dedi litteras a Ser.mo domino Ferdinando principe, et infante Hispaniarum .. quas pro me scripsit commendatitias quibus perlectis, per virum grece et latine doctissim: Thomam Morum, humanissime,

Morus salutationi Ser.mæ M.tis V.ræ respondit, et se in omnibus tanquam

fratri suo charissimo, et singularissimo exhibuit, salmosq Ser.ma
Mti vra, precabatur in omnibus successus, et se in omnibus, quibus pos=
set esse Ser.ma Mti vra, commodo, decori, et ornamento obtulit. com=
mendatitias Ser.mi domini Ferdinandi, quamuis haberet gratas, ta=
men mihi non fuisse necessarias, dicebat, intuitu Ser.ma Mtis vestra
quicquid posset pro me, et omnibus seruitoribus Mtis vra, se esse affe=
ctissimum asseruit. inde oratione prius meditata retuli, quo modo
Mtas vra Ser.ma mihi iniunxisset. si applicare me ad Regnu ~~Ita~~ Angliæ
~~lia~~ contingeret, vt me omnino ad illius Mtem conferrem, illam inui=
serem, salutarem, atq illi studiu, et animi Ser.ma Mtis vra, pro=
pensionem, qua illi Mti afficitur exponerem, et quod nihil magis
gratum, iucundu, atq ex animi sententia Ser.ma Mti vra potuit
accidere, quàm q illius Mtas cum Sacr.ma Mte Ces: mutua coniun=
ctione, necessitudine, ac vinculo affinitatis se deuinxisset, vnde cum
illius Mtas se cum inclita domo Austriæ, ex qua Ser.ma Mtas
vra, genus maternum duceret, ita firmiter coniunxisset, non pos=
set minus Ser.ma Mtas vra illius Mti, quàm Cesareæ celsitudini
affici, et q ob eam rem si per Angliam mihi esset eundu, illius Mti
omnes fortunæ vices Ser.ma Mtis vra recenserem, et potiores le=
gationis meæ causas exponerem. itaq illius Mti, ad longu, omnes
res Turcaicas, iuxta instructionem mihi datam, quas videbam
tempori competere, et quid nunc cum Tartaris ageretur, et quomo
Ser.ma Mtas vra, cum suo toto Regno esset in armis declaraui,
rogaw hæc omnia perpenderet, vt vindicandi rem Chrianam a tan=
to discrimine, quod nunc instaret, compositis bellis intestinis, statu=
eretur aliqua certa ratio, addens omnia, quæ ad hanc exortati=
onem expedire videbantur. illius Mtas, vt decet optimum
principem Christianu per ipsum suu Thesaurariu Thomam
Morum, diffuse respondit, exponens, q licet esset cæteris Chria=
nis Regibus, ab infidelibus remotior, et tutior, nihilominus
in affectu nulli cederet, quo libenter videret, vt furor ille infi=
deliu reprimeretur. Sed ad hoc per Regem Galliæ, qui in medio

Christianitatis perniciosior foret Turcis non daretur aditus. Mul-
ta praeterea fuerunt dicta de Gallorum perfidia, federum fracti-
one, et de totillatis iniuriis, et conclusum, q illius Mtas semper huius
fuerit voluntatis, vt Regnis periclitantibus subueniretur, et adhuc
in hoc perseueraret proposito, modo conatus et ambitio Gallorum
Regis, quae totum orbem Christianum iam a multis annis infecerunt
tot bellis e medio possit tolli, et q pro Serma Mte vra, et illius nepo-
te Sermo Rege Hungariae, omne id velit facere semper, quod mu-
tua coniunctio, fraternus amor, et beniuolentia deposceret. Post hoc
responsum illius Mtem rogabam, vt mihi liceret eam seorsum absq
arbitris alloqui, ad quod Mtas sua valde humaniter consensit,
et accepta manu mea prope ad fenestram mecum diuertit. Proposui
illius Mti, quibus indigniss. modis Serma Mtas vra per dominum
Magistrum generalem lacessita, coacta fuerit contra ipsum domi-
num Magistrum hoc bellum nuper praeteritum suscipere, et omnia
quaecunque potui pro mea tenuitate, et etiam quae sciui incipiens a
multis annis, de his quae inter Sermam Mtem vram ordinem, et
Magistrum generalem hucusq se obtulerunt disserui. Illa quae mi-
hi illius Mtas desuper respondit, quia sunt secretiora, papiro in-
clusa commisi, ex his cognoscet, quibus adhuc insidiis, contra Serma
Mtem vram laboratur. Tandem me Mtas sua manu bis data,
et genu, vt hic moris est flexo, cum magna gracia, et aspectu
hilari, a se dimisit, et ad honorem Serma Mtis vrae rursus me
ad cameram, ex qua fui eductus, honorifice conducere iussit,
vnde iterum calcaria pedibus nectens, cum eodem milite, cum
quo hinc exiui per xxvii miliar. Anglica, in hoc meum Lon-
dini hospitium fui reductus. Huc rediens contraxi notitiam
et familiaritatem cum oratoribus Cesa. Mtis, vnus ex Hispa-
nia, est episcopus Bagodien. et Elmen. alter est Fladrensis,
Magnus Balmus Gandauen. vterq bene doctus, et qui me ma-
gna prosequuti sunt beniuolentia, hi consuluerunt mihi, vt ad
portum Anglicum Plamoer, hinc ducenta miliaria Anglica me

conferrem, et in Nouembre, qui Mensis siccior est mari me crederem in tribus diebus cum secundo vento inde in Hispaniam nauigatur, et omnes posta per hanc viam, quia equor est spatiosum, et minus ibidem a Gallis periculi, traducuntur, sed hic iterum opus, hic labor est Sexaginta Ducatos ad minus, vt ipsi dicunt nauis ibi pt conduci, si aliqua ibidem, iam ad nauigandum instructa non reperitur. quantum iterum mihi, de his quadringentis, quos ex Antuerpia mecum tuli: remanebit: lamis est calculus, hoc tempore vix trecenti ducati mihi restant, omnia haec gracia, et incomparabili prudentia Serma Mtis vrae humiliter commendo./ Decreui itaque cras iterum cum sex equis conducticiis hinc soluere, et omnem operam, atque laborem impendere vt eo celerius Deo bene fauente, Hispaniam attingam /vtque ad illum de Schonberg redeam. postquam certum habuit. quod cum tanto honore, ad Mtem Regiam essem perductus, fertur ingemuisse, et dixisse, vadat, ego sequar a longe, nondum habet omnia quae vult, et secutus est me, sed illum neque in via, neque in aula Regis vidi, dicitur hic hospiti soluisse, centum quinquaginta Nobiles, faciunt 225. Ducatos et quod alias multam pecuniam exposuerit, et inter Secretarios, et aulicos offitiales, vt sibi fauores emeret distribuerit, et quod cum Regi valedixisset, recta sit in Scociam profecturus. Post meum huc aduentum nemo eum vidit sic vt ante laetum, et tum grandia verba sonantem Reddetque eum in animo demissiorem, cum audiet in Aula, quod videntibus omnibus, ad quartam partem horae, et vltra. Mtas Regia mecum sit loquuta, et quod tam humaniter me audierit, et tractauerit, neque poterit scire, quid Rex mecum, et ego cum illius Mte, fuerim loquutus, dabit tamen vt est geswind operam. Est hic quidam mercator Glanensis Georgius Hasse, qui est hic in domo mercatorum senior. illi Rex Daciae superiori Anno 40 stamina panni Londinensis recepit, et cum sciret quod Theodericus in magna esset illius Regis gracia, rogauitque eum, quod si posset efficere vt panni recepti restituerentur, satis commodo munere illum donare promisit

ille respondit. Si tu volueris Ill.mo domino meo Magistro generali iuramentum fidelitatis vt illius subditus praestare, sine munere tibi panni reddentur. si essent mille stamina, inquit subditus Ser.mae M.tis vrae, nunquam ex me facies proditorem. haec sunt illius studia, his technis, quibus nihil efficere potest laborat. fertur etiam ebrius, vt fere semper est, inter mercatores hic gloriasse, q. sciret aliquod, quo breui velit esse, in summa Ser.mae M.tis vrae gracia, et quod nunc M.tas vra esset illi infestissima, sed paulo post deberet alia, de illo esse Ser.mae M.tis vrae aestimatio. haec ideo ita diffuse Ser.mae M.ti vrae descripsi, vt ille, et illi qui eo vtuntur, melius a M.te vra noscantur. Noua quae hic habentur pauca sunt. Misit huc nouus pontifex Ro: breuia, hortando Cardinalem Eboracen., vt apud Ser.mum Regem Angliae pro concordia cum Gallorum Rege laboraret, de qua, vt intelligo, nihil adhuc est futurum. Rex Angliae a suis ingentem pecuniarum summam est habiturus, qua triginta mensibus hoc bellum producere potest, et omnia pro venturo vere, contra Gallos, tam a Caesare, quam a Rege Angliae, instruuntur, exercitus Caesaris, et Regis sunt in Gallia et ingentia damna praesertim igne faciunt. Galli obequitant vagantes, et ad predas discurrentes, plurimos trucidant, nuper dum Caesariani cum Regiis obsidionem ante Heduigem soluissent, Galli insequentes plusquam trecentos equites, et pedites intereremerunt, fit, quod in his rebus fieri est solitum. Alia hoc tempore digna notitia Ser.mae M.tis vrae se non offerunt. quae vero inter eundum, et in Hispania habebuntur. Deus omnipotens faciat, vt ea ex Hispania, cum primis Ser.mae M.ti vrae, describere valeam. Cui me humillime commendo. Datum ex Londino Regni Angliae xij octobris. Anno dni M°D°xx ii°

Ioannes dantiscus Orator apud Coesarem Carolum Quintum Sigismundo primo Regi Polonie.

Ser.^me Rex, et domine domine clemen.^me. Precipua causa cur sine creditiuis R.^mu dominu Cardinalem Eboracen, et Ser.^mu Regem Angliae, accedere ausi fuit, et quid ille de Schenberg hic tanto tempore molitus fuisset, intelligerem. ex domino Carli parum accepi, omnia a Ser.^mo domino Rege, qui ingenue postquam me seorsum audisset, mihi in hunc sensum cuncta retulit. In primis, ut est profecto bene doctus, dixit quod non bene loqueretur latine, scribere quidem posset aliquid, quia usum dicendi non haberet, nihilominus velit dare operam, et conitar inquit quod me intelligetis. quae dixistis pro domino vro libenter audiui, cupiebam dudum in hac causa ab aliquo vrarum partium reddi certior, nihil ego unquam audiui diuersius, quam quod vos et nuntius de Prussia proposuit, qui huc venit cum Caesare, et sine intermissione et Caesarem et me molestabat, qui eo tempore aliis grauioribus rebus fueramus occupati. Caesar quamdiu hic erat nouit illum moris suspensum agere, et mihi tandem cum hic reliquit, continue quando illi ad me dabatur accessus, contra dominum vrm conquerebatur, et in scriptis multa obtulit, quae ego aliis intentus aliis commisi. rogauit a me subsidium principi suo, et ordini aliquoties contra dominum vestrum, et multa mihi promittebat (ridendo hoc illius M.^tas protulit) et me hortabatur, quia essem defensor Ecclesiae generalis, quod ex debito illi adesse deberem, dicens quoddam factum esse compromissum, ad arbitros, quod Rex vester Poloniae non teneret neque inducias factas, sed grauibus iniuriis, et violentius subditos

Domini sui premeret, et nihil in induciis contentum observaret. igitur hoc arbitramentum cum compromisso cogerentur abicere, et rebus suis tempestiue consulere, ne funditus a Rege Poloniæ destruerentur. Et multas etiam prius non auditas crudelitates, de domino vestro recensuit. Arbitros etiam habuit suspectos videlicet Cæsarem, qui esset amicus, et consanguineus Domini vestri, ideo in hac causa non possent pati arbitramentum, et quærere contra Dominum vestrum, per totam christianitatem subsidia, impulsabat me istis quærelis sæpius. tandem cum vlterius molestiam hanc ferre non possem, respondi illi, quid tu vis quod ego contra fratrem, et meum bonum amicum Regem Poloniæ, qui est cum Cæsare confæderatus noster, deberem sine causa armis contendere. quid ad me de ista causa? sum ne ego in ea iudex? tu dicis pro tuo domino, audi alteram partem, quid tu me vis inducere, vt contra Regem amicum debeam arma sumere? sic illum reliqui, et cum sua expeditione eum ad meum Cardinalem remisi / Bonum tamen esset domine orator, ex quo, vt vos mihi retulistis tot hostibus infidelibus dominus vester septus est, quod cum istius domino concordiam iniret, libenter ad hoc, si possem iuuamen præstarem. Dominus vester mihi est amicus, Marchiones Brandeburgenses etiam sunt amici, velim quod bene conuenirent. respondi illius Maiestati, deberet conijcere, cuius esset animi dominus Magister, cum prius de alto et basso in arbitros, quos nominabam compromisisset, ab illis rursus velit deficere, et Christianos Reges contra Dominum meum, qui Christianitatis esset propugnaculum concitare, cum illorum relligio longe aliter disponat, et quod ordo etiam istorum fratrum prius fuisset in Anglia, sed propter dissensiones, quæ per eos in Regno semper erant, fuerant expulsi. Et protuli consilium Regis Angliæ Henrici Sexti, qui Genitori Serenissimæ Maiestatis vestræ, domino olim Casimiro Regi, cum primum in Prussia bellum cum eis gereret scripsit, si velit in suis terris pacem habere, vt illos fratres omnes expelleret, et funditus eradicaret. poterat hoc fieri respondit Rex, tamen melior esset pax, quam bellum, Et mul:

Cruciger[?] (margin)

tos alios vtrinq sermones. illius Mtem rogaui, ne friuolis querelis contra Mtem vram deinceps crederet, et q non aliam de Ser.ma Mte vra haberet æstimationem, quàm quæ de iusto et bono christiano principe haberi debet, Respondit, ego aliam non habeo, sed illi nihilominus conqueruntur, et conclusit, sciatis si quid ego possum pro domino vro, omnia sum libenter facturus, et sic me vt in litteris descripsi dimisit. Ex his Ser.ma Mtas vra potest perspicere, quæ noua molimina Magister habeat, hactenus ab illo nulla fides est seruata, et si sub istis induciis, aliquid technarũ possit committere, arbitraretur se Deo præstare obsequiũ, meum non est, qui sum rudis, et nullius intellectus in his rebus consulere. Ser.ma Mtas vra, pro sua incomparabili prudentia, bene omnibus prouidebit. Ego vero Deo duce, dum sospes ad Mtem Ces. peruenero, efficiam, vt hæc omnia sciat. Interea velim, si Mti vestræ Ser.mæ consultum videretur, vt Ser.mus Angliæ Rex litteris Sacr.mæ Mtis vræ, de his quibus falso est insimulata, clarius edoceretur. Hæc ita apud Ser.mum Regem Angliæ sunt acta, et hoc responsum, et hæc fere verba in forma quantũ memini, mecum locutus est. hinc omnia quæ d. Magister, cum suo istarũ machinarum structore in pectore habet, intelliget Ser.ma Mtas vra Cui me iterum humillime comendo.

Ioannes dantiscus Orator apud
Cesarem Carolum Quintum Petro Tomiczki Epo Przemisliensi
regni Polonie Vicecancellario

Rme in Christo pater, et domine, domine gro.me. Post humillimam seruiciorũ meorum comendationem. Ex Londino xii hd propter celeriorem postæ recessum, de multis quæ erant scribenda

pauca scripsi, vnde in presentia longis logis cogor esse morosior, et
cum D. vra Rma, non secus ac si coram essem, vna cum illis, qui om:
nes meas actiones viderunt, ingenue loqui, accipiet vt opinor d. vra
Rma pro sua in me gracia, omnia in meliorem partem / Rma d. vra,
quæ fortunis meis plurimum fauet, libenter mihi opitularetur, vt
secundum longam meam seruitutem et merita, res meæ meliorem
haberent conditionem, quod multis et liquidis argumentis iam du:
dum cognoui, hinc est, quod ante tres annos missus fui ad Cæsarem in
Hispaniam, et nunc illac iterum, non quod ad huiusmodi legationes obe:
undas essem aptus, aut idoneus, et quòd propter rerum agenda:
rum peritiam, quam in me nullam esse scio, viderer rebus tam
arduis esse sufficiens. sed quia sic d.o vra Rma voluit, illa pro
me fidem dedit, et non mihi, sed illi creditur. vnde si quid per me
esset delictum, aut omissum, in d. vram Rmam omnia retorque:
rentur, quæ talibus oneribus ferendis parem me esse Mti Regiæ
persuasit / cogor itaque continue duplici cura angi, de meipso in pri:
mis, vt diligenter et fideliter ea quæ mihi commissa sunt agam.
deinde æstimationi, quam de me d.o vra Rma, pro sua in me gracia
concepit non satisfaciam solum, verum etiam illam augeam, ad
vtrunque quantum pro mea tenuitate totis viribus eniti possum, da:
tur a me opera, et dabitur sedulo Deo opt: Max: duce, sic quòd d.
vra Rma, nullam propter me habitura sit difficultatem. Nihi:
lominus tamen, vt possit illis d.o vra Rma, apud quos male au:
dio, si forsan de expensis, aut aliis rebus me calumniari velint
respondere: Calculum de viatico ponam. Ex vilna xvi Maii exiui,
a Mte Regia octo florenos habens pro expensis, et veni prima
Junii Cracouiam, vbi propter festa penthecostes octo diebus,
vt me cum vestibus, et equis, ad hoc iter struerem sum immora:
tus. Accepi a domino Bonar, quadringentos Ducatos vng. in auro
quos tamen, impensis prius meis tam de seruicio, quàm de annuo
pecuniis, integros mecum non tuli. Nona Junii cum sex equis bo:
nis, et cum meis honeste vestitus, quemadmodum et ipse dominus

viderent
Thesaurarius, et d. Bonar Cracouia versus Viennam exiui, et
perueni a Vienna per Salczburgam, Nurubergam, Vlmam Magun:
ciam Coloniam, et Aquisgranum usque Antuerpiam xxiij Augusti,
illic usque ad xviij Septembris, ulteriorem Mtis R. instructionem
expectabam, et hactenus trecentos Ducatos Vng. in auro expendi
una cum pecuniis pro meis equis, quos ibidem propter longiorem
moram, et graues expensas vendidi. De istis trecentis Ducatis,
Ductoribus per Germaniam de saluo conductu, et pro nauigiis
per Rhenum (Deum ingenue testor) plusquam sexaginta Duca=
tos solui / Ex Antuerpia meum tuli de priore viatico centum, et
de nouo ibidem mihi numerato Ducentos sexaginta sex, et quos
a fuggaris in mutuum accepi triginta quatuor Ducatos. cum his
400 Ducatis in curribus, per flandriam perueni usque Caletum, seu
Calisium, et exposui de illis pro vectura et expensis viginti quinque
de Calis, pro naui x. usque Sandwig. inde pro equis, et expensis usque
Londinum xiij. ex Londino eundo ad Carlem Eboracen xv. mi:
liaria, et ad Regem xxvii, et redeundo pro equis conducticiis et
expensis xvi ducatos, In Londino cogebar mihi et seruis pro in:
stante hieme, et maris traiectione vestes parare duplices, in sim:
plicibus exiuimus, credebam enim me ante hiemem reuersurum, et
exposui pro vestibus 24 Ducat / In hospitio ibidem solui hospiti
xviii Ducat. / Ex Londino usque huc Plemoriam pro equis condu:
cticiis x nobilia, faciunt xv Ducat. et pro expensis mihi et illis e:
quis una cum rustico, qui illos ad reducendum sequebatur xvi
Nobilia. faciunt xx4 Ducatos, exposui / Interpreti hominum sem
et istarum regionum bene experto dedi Ducatos xv / pro naue, qua
hic satis paruam ex Portugalia inueni, usque in Castiliam xx du:
catos pro commeatu ad nauem decem et plures, nam omnia non:
dum sunt parata, et expectamus qualibet hora prosperum ven:
tum / ex hospitio viginti Ducatis me non absoluam. De his ita:
que quadringentis quos ex Antuerpia habui, vix mihi resta=
bunt 190 / Nusquam gentium breui tempore plus exposui, quam

Joes de Parnow

hic in Anglia, interrogentur hi, qui hic fuerunt, presertim Magcus dominus Comes de Tarnow, ille dicet, quam mali hic sint homines, et paruæ fidei, et quam grauis sit moneta, quicquid hic debet emi, etiam de rebus leuioribus, Stoter est, qui nobiscum magis facit quam tres grossos, hæc omnia, sic vt se habuerunt, et nunc habent in ipsa veritate Dm vræ Rmæ descripsi, quod si quicquam in his Sicophantiose, vel ab ipsa veritate alienu scribo, mihi ipsi imprecor, vt ipsa veritas, quæ Deus est me nunquam redire permittat. Poterit me in his omnibus, si quisquam esset qui me calumniaretur, confidenter vsq; ad meum reditu d. vra Rma tueri. Ego nihil lucrifacere in hoc itinere cogito, quod tamen ante me aliqui fecerunt, et inde nunc sunt domini, hoc summopere cupio, quod cum honore Sermi domini mei citra meum commodum, ea quæ mihi credita, et commissa sunt, pro illius Mtis voto possem exequi. Et quo id celerius possit fieri, nulla difficultas, nulla tempestas, nulla hiems, nullum manifestum vitæ discrimen, nulla demum Maria me remorabuntur. Proinde d. vra Rma hunc meum calculum bene perpendat, et si qua fides in me est, fidem illi habeat, respectu nrarum partiu non possit esse nisi falsus, sed, quantum ad istas regiones, ab his qui hic fuerunt, facile habebit ~~con~~: assensum, velim quod leuioribus impensis omnia possint fieri, sæpe etiam velim, quod quisquam alius hic esset, cui magis crederetur, presertim de his, qui composito vultu, multa ad tabulam Regis me p:tiunt, sed sic mihi est in fatis. Mitto iterum dm v. Rmæ easdem Ciphras, quas misi superioribus diebus ex Antuerpia, si forte priores non essent redditæ, vt cum ex Aula Cæsaris, ea quæ secretiora sunt scripsero, per has tutius ad manus d. vræ Rmæ perueniant. In litteris annexis, quas ad sodalem meum dominu Nicolaum Nibsthicz scripsi, non suspicetur d. vra Rma, quia graues sunt, quod in eis sit aurum, Anglia non auri, sed stanni, et plumbi ferax est, misi illi effigiem meam fusam, quam quidam Germanus, dudum mihi, adhuc in Aula Ces: Maximiliani: notus, in ligno exsculpsit, et inde formam confecit, in quam multæ possunt fundi. Effudi hic

profecto multum auri in butiro, et carne in magnis porcionibus cocta vt patriæ hic mos est, et in densa cerevisia misere vivens, nihil magis metuebam, quàm ne in aliquam ægritudinem inciderem, presertim propter pisces, qui hic vt alia omnia male coquuntur / istæ hactenus fuerunt voluptates meæ / et nunc scribendo non possum non aliquo metu corripi, audio quæ murmura, audio quos tumultus mare excittat, et cras forsan, si paululum nobis ventus aspiraverit sumus navigaturi. Quicquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est, et eundum, quo sors, quo fatum, resq; domini vocant. Multa sunt, quæ me vt hominem anxium faciunt, multa sunt etiam quæ me consolantur. vt q; de rebus meis in hoc alio mundo, curam adhuc habere videar, Dni vra Rma humiliter supplico dignetur litteris suis Ecclesiam meam Rmo domino Joni Conarski Cracovien episcopo commendare, ne Guthones quemadmodum cæperunt, violentias, et iniurias, in mea absentia illi inferant, digneturq; efficere, vt hæ litteræ annexæ, ad præpositum Curovien perveniant, cui omnem curam domesticam commisi, ne illi quos apud Ecclesiam reliqui e vivis me decessisse æstiment / De Ecclesiis etiam parrochialibus Gdanen, et Marienburgen, si contigerit illarum aliquam vacare, queso mei non obliviscatur / meminit do vra Rma, quod ad vtramq; expectativas habeo / De gubernatione villæ Golabie, pro qua dudum Mtem R. rogavi, si casus talis inciderit, humiliter rogo, mei memoriam habeat. hæc de rebus domesticis hactenus, vt ad istas quas nunc ago redeam. Ex calculo posito, d. vra Rma intellexit, quantum mihi ex omni viatico reliquum est, et ex prioribus meis litteris, quod ex Hispania, nequaquam ante Mensem Marcium navigare possum, ad quem quinq; Menses restant. Cum itaq; Mtas Regia voluit quod omnino Cæsarem sequerer, intercedat pro sua in me gracia do vra Rma, ad illius Mtem, vt cum honore, rebus Deo favente, bene confectis, et citra illius Mtis Regiæ lævitatem redire valeam. Alia quæ se post novissimas meas ex Londino litteras obtulerunt, et quibus modis Theodericus de

Schonberg a Ser.mo Rege Angliæ fuit absolutus, ex litteris ad Mtem Regiam intelliget | Cum adhuc essem Londini, venit quidã Secretarius pontificis, qui dominum Episcopũ Ploceñ mortuũ fuisse Romæ asseruit, quod si sic est, malam fecit comutationem, pro pileo rubro, quem tot conatibus ambiebat, mortem accepit, Requiescat in pace | Quod hoc tempore nulla noua, quæ certa essent habentur, cã est, q in dies postæ, tam ex Hispania, quam etiam ex partibus inferioribus Germaniæ expectantur, et hic est vna nauis pro postis reposita, cum qua ego missem, sed quia multa petebant illius rectores, et postariũ præstolantur, cuius aduentus adhuc est incertus, vadam pro leuioribus pecuniis, in nomine domini propinquius ad Cæsarem, sed longiore tractu per mare, cum ista nauicula Portugalen in Castiliam, et iam quod Deus opt: Max: bene vertat, parati sumus, bonum tempus, et, secundum ventum omni hora expectamus. Commendo me humillime d. vræ Rmæ, vt domino meo gr.mo, et rogo absentis sui serunli peroccasionem rationem habeat. Datum, ex Plemoria oppidulo, in finibus Regni Angliæ, versus occidentem, xxix Octobris. Anno dni M.D.XXii°.

Ioannes dantiscus Orator apud
Coesarem Carolum Quintum Si:
gismundo primo Regi Polonie

Sacratissima Mtas Regia, et domine domine clementissime.
Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Ex Londino primaria Regni Angliæ ciuitate, xii hui9 Mensis, diffuse omnia, quæ apud Ser.mum Regem Angliæ, et apud Rmum dominum Cardinalem Eboraceñ egerim, cum omnibus domini Magistri generalis

molimmibus, quæ per Theodericum de Schonberg struit, descripsi.
Ex his intelliget quatenus induciis Thoroniæ confectis fidendum, et
quid fratres isti prætendant, omnia extrema tentantur, et nihil, quo
conceptis dolis, et insidiis satisfactum rei possit, contra Deum, fi:
dem, et honorem prætermittitur, Non ambigo quin Sacr.ma Mtas
vra, pro sua incomparabili prudentia, fortes obices Machinis hu:
iusmodi in glacie fixis opponet. In nouissimis meis litteris per totum
fere, de Dedalo illo domini Magistri, fabula narrabatur, vtque illam
aliquando absoluam, illic rursus incipiendum est, vbi imperfectam
reliqui. Conueni in Londino interpretem, qui cum illo, postquam ego
ad Ser.mum Regem Angliæ iueram, se etiam illac contulit, ille mi:
hi omnia, quo modo a Rege susceptus, et expeditus fuerat recen:
suit. imprimis mihi referebat, quod inter eundum in quodam oppidulo
nolens recta ad Curiam Regis ire, reditum meum præstolabatur,
Et cum esset in fenestra casu euenit, quod cum illa pompa, vt prius
scripsi, illius hospitium præterirem, a me tamen non fuit visus, et cum
quidam cum eo stans interrogaret, quis esset, qui sic cum pompa a
Rege reduceretur, Respondit germanice, es sein Polckchen, et cum
ille instaret, et plura de me quæsiisset, non dedit illi responsum, et
tandem mæstus et tacens, per totam cœnam sedit, Altero die quærens
oportunitatem, vt Regem alloqueretur, tempore prandii se ad aulam
intrusit, et cum Rex egrederetur, fecerat quædam verba latina,
vehementi sermone satis diu coram Rege, qui illi nihil aliud quam
data manu dixit vale, et ad mensam se contulit. Bonus inde vir
furia quadam percitus, ex aula properabat. Erant ibi aliqui de
offitialibus, quos muneribus sibi deuinxerat, Rogarunt eum,
vt cum illis pranderet, quod toruo, vt est vultu recusauit. Et
ad equos abiit recta in Scociam, et deinde ad Regem Daciæ itu:
rus, ista fuit tota illius architecti, a Ser.mo Rege Angliæ abso:
lutio / In Londino vero ab hospite absolui non poterat, nisi ven:
dita cathena aurea, quæ trecentos ducatos continebat / de istis
paucos pro vlteriori viatico secum tulit, et Regi, et Carli, atque

omnibus Anglicis imprecabatur. Antequam tamen Londinum exiret, non potuit sibi temperare, quin moribus suis furiosis vteretur, ante hospitium in quo fuerat, erant arma seu insignia domini Comitis de Tarnow, et nobilium qui eum comitabantur affixa, quæ iussit cultellis scindi, et destrui, et cum hoc illius serui facerent, quæsitum est ab eis, cur picturas lacerarent? responderunt, quod nullus Polonorum esset dignus, vt aliquod insigne ferret, et multa alia, quæ tamen illi a plerisque, magis ad insaniam, quàm ad industriam, de qua plurimum gloriatur, sunt imputata. et cum a sculptore illius effigies in lignum esset sculpta, vt aliæ ad instar ex ære vel plumbo funderentur, reliquit hoc lignum in mensa, cum aliis rebus, et libellis nocte venerant mures, et ex illius simulachro nares, os, et barbam corroserunt, fertur impense indignatus dixisse, nonne erant in propinquo candelæ, casei, libelli, quis demon mures in ~~mures~~ meam faciem impellit, non possum aliud credere, quin ex Polonia huc venerint, vbi et catellis, et muribus sum exosus, et vt est leuis, et inconstans, interdum laudabat, interdum vituperabat Polonos, in hoc tamen fuit solitus Polonos comendare, asserens, quod si videret in vno campo pari numero Anglicos, et Polonos, et vtrosque suis armis vtentes, mallet esse cum Polonis, quam Anglicis, plus Polonis roboris, et periciæ militaris tribuens. Hæc a Doctore Michaele Sandeci Decano Wratislaviensi accepi, qui cum illo hic longam habuit consuetudinem, is mihi etiam dixit, quod ab eo intellexisset Magistrum generalem, cum Marchione Casimiro, quasdam habere simultates, quas vterque dissimulat, et quod cum Car^le. Salezburgensi non sint contenti, quem suspectum habent, quod plus partibus Sacr^mæ M^tis vræ quàm illis sit affectus, hoc hinc credo, quia Car^lis aucupatur, vt scripsi ex Nureberga, quæ pars ei plus sit datura, et isti non habent, quod dent. Retulit etiam mihi idem Doctor, Theodericum, sibi magnam spem, de Archiepiscopo Strigoniensi polliceri, quod ego qualiter æstimare debeam nescio. quodque potissimam fiduciæ suæ partem, si res ad cognitionem peruenerit

in Abbatem de fulda ponant, qui ordinis in hac causa debet esse procurator, certam sibi de tota Prussia recuperanda promittens victoriam. Multa praeterea fabulis anilibus similia, quae, ne huiusmodi ineptiis sim morosior, et vt finem semel de hoc pseudolo faciam praetereo. Et vt res meae vlterius habeant, quod annotarem operaepreciùm duxi. Exiui Londinum xiii octobris, et perueni huc 22 per multas malarum viarum incommoditates, et cum tam magnis expensis, quas nunquam antea per iter, et sic breue tempus feci, quemadmodum ad vnguem Rmo domino Petro Tomitio Posnanien descripsi, iamq hic per dies 15. sum immoratus, prosperum ventum expectans, dies noctesq in summo taedio, erantq interea q hic sum aliquot tempestates in mari ita validae, per ventos iam nobis fere ad integrum Mensem contrarios, quod ex his plures naues desiderantur, neq adhuc, quando hinc soluere possimus, propter flatus continue nobis aduersos quisquam potis est intelligere. Ad hunc portum oratorum Mtis Ces: et omnium consilio, qui istarum rerum experientiam habent me contuli, non temere me huc ingessi. non tamen possum inuito caelo, et obstrepentibus aeuris exire. et tempus, quanto diutius expectatur, tanto magis crudescit, et fit insolentius, Dicitur mihi q oratores Caesaris, dominae Margarethae, et alii hinc semper soluere sint consueti, et quod etiam aliquot diebus hic fuerint immorati, et nouissime Oratores Regis Angliae hic per Mensem stetisse, ventum expectando. Est hic etiam parua nauis pro transuehendis postis posita, quae, si hac hora Postarius ex Flandria applicaret, aduersantibus ventis, exire non posset, licet remis, et velis vtatur, habeo cum illa pactum, si citius se auderet mari credere, quàm ista ex Portugalia quam conduxi, vt me cum ea Aleae exponerem. optarem mihi alas si foret possibile, non tamen quales habuit Icarus, vt volando mandata Serma Mtis vrae possem exequi, sed in vetitum sub hoc casu niti non datur. Mora haec, si erit longior, non solum me magis anxium, sed etiam qui iam in Aula Serma Mtis vrae, canescere caepi, totum canum

reddet. Continui hic apud me interpretem meum Anglicanum hacte-
nus, nolui eum dimittere, donec me nauem ascendentem videret, vt
cum certitudine, me esse in nauigatione, istæ meæ litteræ, ad Sacr.ma
Mtem vram peruenirent, cum vero neq nautis, neq mihi spes est,
ex certissimis coniecturis, propter continuas pluuias, grandines, et
horrendas tempestates, quod hoc Mense prosperum ventum ha-
bere poterimus, non potui eum propter has meas litteras, vt tutius
per illum Lundinum perferrentur, diutius detinere, accepto itaq
alio, illum vt curaret, quod ex littera Antuerpiæ Fuggaris red-
derentur expediui. ego Dei clementia, qui ventis et mari imperat
hic expectabo, et quamprimum se prosper flatus offeret, non me ri-
gidus December, non me procellosa hiems, neq me ab hostibus a-
perta pericula morabuntur, Deo me per hoc tumidum pelagus
commendabo, et quantum possum celerius ad Mtem Ces: vbi vbi
sit me conferam. In quam grauibus hic sim expensis, male in cibo
et potu viuendo. Rmo domino Posnanien descripsi. homines hic
neq Deum timent, neq conscientias habent, in Germania met
sextus, cum sex equis, tantum per vnum diem, quantum hic sine
equis non exposui. Et quemadmodu hic superius descripsi, q in
hoc oppido 15. diebus sim immoratus, nunc dies agitur vigesimus
et adhuc quando abeundum certus esse non possum, ventus ex
occidente sic est perseuerans, q toto hoc Mense, et multis ante di-
ebus, nulla nauis ex his partibus in Hispaniam soluere potuit.
Quapropter Mti vra Sacr.ma humillime supplico, moram hac
quam inuitus, et sub duro hoc tædio ago clementer perpendat,
et mei vlterius rationem habeat. De reditu meo, cum adhuc me-
diu itineris non confecerim, nihil certi augurari possum, cupe-
rem nihilominus cum primis a Mte vra Sacr.ma fieri certior.
Si debeam in redeundo, iuxta instructionem mihi datam Ilmu
Ducem Georgiu Misnen conuenire nec ne: Si ex Hispania ad illius
Illtem redire debeo, longæ erunt ambages, et iterum ingens
erit circuitus, antequa me rursus ad Sacr.mam Mtem vram

referam, possem commodius, si hoc bellum inter Cæsarem et Gallos non sedabitur, per Regnum Neapolitanum redire. Mandatum in hoc casu a M^te^ vra Sacr^ma^ humiliter expecto, et nihil omittam quod facto est opus. Quæ hic noua feruntur, non sunt vndiquaq; certa, cum hic in fine huius mundi procul a Curia Regis spargantur. Paulo ante dicebatur quod fuerit inter Cæsaris, et Regis Angliæ exercitus, et Gallos magnos conflictus. quis vero vicerit, erat adhuc dubiu. nuper venerunt alia, quod Amiralis Regis Angliæ, cum suo exercitu redierit ex Francia, et gentes ad hiemandu circa Calisiu deposuerit, et quod per centum milliaria Gallica in Gallia, ingentia damna igne et ferro fecerit, sine vlla Gallorum resistentia, de conflictu nihil. quodq; gentes Cæsaris se etiam pro hac hieme in Flandria locauerint. et quo modo se tam Cæsariani, quam etiam Angli, pro futuro vere rebus omnibus bellum spectantibus contra Gallos parent, et quod Cæsar, et Rex Angliæ, in propriis personis, contra Gallos debeant proficisci. Venerunt huc ante aliquot dies nouem naues ex Hispania, et Portugalia bene armatæ, quæ ad Antuerpiam tendunt, dicebatur a mercatoribus qui in illis erant, q Cæsar esset in valdolit ciuitate non procul a Burgis, et quod strictam faceret iustitiam de illis qui in Hispania rebellarunt, misissetq; non contemnendu exercitu ex Hispania, ad recuperandum ciuitatem Baionam in Biscania, quam Gallus dum hinc Cæsar trajceret ceperat. Sed postquam exercitus iste propter munitiones a Gallis factas nihil proficeret, in circuitu et finibus Galliæ hostiliter sæuitum est. et quod Cæsar pro vere futuro ex Hispania omnes suos conatus, et vires contra Gallos exponet. ex Italia dux Prosper Columna, ab alio latere cum valido exercitu mittetur, sex Germania versus Lothoringiam delectus habebuntur, vt sic ab omni parte Galliam adoriatur, neq; deponere intendit arma, donec Regem Galliæ, aut humiliorem, aut exulem reddat. Redierunt huc etiam duæ naues armatæ, quæ Oratores Ser^mi^ Regis Angliæ in Hispaniam vexerant. Milites ex illis dicunt q inter eundu sex naues Gallicas obuiam habuissent, cu

quibus dum per integrum diem, et noctem conflictationes fecissent, vna
ex illis tormentis sic perforarunt, q nequaquam subsistere potuit, vn=
de pociores homines captiuos abduxerunt, et viliores animas cum
naue merserunt, reliquas vero in fugam verterunt | Dicitur etiam quod
ante aliquot dies ex Portu Coronia, ad quem ego tendo nauis vna
a Gallis fuerit recepta, hominibus Cimba ex illa ad littus fugienti=
bus, et quod Gallicanæ naues, plures hoc tempore hinc inde in ma=
ri vagantes, in dies videantur, consuliturq mihi quod inter naui=
gandum, non in vtramq aurem dormiam, ne a Gallis capiar, qui ta:
les sunt, q neq amicis in mari parcant, suo stipendio militantes.
quæcunq offendunt si possunt, capiunt, depredantur, trucidant,
et ne sciatur, naues perfossas, in profundum demittunt. fecerunt
his diebus in quibusdam insulis, ad Regem Angliæ spectantibus, præ:
ter hominum opinionem illas ingressi, ingentia damna, et hoc oppidum
bene diues oportunissimum, ad istam partem, habens portum, sibi non
parum timet, neq hic in portu sum satis tutus, nam murum non habet,
sed Castrum est ad mare situm, et in littore, vbi portui naues applicat
machinas aliquot disposuerunt incolæ, quæ tamen si decem armatæ
naues hostiles se huc inferrent, parum vel nihil earum cursum impedi:
rent. sum igitur, quandocunq hinc Deo propitio soluero, tum maris,
tum hostium formidine, in periculo, quod nihilominus, modo optata se
aura offerat, vt fidelis seruus Sacr.ma M.tis vræ, alacer subibo. Ha:
buit me hodie in prandio Prælatus diues, Doctor, et Oxonien Ecclię,
vicarius in Spiritualibus generalis, qui nuper ex Londino huc venit,
dixit mihi quod Rex Scociæ, his diebus cum Rege Angliæ, qui
illius ex sorore nepos est, de pace firma, post duorum Mensium inducias
conuenire in Anglia debeat, et quod inter eos etiam contra Gallos
Liga fiet. Dicitur etiam quod Rhodos obsideatur adhuc a Turcis
et Cæsarem cum Rege Porthugaliæ, Rhodianis comeatum, et
suppetias, cum aliquot bonis nauibus misisse. Et quod Rex Portu=
galiæ Joannes habens xxii annos apud pontificem laboret, q.d
suam nouercam Leonoram Cæsaris sororem, in coniugem ducere

possit. feruntur plura alia, plusquam fabulosa, quibus Sacmae Mti vrae, nolui esse morosior. Deus opt: Max: faxit, vt ex aula Mtis Caesareae, breui, quemadmodum cupio et spero, certiora describere possim. Comendo me suppliciter Sacmae Mti vrae, vt domino meo clemenmo et rogo longae, et durae meae seruitutis aliquando per occasionem, clementem dignetur habere rationem. Datum ex vltimo Portu Angliae versus occidentem e regione Hispaniae. Plemoria. decima Nouembris. Anno domini M° D° xx ii°.

Joannes Dantiscus Orator apud Caesarem Carolum Quintum Petro Tomiczki Epo ~~Premisliensi~~ Posnanien Vicecancell regni Poloniae.

Rme in Christo pater, et domine domine gromus. Humillimam seruiciorum meorum comendationem. Scripsi Dni vrae Rmae in his annexis, quarum Dat est xxix octobris. peregrinationis meae calculum, ut quantum mihi de omni viatico adhuc restat intelliget, hinc adhuc nequaquam absolui possum, propter continuum ventum contrarium, quae mora non paruis me cruciatibus afficit, cum sciam indies duriora, et periculosiora instare tempora, neque me solum, verumetiam miseros istos Portugalen, cum quibus ire decreueram, qui nunc comeatu absumpto ex nautis piscatores fiunt, et solis piscibus victitant. Mihi etiam mea crumena quottidie fit lauior. sunt hic homines qui recte pecunias norunt, quibus, quantum terrarum peragrauerim non vidi auidiores. in hospitio omnia triplici pretio emuntur, quaecunque apponuntur ad mensam seorsum quodlibet ferculum, panem cereuisiam, et ignem sicut hospes aestimat, soluere cogor, tantum hic sine equis, quantum cum illis in Germania quottidie expendo. de Cameris lectis, et domus vtensilibus singularis habetur calculus,

neq permittitur, vt extra domum quicquam ematur, et pro multis pecuniis hic misere vivo, in horas metuens, ne in ægritudinem inciderem, nam ali:quoties stomachi dolorem, cum torsione Colicæ, hic sensi, inter hæc om:nia, nihil me magis sedulo dolore conficit, quam quod aura mihi sic ad:uersatur, quando vero secundam illam sumus habituri, nemo est de his qui intelligunt, qui certo speresit, audiunturque hic tam horren:dæ crebrius tempestates, quæ non solum arbores, sed montes possent euertere, quas modo essent pro nobis libenter ingrederer, saltem ne viderer, vel deses, vel negligens, qui vltro moras necteret. At qui contra ventos nauigare possum? cum illos Deus in manibus habeat, cuius in hoc gratiam oportet præstolari. Proinde D^m vra R^mæ humiliter sup:plico, non ducatur suspitione, quod forsan volens profectionem meam differrem, vel, quod ignauia, vel metus aliquis me retraheret. Deo me commisi, cum quo nihil formidandum penitus mihi persuasi. Agat ita: quod apud Sacr^mam M^tem Regiam, clientis sui humillimi d. vra R^ma causam, vt bonus patronus Deo opt: Max: fauente nihil omittam, modo sit possibile, quod facto est opus. Et quantum totis viribus eniti possum efficiam, quod nunquam d. v. R^ma res meas apud M^tem Regiam fo:uisse pudebit. Comendo me humiliter d. vræ R^mæ, et rogo necessita:tum mearum, de quibus iam aliquoties scripsi non obliuiscatur. Et me gracia sua prosequi non desinat. Ex Plemoria x Nouembris Anno M.o D.o xx.o II.o

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum nuncio Isabelle ducis Baren.

Ad ea, quae p. vra, nomine Illmae dominae Isabellae Mediolani, et Bari ducis Sacrae Regiae Mti exposuit, comittere mihi dignata est Mtas sua, vt illi respondeam.

In primis vero quod attinet ad affinitatem, cum moderno Illri domino Duce Mediolani contrahendam, plurimas agit gracias Sacra Mtas sua, ipsi Illmae dominae duci de hoc materno amore, et cura, quam gerit erga se et liberos suos, quodque ea suggerit, quae illi ad bonum statum Mtis suae, ac prolis suae expedire videntur. Et fatetur quidem Mtas sua optimam hanc et honorificam esse conditionem locandae in matrimonium filiae suae charmae. statumque Mediolani non vulgaris esse momenti, inter Regna, et dominia christiana, satis nouit. quia tamen non ignorat Mtas sua, quam lubrici et instabiles sint, cum alii principatus Italici, tum maxime Mediolanensis, in quo ne Reges quidem, et imperatores, vt his annis transactis patuit, firmi esse possunt, nedum iste dux, qui non iure, neque viribus suis, sed alieno dumtaxat praesidio, subsistit, quo quidem praesidio, vel morte Cesaris, vel aliquo alio euentu, vt sunt res humanae, sublato quisque quod futurum esset conijcere potest, presertim cum certissimum sit Sermum Rege Galliae non quieturum, donec ipsum statum Mediolani recuperet.

Et proinde non videtur consultum Mti suae filiam suam in hac glacie collocare, qua facile resoluta in praeceps abiret Sed cum ea sit adhuc infantula, tempusque nubile adhuc longe abest, censet Mtas sua expectandum, ac considerandum, quorsum ista rerum vicissitudines deueniant, et qualiter cum statu Mediolani ipsi duci succedet, et demum id agi et tractari poterit, quod tempus et res vtile demonstrabit.

Caeterum quod p. vra, nomine illius Illtis postulauit, vt Mtas sua consentiret, quo eos prouentus annuos, quos ipsa in ducatu Barien auxit sua industria, posset partim seruis, partim ad pia opera inscribere.

Mtas sua Regia considerans summa calamitatem, ac discrimen, quod rei Christianae impendet ab infidelibus, tam ex his quam illis partibus, considerans etiam quam non modicam habeat gracia dei prolem, et habere adhuc potest ampliorem:

Plurimum rogat Mtas sua illius Illtem, ne ex firmis prouentibus alienet quicquam propter multos euentus, qui accidere possunt, neue adeo chari sint eius Illti serui, et mortui propinqui, vt viuis necessariis, eorum causa dispendium aliquod inferre velit, cui rei Mtas sua auctor esse nollet. Tamen si illius Illutas hoc adeo impense optat, ne Mtas sua illius postulatis deesse videretur, aequo animo feret et consentit, vt eius Iltas decem Milia ducatorum pecuniae ex prouentibus illius ducatus posset, quando ei visum foret seruis, et ad ea pia opera quae velit, donare, et si id illi parum videretur, donaret etiam ad summam viginti milium, quod totum Mtas sua ratum habebit.

Quod reliquum est referet vra. ptas nomine Mtis suae Regiae plurimam salutem illius Illti. Eiusque materno amori suam Mtem ac Sermam coniugem, et liberos suos diligenter commendabit.

Consensus regis vt Isabella dux Baren posset legare X millia DUCATORUM ad pia opera.

Sigismundus Rex. P. Manifestum facimus per praesentes. quia pro necessitudine, et amore mutuo, qui nobis est, cum Illma principe domina Isabella Mediolani ac Barii duce matre nra charma illi gratificari volentes, vt in vita sua possit partim de seruis suis, partim etiam de

religione, et sacricolis bene mereri, et suae suorumque saluti consulere teno:
re presentium consentimus, ut quandocunque illi libuerit, possit inter servos
et ad pia opera, aut quemadmodum illi melius videbitur, decem millia
ducatorum de auro, ex prouentibus annuis Ducatus Barien distribuere,
vel ad distribuendum inscribere, seu obligare, promittimusque verbo nro
Regio pro nobis, et Illmo filio nro Sigismundo, nos eandem distribu:
tionem seu obligationem per eius Iltem factam seu fiendam, firmam
et ratam habituros. In cuius rei testimonium &c. Datum Cracoviae
die quarta Februarii. Anno Dni. M°. D°. XX. m° Regni nri XVII°.

Sigismundus primus rex Polonie
Iosto Iodoco Ludouico Decio Nun:
cio ad Isabellam Ducem Baren.
misso.

Nobilis fidelis dilecte. Gratum nobis fuit, quod abunde de omnibus scripseris
et qualiter te Illma domina Dux Mediolani mater nra char.ma nomine nro
acceperit. et quam honorifice apud se te habeat, et tractet, quodque nos de
illius d. Illma prospera valetudine certiores reddideris, nihil hoc
profecto nobis, neque magis ex animi sententia, neque iucundius accidere po:
tuit, quam illius Illmam d. et optime valere, et felicibus uti successibus,
quos illi non secus, atque nobis ipsis ex corde fauemus. Deus opt: Max:
illam pro nra, et Ser.mae domina Coniugis, communiumque liberorum nrorum,
singulari gaudio, et consolatione, diu uiuere, atque in omnibus prospere
agere faciat / Scribisque quam ferat moleste, eius Illma D. quod litterae nrae
rarius ad eam perferantur, et quod eam ob rem ordinem fecerit, quo hinc
inde comodius, et celerius deinceps perferri possint. quantum in nobis
fuit, cum se talis opportunitas offerebat, nunquam omisimus, quin scri:
bere committeremus. quomodo autem factum sit, quod vel tabellariorum
incuria, non sunt redditae nrae litterae, vel tardius perlatae, nos praeterit

Dabimus post hac operam, si quid omissum est, quod nobis impingi possit, ut cumulatius rependatur, huncq ordinem, et eam litterarum missionem libenter amplectimur, efficiemusq aliis vicibus, ut quemadmodum ipsa Illma domina Dux instituit, sic semper fiat. Mittimus tibi litteras nostras creditiuas, ad Illustrem vice Regem Neapolitanum, cum quo ages iuxta instructionem, quam alias cum a nobis ires accepisti, quam pro tua fide, et industria, quantum in rem nram, et in commodum atq ornamentum Illmae Dominae Ducis conueniens, cognosces, moderaberis, eaq expones, quo illum nobis, et Illmae dominae matri nostrae magis propensum reddas, et quae tempori ac rebus expedire videbuntur. Ea quae scripsisti, ex mente Illmae dominae Ducis de filia mea seniore Isabella bene intelleximus, et in animum admisimus. nihil enim est, quod votis illius d. Illmae negare velimus. cum autem ut ipse nosti aetas ista tenera vecturae tam longinquae incomoditates, et varii aeris nouas conditiones sine discrimine ferre nequeat. Rogabis nomine nro, illius Illmam d. ut aequo animo, in hoc, suo desiderio adhuc moram ferat, donec haec nra communis, cum illa filia robustior, et ad tam longum iter conficiendum fiat vegetior, ut eo commodius in his, quae a nobis cupit, illius d. Illmae respondere possimus. In negotio haereditatis praeteritae Illmae d. suae referes, quod postquam tu ad nos redieris, et nos super hac re illius d.nis Illmae nomine clarius informabis, omnem operam atq diligentiam nos facturos, quo tam honori nro, quam etiam illius d.nis Illmae votis satisfiat, nihilq a nobis praetermittetur, quod ad rei rectae gerendae occasionem usui esse censebimus. Cum multae fiant in illis Regnis rerum mutationes, et ipsa etiam Illma domina Dux mr nra charma, non omnia semper ut intelleximus habeat sicut velit, nosq illam defendere, et contra omnes ut debemus tueri cupiamus, videretur nobis e re fore illius d.nis Illmae, ut ea apud nos haberemus, quibus illam, coram Mte Caes: et alibi ubi necessarium esset manu tenere possemus. Proinde ab illa nro nomine petes, ut ad nos per te confirmationes nouissimas, Caesareae Mtis super Ducatu Baren transmitteret. quod si forsan pro:

pter viarum discrimina non satis tutum crederet, vt saltim earum, transumptum, cum sigillo autentico viccariatus tibi dare non grauaretur, nollemus enim vbi se illi qualiscumq difficultas offerret, quouis pacto deesse, quemadmodum hoc et debitum, et mutua nra necessitudo exposcit. Referes praeterea Illmae dominae Duci matri nostrae char.mae. q Ser.ma Coniux prope propinqua est partui, vnde cum sospes et incolumis, quod a Deo omnipotente sedulo oramus principem nobis genuerit, nos subinde aliu nrm nuntiu cum litteris nouis ad illius Illmam D. mittemus, qui illam etiam nro nomine inuisere debebit, eiq omnia quae interea se offerent, et quomodo circa partum se res habuerit exponet. Aliud in presentia quod tibi iniungendum esset non occurrit, preter hoc quod tibi prius comisimus. Illmae dominae Duci matri nostrae charmae aetatem diu faelicem, et incolumem, atq omnia fausta nomine nostro precare. Dat.

Sigismundus primus rex Polonie.
Vicergi Neapolitano.

Illustris Domine Amice noster dilecte. Fecit nos certiores Secretarius et nuntius istic noster nobilis Jodocus Decius, de tuae Illtis erga nos, et char.mam matrem nram, dominam Isabellam Mediolani, et Barii Ducem propensione, et beniuolentia, qua permoti, et quod cum Ser.ma Cesarea Mte. cuius istic vices gerit coniunctissimi sumus. Comisim9 eidem nuntio tuam Iltem visere nro nomine, et quadam illi vicissim in testimoniu fauoris, et beniuolentiae nrae, erga illam referre. Proindeq illi fidem adhibere, et nrae de se expectationi satisfacere velit. Valeat faeliciter. Datu.

Sigismundus primus rex Polonie
Isabelle duci Bariensi

Ill.ma etc. Ex litteris Ill.tis v.re, et Jodoci nunctii n.ri cognouimus illam ex sua aegritudine sanitati restitutam, quo magnopere grati, et exhilarati sumus, neq. nobis quidqua iucundius significari, ab Ill.te v.ra potest, quam quod et bona valitudine, et felicibus successibus fruatur. Non sit autem miru, neq. molestum Ill.ti v.re, quod ad eam visendam alteru nunctiu vt polliciti fueramus, non miserimus. factu est enim discessu n.ro, ad Conuentum generalem Regni n.ri, in quo et occupati grauissimis negociis, et quodam dolore ex postula in pede nata correpti. a quo iam gracia Dei liberati sumus, non potuimus ita vt destinaueramus huc ad Ser.mam coniugem n.ram redire, et ip.m nunctiu expedire, quae quidem Ser.ma domina Regina, cum iam Ill.ti v.re, suum felicem partum significauerit, nos aliam occasionem faustiorem, in cuius expectatione sumus, et per quam ad Ill.tem v.ram nunctiu nostrum mittemus prestolabimur. Interim, quia nobis hinc absentibus obiit diem suu. Joannes Boner procurator generalis prouentuu nostroru seruus nobis vtilissimus, et nemo raciocinaria illius, et multoru negotioru, quae ipse defunctus obibat rationem rectius nouit quam Jodocus nunctius noster. rogamus Ill.tem v.ram, vt illum non grauatim, et absq. mora ad nos remittat, neq. aliorsum vertat, hanc illius reuocationem, quam quod ita res n.re exigunt, qui cum ad nos redierit, retuleritq. ea, quae isthic aguntur, et quae Ill.tas v.ra nobis significabit non praetermittemus, quin e vestigio ad omnia, quaecunq. necessaria videbuntur rescribamus Ill.ti v.re, et exequamur, id omne quod res postulare videbitur. Fel.me valeat Ill.tas v.ra et nos diligat.

SIGISMVNDVS PRIMVS
Rex Polonie Cardinali Protecto
ri.

Rme vo. Ex litteris nostris, quas ad Sanctissimum d. nostrum dedimus vestra d. Rma cognoscet, quae sit causa nostra pro qua scribim9 res enim agitur, de Ducatu Baren, Cuius possessio, iussu fortasse Imperialis Mtis nobis per viceRegem Neapolitanum adempta est. Mittim9 autem, ad suam Mtem, vsqz in Hispaniam, eius rei gracia nunctium nostrum, et vellemus causam agi, apud eam, auxilio Sanctimi domini nostri, qui vt oratori suo illic agenti eam litteris suis comendare dignetur, vt eum consilio, cum nostro agat, Rogamus, d. vestra Rma, nos apud suam Sctitem iuuare dignetur. Rem nobis profecto gratissimam faciet, qui de Ro. Ecclia, ac sede apostolica bene mereri non cessamus, id agendo, quod merito contra infideles, et haereticos, vtrosqz eius hostes acerrimos agi debet, Optamus autem vestram Rmam d. bene valere. Cui nos comendam9.

Sigismundus primus Rex Polonie
Viceregi NEAPOLITANO

Ill domine amice noster charme. Accepimus ex litteris nunctiorum nostrorum, quos post mortem Illme dominae Isabellae matris nostrae ad Ducatum nostrum Baren misimus, vram Iltem possessionem eiusdem Ducatus iussu fortasse Caesareae Mtis illius ademisse, et illum in sequestrum posuisse, nec praemissa disquisitione, nec vllo iuris processu contra nos instituto. Mirati sumus vehementer, qua causa tanta iniuria sit nobis

irrogata. Nemo enim est qui nesciat, eam esse peculiarem totius orbis ho-
minum legem, vt qui sunt bonorum possessores, non soleant de possessione
depelli, nisi iure victi. misimusqz propterea ad Caesaream Mtem nunctiu
nostrum petitum, vt cognita melius causa, mutataqz sententia, faciat
nos, et eosdem nunctios nostros restitui in possessionem, Spem autem indu-
bitatam habentes de vestrae Illtis erga nos propensione, ac beniuolentia.
plurimum illam rogamus, velit nos apud Mtem suam Caesaream suo pa-
trocinio, et auctte qua plurimum valet iuuare, et ab impetitione tueri,
quemadmodu nostra de illa fides postulat. quod illi vicissim perpetuis
amicitiae officiis curabimus referre. Caeterum comisimus huic nunctio nro,
qui presentes reddet, nonnulla de mente nostra vestrae I. referre, qua-
plurimum rogamus vt et fidem illi adhibere, et postulatis nostris velit
non deesse. quo nos sibi maxime deuinciet, et valeat felr vra I.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Viceregi NEAPOLITANO

Magce, etc. Ex litteris nunctiorum nostrorum. quos post mortem
Illmae dominae Isabellae de Aragonia, misimus ad capiendu Duca-
tum Barieu. Accepimus te iussu Imperialis Mtis, eius possessionem
eis ademisse, et mirati sumus vehementer, quae causa suam Mtem,
impulerit, ad hanc iniuriam nobis irrogandam. quapropter ad eam
nunctiu misimus petitum, ne in ea voluntate perseuerare dignetur,
sed cognita melius causa, mutataqz sententia. faciat eosdem nunc-
tios nostros restitui in possessionem. Spem autem indubitatam habe-
mus suam Mtem, quae sua est prudentia. et in iustitiam animi pro-
pensio frnae, et amicae, in hac ipsa causa esse acturam, Ceteru is
nunctius noster, exponet tibi in ipsa causa mandata nostra, qua
ad te informandu a nobis accepit. quidquid igitur nostro nomine

dixerit. fidem eius verbis habeas æque ac nostris.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Francisco Francorum Regi Christianissimo.

Magna iniuria affecti, a vicerege Regni Neapolitani, qui nobis possessionem Ducatus Baren. iure ad nos et Ser.mam coniugem nram, dominam Reginam deuolutã vi ademit, nulla præmissa disquisitione, nec vllo Juris processu contra nos instituto. Mittimus ad Cæsaream M.tem, hunc nunctiu. et Secretariu nostru. Stanislaum Borek decretoru Doctorem, qui cum per regnum, et terras vestræ M.tis iter sit facturus. rogamus illam plurimu velit illi de securo transitu prouidere, vt absq. vllo impedimento, et remoratione munus ac iter sibi iniunctum perficere possit. Rem nobis gratissimam faciet M.tas vra. quam illi vicissim omnibus officiis, et gratificationibus nostris referre curabimus. et fæl.me valeat M.tas vestra et nos diligat.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Coesari Carolo Quinto.

SEr.me princeps, et domine frater, et consanguinee noster char.me ac honoran. Cum non multo ante cognouissemus Ill.m Mediolani Ducem, dominu Franciscu, apud vram M.tem, vehementer instare et petere, vt prætextu cuiusdam Juris, quo niti dr, possessio Ducatus nostri Baren. nobis adimeretur. Mox ad M.tem vram litteras dedimus Juris nostri ordinem, et seriem declarantes. Petiuimus iisdem litteris, ne quid vra M.tas statuere dignetur. quod Juri nro contrarium censeri possit. Nunc autem nunctii nostri ad eundem Ducatum.

Baren missi litteris suis nos informauerunt. Viceregem Neapolitanum, possessionem eiusdem ipsius Ducatus Baren nobis ademisse, et sequestrum in eo constituisse. Magna igitur molestia, ex hac noua, et insperata iniuria affecti, mittimus ad vram Mtem hunc secretarium nostrum Venerabilem Stanislaw Borg. etc. Rogamus: qz illam, plurimum, vt et fidem illi adhibere, et in his quae nostro nomine postulabit, ita se exhibere dignetur, vt illius excelsa virtus, et nostra iustitia, nosterqz mutuus amor, et coniunctio exposcit. quod illi vicissim omnibus officiis, omniqz amore, et obseruantia nra, semper referemus. Christus Deus seruet vram Mtem Caesaream diutissime sospitem et faelicem. Cui nos ex corde comendamus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Mercurino Cancellario Caesaris

Illustris et Magce Sincere nobis dilecte. Cognouit abunde vestra D. ex aliis litteris nostris, quas non multo ante ad eam dedimus, nostram necessitatem, quae ad Imperialem Mtem scribendi matheriam praebuit, nunc vero, ex litteris nunctiorum nrorum, quos ad Ducatum Baren misimus, accepimus viceregem Neapolitanum, possessionem eiusdem Ducatus nobis ademisse, seqz ad illum intromisisse, cum summa iniuria nra, nos quidem omnibus in rebus, quas vnqz apud Imperialem Mtem egimus vestrae D. beniuolentiam, satis superqz experti sumus, caqz quo ad opus erat ita vsi sumus, vt in iisdem actionibus nostris omnia nobis ex sententia successerint, et nunc cum tanta sit necessitas ac iniuria nra, quantam vra D. etiam si eam nemo referret facile cognoscit. Rogamus illam plurimum, operam suam iisdem actionibus nostris, apud Imperialem Mtem nauare velit, quas altius repetendo iste secretarius nr. etc. coram exponet, Cui suo consilio, et patrocinio adesse velit, vt tanto commodius munus quod

obiturus est, ex re et sententia mea conficere possit. quo nos tanto magis sibi deuinciet, quum ad cumulum suorum erga nos offitiorum id etiam accesserit. Et valeat Celsitudo vestra diu.

Ioannes Dantiscus Orator apud
Caesarem Carolum Quintum
Petro Tomiczki Episcopo Przemisliensi
Viceancellario regni POLONIE

Reverendissime in Christo pater, et domine domine gratiosissime. Humillimam commendationem. vigesima nona octobris, et x Nouembris, ex Plemoria Angliae Portu, Dominationi vestrae Reverendissimae omnia quae tunc mecum agebantur descripsi, ex his profectionem meam omnem, et quantum mihi de omni viatico restaret intellexit, vnde xviii Nouembris versus noctem, cum vento satis commodo, versus Hispaniam, cum naue Portugalensi solui. durabat nobis ventus iste, vsque ad medium noctis, et inde insurexit alius contrarius, qui vsque ad ingentem tempestatem inualescebat, iactabamur illa nocte, cum magno diei desiderio, et surgente aurora tempestas maior exoriebatur, quae ad sidera vsque fluctus extulit. coacti igitur fuimus, non paruis discriminibus versati, Portum aliquem propinquum petere, quem summa cum difficultate attigimus, ingredi tamen propter refluxum maris, qui nondum venerat non potuimus. Proiecta itaque anchora in summis fluctibus voluebamur, donec illi ex portu nostri miserti. cimbam vna cum hominibus ad nos mitterent, et inde elato velo minore per illos, qui portus modum nouerant, salui in terram fuimus recepti. villa est parua Plasens nuncupatur, non procul a monte sancti Michaelis, in Cornuaria Angliae prouintia, in ea mansimus. x diebus, iterum secundum ventum expectantes. Eadem etiam nauicula tempestate adacta venit, quae Caesaris postas transfert, exiuerat eadem nocte nobiscum ex Plemoria, venit item alia satis magna Portugalensis,

Et paulopost tres naues grandes eadem tempestate, quae non poterant pertingere ad portus fecerunt naufragium a portu non procul in quo fuimus. Vna erat Anglicana magna et armata, ex illa perierunt vna cum Capteo viro primario, in Anglia viri xl, reliqui xxvi venerunt salui in terram, fuit alia ex Hollandia, de Amsterda magna, quam in mari videramus, haec cum Caesare iuerat in Hispaniam, et deinde pro sale ad vlixbonam ex illa omnes sunt saluati. Tertia erat Porthugalensis, ex qua pauci viui exiuerunt. Nos illorum casu perculsi, tempora diligentius obseruabamus, habito itaque vento contuli me in nauiculam, Postarum, Portugalensi me credere non ausi, cum propter pacem, quam habent cum Gallis, tum etiam quod nauem habebant antiquam, quae quoties fluctus aliquis, Decumanus ingruebat, ingemiscere solebat. Fuit tamen potissima causa, quod cum primis volebam ferri ad Caesarem, et non facere illas ex Portugalia ambages, Decimo igitur die, quae fuit xxviii Nouembris, iterum cum vento satis prospero, ingressus sum Postarum nauiculam, et ingentis pelagi parua rate vicimus vndas, cum qua tandem portui in Sturgia Codaliae nuncupato salui applicuimus, 3 Decembris versus noctem. quae vero iis quinque diebus, et noctibus sum passus, et quam crebro non ego solum, sed nautae omnes mecum de vita desperauerunt, horresco memorans, vnum tamen hoc addere ausim. quod hoc paruo tempore pluries mortem manifestam vidi prae oculis, quam totis ante sex mensibus, quibus fui in mari quum irem versus Hierusalem, Deo opt: Max: sit laus, honor, et gloria atque omnis graciarum actio, qui me ex his aquarum non fluctibus, sed montibus liberauit. Ego vidi, et peragraui mare mediterraneum, et nostri maris sinum Codanum, sed nulla est cum mari Hispanico, quantum ad magnitudinem aquarum, et fluctuum, similitudo. Neque potuit esse toto anno tempus magis quam hoc ad nauigandum insolens et importunum, si deberem orbis imperium simili nauigatione assequi, non ponerem me in tam periculosam aleam, optabam saepe, quod saltem vnus e nostris delicatis, ad decursum quartae partis vnius horae fuisset mecum, crederetur mihi, et deinceps nullas ambirent legationes. Sum nunc hic, et habeo eam quam prius spem in Deum, qui me per haec tempora dura hactenus duxit incolumem,

meliori tempore quod nunc in dies fiet tranquillius saluum reducet. exi-
ui portum Codaliae 4 Decembris, et conductis sex equis onerariis, non
tamen tam bonis vt sunt apud nos, qui plumbum ferunt ex Cracouia, in
Hungariam, in illis, et illorum sellis stramineis, per montes altissimos,
et vias, quibus nullae possunt in mundo esse peiores cum meis vsque in Ciui-
tatem legionis portabar, alios equos in prouincia illa miserrima, neque ad
emendum, neque ad conducendum inuenire potui, solui ab eis tantum, quan-
tum emi possit apud nos, ex Legione paulo meliores cum apparatu, vt
hic equitant, vsque Medinam conduxi, ibi aliquot dies sum immoratus,
praemittendo, vt post tot incommoditates, commodum mihi inueniretur
hospitium in valdolit, vbi omnia sunt plena hospitibus, datum mihi fuit
vnum satis exile, intraui nihilominus cum viderem quod mihi melius da-
re recusarent. veni ergo huc xviii Decembris, et sequenti die magnus Can-
cellarius, qui me adhuc sua veteri beniuolentia prosequitur, in prandio hu-
manissime habuit. Post prandium seorsum cum illo clausus, ei Mtis R.
litteras reddidi, et illius Mtis nomine salutaui, quod grato accepit animo,
Deinde quae mihi agenda essent, apud Mtem Caesaream explicaui, et vt mihi
audientiam de rebus publicis, et postea de priuatis faceret rogaui, ad omnia
se obtulit beniuolum, fuit tamen protracta ista publica audientia, propter
festa, et etiam quia Mtas Ces: aliquantulum dicebatur aegrotare/ Vigesi-
ma septima Decembris, hoc est ipso die sancti Joannis Euangelistae, misit
pro me Mtas Ces: dominum Joannem, hannard audientiarium suum, et me be-
nigniter audiuit, dixi hanc inclusam orationem, iuxta instructionem mihi
datam, quantum videbatur, tempori competere, Ad quam in hunc modum
Mtas Ces: per dominum Cancellarium, de verbo ad verbum, quemadmodum me-
mini respondit, vt in cartha inclusa continetur. et priuatam audientiam,
in aliud tempus distulit, pro qua ego indies laboro, nihilque est aliud in causa,
quod sic differtur, quam quod vt scripsi catharro aliquantisper laborat, spe-
ro tamen quod cras, vel post crastinum, si melius habere experit me audiet,
Datum est mihi etiam melius hospitium, et honestius post primam audientiam,
et misit mihi Mtas Ces: per magistrum curiae suae, et dominum Hannard, t
vt hic moris est, quatuor lancas argenteas vini, et postulauit vt semper
Lagenas

pro vino, quod mihi placeret, ad cellariu illus Mtis mitterem, nihil aliud hic
datur oratoribus, ego mallem, q mihi ligna, quam vinum mitteret, quae hic
vt alia omnia, in hac misera Hispania, in caro sunt foro, de quibus multa fo:
rent scribenda, nisi lectu essent molesta, et postae festinatio prohiberet.
hoc mihi accidit Rme domine, quod semper timui, veniens huc, per tantas
maris, et terrae incommoditates et discrimina, de omni viatico, non attu:
li magis quam 80 Ducatos, de quibus ego statim, pro vna Mula, in qua
honeste irem, vt hic consuetudinis est, ad Caesaris palatiu xxxiiii Ducat.
exposui. et nisi mihi esset vetus, cum fuggarorum factoribus amicitia, quo:
modo hic res, et negotia Regiae Mtis, citra illus Mtis leuitatem possim expedi:
re, omnia fortassis hinc proueniunt, quod mihi saltem negocia Regia, et
non pecuniae creduntur, sed de his plura quae scribi possint non audeo, ne
vel vehementior, vel mihi multa tribuere viderer, satis iam aliquoties scri:
ptum est. feci nihilominus vt potui, et a Fuggarorum factore hic existente,
Georgio Rheginger in mutuu trecentos Ducatos, in auro accepi, quos quaeso
D. v. Rma, ad Mtem Regiam intercedendo, efficiat. vt per dominu Bonar,
Fuggaris soluantur, quomodo sit mihi ~~reddendu~~ redemendum cum his pecuniis, quu ae:
adhuc nesciam quando a Caesare absoluar, D. vra Rma perpendat. Si eti:
am cras Mtas Caesarea me expediret, non possem tamen ante Marciu na:
uigare, vulneribus didicit miles habere metum. Istae nauigationes me
et timere, et non magis praecipitem esse docuerunt. Haec omnia d. vra Rma
pro sua incomparabili prudentia, et singulari erga me gracia metiatur,
et rebus meis apud Sermam Mtem Regiam subueniat, spero equidem nec
vana fides, q breui me d. vra Rma in his turbis fluctuantem consolabitur,
quae alias hic aguntur, ex litteris ad Mtem Regiam intelliget d. vra
Rma, Cui me humiliter commendo ac perpetuo dedo. Datum ex Valdo:
lit, ciuitate Regni Castiliae 4 Januarii. Anno Dni. Mo Do xxiii.

Rxme domine. Loquutus sum cum magno cancellario multa de rebus Prutenicis, et inter alia retuli illi, quomodo fratres isti cum suo magistro glorientur, q Mtas Ces: admiserit, et consensit de exercitu Germanorw contra Mtem Regiam, profecto, quod ille ~~non~~ sic non esse constanter asserebat, immo aperte dicebat, omnes mendaces esse, qui haec proferrent. quodqz Mtas Ces: misisset ad reuocandw eundem exercitum, sed non poterat a pertinacia sua deflecti, et quod Caesar non curasset, si fuisset bene correptus. Respondi q bene fuerit correptus, sed si modicum expectasset, melius sensisset, iste vero ordo perpetuo sentiet, cognoui cum illis, neqz Marchioni Brandeburgen multum affectum.

Ioannes dantiscus orator apud Coesarem Carolum Quintum Petro Tomiczki Epo Przemislien. R. Polonie Vicecancellario

Rxme in Christo pater, et domine domine gromc. humillimam commendacionem. Cum mihi datum est ad scribendum longius tempus, non potui mihi temperare, quin de rebus meis vberius ad d. vram Rmam scriberem, quam humiliter, et summopere rogo, pro sua in me gracia, non aegre, neqz aliorsum atqz ego sencio, id quod a me scribitur ferat, vrget me conscientia, vrget me fides, necessitas me cogit. q semper in meis litteris, multis querelis sim morosior. quid calamitosius, quàm dum illi qui affligitur, non lachrimae solum, verumetiam singultus et gemitus prohibentur. Dabit itaqz d. vra Rxma, pro sua in omnes benignitate, iusto dolori meo veniam. Ex litteris meis hiis annexis d. vra Rxma quomodo huc venerim, et quantum de viatico attulerim intellexit. Sum nunc hic, ago magni Regis oratorem, aspicior, q a tam longinquis partibus venerim ab omnibus. Adeunt me duces, comites, Barones, et pleriqz de primis aulicis, laudor interdw, aegrefertur quod offitiales Curiae, non accura:

tiorem habuissent, in primo aduentu mei rationem, habeor in ea qua decet,
ad honorem Ser.mi domini mei dignitate, atq; aestimatione. Ego spem vultu
simulo, premo maesto in corde dolorem, omnibus me talem, vt consuetum
est ab aliis oratoribus exhibeo, qualis sub hac persona videri debeo, nihil
a me praetermittitur, quemadmodu alii oratores faciunt, quod ad orna:
mentum, et faciendam aestimationem, in ijs exteris regionibus Ser.mo do:
mino meo dignu et conueniens videtur/ quu autem loculos meos contemplor
et post tergum, quantum intercapedinis, mihi pro reditu restat, prospicio,
spemq; dubiam de vlteriori prouisione, M.tis Regiae ante oculos pono,
quis mihi sit animus, quae mens, quales me subeant cogitationes, non vi:
ctor ille Sphingos, sed quiuis Morio, manifestam potest facere coniecturam.
Accepi in mutuum trecentos Ducatos. 60. mecum attuli, agitur hodie xviij
dies. quod huc veni, D.ni V.rae R.mae, sic vt Deo sum solitus, ingenue omnia
confitebor, cum ista quam emi mula, vsq; ad hunc sanctorum triu Regum
Diem, exposui hic satis frugaliter viuens 92 Ducatos, omnia vtensilia
domus, et quae ad culinam spectant emi, hic nihil, nisi quod quisq; secum
fert habetur, etsi habetur, non datur frustra, lectum in quo ego, et in qui:
bus serui dormiunt, satis magno precio conduxi, interpretem, et cocum,
in menstruo stipendio habeo, vnum item, qui coquinae, et aliis rebus do:
mesticis inseruit, propter Deum, vt victum habeat teneo, tres famulos et
puerum mecum, ex domo adduxi, Haec est mearum rerum summa, Si Caesar
iste diutius me hic detinebit (de muneribus nihil spero, nam nuda paupertas
hic est) quomodo redibo, etiam si hodie abirem, et in Coronia nauem as:
cenderem, quae me ad Angliam ferret, quo modo ad Ducem Georgiu Saxo:
niae his pecuniis peruenire possim. adderem plura, sed haec pauca for:
tassis nimiu dura, et molesta videbuntur, nollem enim, etiam si mihi om:
nia extrema forent perferenda, in minimo animu D.nis V.rae R.mae erga
me offendere. quare eandem omni quo possum conatu, etsi patitur, per
Deum immortalem, humiliter rogo, atq; obsecro, dignetur me ea gra. qua
me huc duxit, reducere, et mihi intercessione sua, apud M.tem R. subue:
nire, vt sine meo magno damno, et sine illius M.tis, vt ita dicam dedeco:
re redire valeam, / anteq; ista perferentur, ad D. V.ram R.mam spero

me futurum in reditu, Si itaq Mtas Regia dignabitur mihi aliquid ad hoc, quod nunc mihi est, peccuniarum addere, vt illud apud Fuggaros Antuerpiae liceat inuenire, ea quae ad hoc seruitiu Mtis. R. et ad hanc profectionem de meo stipendio impendi, etiam ea, quae pro sex meis equis venditis accepi, quae omnia faciunt magis, quam trecentos florenos nostros, flocci facio, et minime curo, modo cum honestate in primis Sermi domini mei, et mea, redire possim - quod d.o vra Rma auctoritate sua, qua plurimum apud R. Mtem potest, meritis id etiam meis aliquantulum exigentibus, et pro singulari in me gracia, commode poterit efficere, cum faelr vt in meum creatorem spero rediero, de omnibus mihi datis luculentam redditurus sum rationem, et si huic non posse satis facere deprehendar, si bona mea quae pauca sunt, non correspondebunt plectar in corpore, immo sine omniq misericordia moriar, neq viuere velim, si tali obnoxius flagitio seu potius perfidia, quam per omnem vitam meam, fugi maxime inuenirer. sed iam satis his meis quottidianis querelis, d. vram Rmam obtudi, deinceps cum scripsero, nullas meae litterae amplius ferent. Parcat itaq iusto dolori, hactenusq dolentis gemitus, et lamentatione ~~mota~~ pietate, mota d.o vra R. benigniter suscipiat. Mitto d. vrae Rmae versus inclusos, quos magno Cancellario, Cesari legendos reddi commiseram, vt cognoscat d. v. Rma, q neq Helicona intactum relinquo, quo minus res mihi commissae agerentur, habuiq eo die audientiam, Carmine de caelo vidi deducere lunam, sed aliud carmen vt intellexi hieronimi Laski R. pollicitus est

Mercur.o Canall.o Cesaris

H. vnde vt suspicor istae nectuntur morae, licet ab illo omnis mihi beniuolentia ostenditur, fiunt tamen istae dilationes, et mittitur ad me quemadmodu ex annexis ad Mtem R. intelliget, dabitur a me opera, vt rem certam de iis, et cur in moris teneor expiscari possim - Credat mihi d. vra Rma, q nunc mallem in hoc sacello, quod mihi d. vra R. impetrauit viuere, et vtcunq in priuato angulo delitescere, cum litterulis, quam in his periculosis, et curarum plenis turbis versari, Cum autem in primis sic Deo, et illius instinctu, d. vrae Rmae visum est, licet me modis variis, animi passiones, et affectus impetant, pacienter tamen fero, et feram omnia, illud seuere perpendens - quod fuit duru

pati, meminisse dulce est, et hoc Horatianum, qui cupit optatam cursu pertingere metam, Multa tulit, fecitq;. Deinde illud, et potissimum. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat, res angusta domi. sic igitur per varios casus, donec mors veniat, mortalis haec vita, ad suam metam, necesse est, vt perducatur. sed satis est phatum. Meminit d. vra Rma quod mihi commiserit omnia quae apud Caesarem nomine Mtis Regiae mihi sunt agenda publica et privata, prius domino magno Cancellario communicanda. quum essem cum illo seorsum, et de omnibus eum certiorem redderem. Ad causam Prutenicam respondit, quod iam Mtas Cesarea, commisisset arbitris, vt illam determinarent, cum inscriptione, quae fuit inter divum olim Max: Imp: et Mtem R, fuit valde contentus, quod illius copiam auctenticam, mecum haberem, dudum enim illam, dum adhuc ante 4 annos Barchinone essem, videre desideravit, hinc ego spero, quod Mtas Ces: illam confirmabit, dimittetq; Gdanen. et Elbingen. ex istis judicii camerae evocationibus liberos. nam eo tempore, pollicebatur Ces: Mtas, si aliquae fuissent huiusmodi inscriptiones, quod illas non solum servare, immo augere intenderet. De haereditate Neapolitana, debeo hic novam commissionem expedire, prout Mti R. scripsi, quod ergo istarum rerum audientia sic protrahitur, reor esse vnam causam, quod prius Cancellario notae sint, vtcumq; res habeat, iam hic sum xviii diebus, et mittitur fere quottidie ad me, vt habeam pacientiam, non possum assequi, quid sibi huiusmodi dilationes velint, cras, et istis diebus, etiam per importunitatem, si aliter fieri non possit, totis viribus conabor, vt audiar, Et cum primis iterum postis de singulis, d. vrae Rmae, quomodo agantur scribam. Commendo me ac dedo, Dni vrae Rmae perpetuum mancipium, rogoq; me ex hoc exilio, vel pocius ergastulo, per graciam Mtis R. reducere faciat. Datum ex Valdolit vi. Mensis Januarii. Anno Dni M°D° xxiij°

Quod nobis scribit, vestra I. de nouo pontifice, et quod de illius vtilitate in rem Christianam, et in nos benignitate sperat, idem et nos speramus, audientes eum singulari prudentia, et magnitudine animi preditum. dolemus autem impense mortem Rmi domini protectoris nostri in cuius locum quem delegamus tam citto deliberari non potuimus, sed postea bene resoluti voluntatem nram, Illti vestre declarabimus. Datum Cracouiæ, vltima Febr. Anno D. 1523

Sigismundus primus Rex Polonię
Isabellę Duci BARENSI

Illma princeps et domina mater nostra charma. Rediens ad nos ab Illte vra secretarius noster Iodocus Decius, retulit nobis illam prospera valetudine frui, quod nobis cum primis fuit gratissimu, nos etiam benignitate Dei vna cum Serma coniuge, et liberis nris recte valemus. Exposuit deinde nobis Iodocus ipse, quæ isthic cum I. vra, super negotio dotis tractauit, et qualiter cum illa constituit. licet autem maluissemus, vt illo modo quo a nobis instructus erat cum illa rem transegisset, tamen cum aliter fieri non potuit, nos id ratum habemus quod est ab eo constitutu pro commoditate Illis vræ. quia vero bellu quod nuper gessimus cum magistro Prussiæ, et aliud quod continue gerimus cum Moscis et Tartaris, multum nos, et ærariu nrm eximaniuit, impendetq ad presens nobis, et Sermo nepoti nro domino Ludouico Vngariæ, et Bohemiæ Regi summa difficultas, et bellum acerrimu cum Turcis, qui iam aduersus has regiones vires omnes intenderunt vnde nobis maxima necessitas pecuniæ incumbit, plurimum rogamus I. vram, vt de toto reliquo hoc dotis aureoru Hungaricaliu, videlet

quatuordecim milia quadringenta et vndecim iam constituere velit, cum foccariis Romæ, vt illi nobis soluant, qui et instructionem, et quietantiam habent sufficientem ad summam totam quæ restant dandam Vræ S. prout super hac re tota clarius illi scribit Iodocus ipse, ex commissione, et voluntate nra, prout et alia omnia quæ cum illa tractauit fuerunt, et proinde et fidem eius scriptis habere, et ita iam hoc negotium constituere et concludere cum focaris dignetur, ne quam deinceps in ea re difficultatem habeamus, et presenti necessitati nræ desimus. Comendam⁹ nos materno amori Vræ S. quam fœl.me valere ex corde optamus

Sigismundus primus Rex Polonie
Iosto Iodoco DECIO

Nobilis fidelis dilecte. Absolutis iam ad te litteris, quibus tuis rndimus, allatæ sunt nobis alteræ tuæ litteræ, quibus Ilmam dominam matrem nram, in suam ægritudinem recidisse scribis, suadens vt curæ nobis sit, ne status Baren aliquo sinistro euentu periclitaretur. nos misimus ad Cæsaream Mtem pro litteris inhibitoriis, ad viceregem obtinendis, ne casu aliquo se ad ipsum statum intromitteret, tibi etiam precipimus, vt tantisper istic maneas, donec alius nunctius nr, quem cum fælici partu Serma Coniugis nræ, in horas mittendum destinabimus istuc applicabit. scribimus etiam litteras fidei in personam tuam Illustri Duci Adriæ, quem accedens visitabis in primis nostro nomine, et beniuolentiam nram illi decentibus verbis declarabis. referes deinde q licet deinde hic in nuptiis nostris conueneramus cum domino Prospero columna, vt in casu mortis Ilma dominæ Ducis Mediolani statum Barien nostro, et Serma Coniugis nostræ nomine actiperet, et teneret. tamen quia idem dominus Prosper,

abest longe a Neapoli, et aliis negociis est districtus postulabis ab ipso Illustri Duce Adria, vt casu quo ipsam Ill.mam matrem nram decedere contigerit, eundem statum Barien, et nro, et char.ma domina Coniugis nrae nomine accipere regere, et ab omniu impetitione tueri velit, seq; in ea re erga nos exhibere, quemadmodu nra de illo fides postulat, quod illi volumus omnibus officiis, et beniuolentia nra, semper referre. cupimus autem vt id totu si fieri potest fiat cum scientia, et intelligentia domini Prosperi Culumnā, quae omnia dices et ages, verbis ad rem oportunis, pro fide, et industria tua nobis comendata. Datu.

Sigismundus primus rex Poloniē
Carolo Quinto Coesari Catholico

Serenissime ac excellen.me princeps, et domine frater, et consanguinee nr char.me ac honoran. Significatum est nobis I. dominam Isabellam Mediolani et Bari ducem matrem nram char.ma graui aegritudine correptam. Cuius status Barien licet sit illi, et per auum M.tis vestrae et demum per ipsam M.tem vram sufficientibus et necessariis litteris ita obfirmatus, vt nulla iuris ambiguitas superesse videatur. tamen quia suspitio est illic ne casu mortis ipsius Ill.mae matris nrae interueniente Vicerex M.tis vrae, se de facto ad eundem statum intromitteret, vtcunq; nos id suspicari pro nro mutuo amore, et necessitudine non possumus. nichilominus in omnem euentu M.tem vram etiam atq; etiam rogamus, dignetur denuo litteris suis ipsum statu pro eadem Ill.ma matre nra et Ser.ma Coniuge, ac liberis nostris confirmare, litteras inhibitorias ad vice Regem suu dare, ne quo pacto se ad eundem statum Barien casu mortis Ill.ma ducis ingereret, quod M.ti vrae, omnibus offitiis facultatibus, et obseruantia

nra referre curabimus. Cui nos ex corde commendamus, et cupimus vt optime valeat, et ex hostibus suis semper triumphat. Datu.

Sigismundus primus rex Polonie
Adrie Duci VENETORUM

Illris princeps. facti sumus certiores Ilmam matrem nostram dominam Isabellam Mediolani et Barii Ducem, in extremis vitæ constitutam, vel iam hactenus defunctam esse, quæ res nos magno dolore affecit. Cum tamen domini Dei voluntas sit, ei parere necesse est. Proinde in eum euentu, mittimus hunc nobilem Nicolau Mariu, de Caris Supracoquu, Serm.æ dominæ Coniugis nræ, isthuc ad Ducatum Bari, et alias terras, quæ ad nram Sermam Coniugem, et nos iure pertinent, vt totum statum nomine vtriusq nrm, in possessionem acciperet, et eum teneret tantisper, donec aliter de illo disponemus. Rogamusq Mtem vram, vt illi in eo munere obeundo Consilio, et auxilio esse velit, atq opera sua auctoritate, ne quid impedimenti nobis in eo negocio iniciatur, populiq et presides illi, in fide, et vnitate erga nos contineantur. quod illi vicissim omnibus offitiis et fauore nro referre curabimus. quæ

Sigismundus primus rex Polonie
Prospero COLVMNE

Magnifice sincere nobis dilecte. facti sumus certiores Ilmam matrem nram, dominam Isabellam de Aragonia Mediolani et Barii Ducem in extremis vitæ constitutam, vel iam hactenus defunctam

esse, quae res nos magno dolore afficit. Cum tamen domini Dei voluntas sit, ei parere necesse est. Proinde in eum euentu. Mittimus hunc nobilem Nicolaū Mariam de Caris supra coquū Ser.mae dominae Coniugis nostrae, isthuc ad Ducatum Barii, et alias terras, et ciuitates quae ad ipsam Ser.mam coniugem nrām, et nos iure pertinent, vt eum totum statum nomine vtriusq; nostrum in possessionem accipiat, et eum teneat tantisper, donec aliter de illo disponemus. Scientes autem quantum tu ipsi Jll.mae matri nostrae acceptus fueris, quantumq; ab illa virtute, et meritis tuis, et beneficentiae acceperis eo magis freti ad te speciatim scribendum duximus, et te impense rogamus, vt ipsi Nicolao supra Coquo in eo munere obeundo, consilio, et auxilio esse velis. Desq; operam tua industria, et fide, ne quid impedimenti nobis in eo negotio iniiciatur, populiq; et praesides illi in fide et vnitate erga nos contineantur. quod tibi vicissim omni studio, et gratificatione nrā. curabimus referre. et bene vale. Datū.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Iosto Iodoco DECIO

Nobilis fidelis dilecte. Accepimus litteras tuas, quibus nobis mortem, olim Jll.mae, matris nostrae, et reditum suū in Neapolim significas. Et quamuis tua hic presentia multum nobis erat necessaria, tamen cum visum est tibi necessariū, vt illuc redires, probamus hanc tuam sedulitatem in obeundis rebus nostris, et volumus, vt illic tantisper maneas, donec alios loco tui mittamus. Mittemus autem quam celerius, vt consuluisti Joannem Dantiscum, et Ludouicū Alpheū M.tis Regnalis Secretariū. tu vero interim cures, ne quid in illo statu detrimenti, ac difficultatis subeamus, sed quae ad possessionem continuandam, et alia omnia stabilienda opportuna fuerint exequaris, pro fide, et industria tua. Cuius nos

habemus, et habituri sumus, singularem et benignam rationem. Res autem nouas quaecunque occurrerint, presertim quae nra interesset scire, curabis semper quam celerius ad nos perscribere. Nam ea quae hactenus significare solebas, fuerunt nobis semper non vulgariter accepta. Datum

Sigismundus primus rex Poloniae
Carolo Quinto COESARI

Ser.me ac excellen.me princeps. Intelleximus Ill.mam matrem nram, char.mam dominam Isabellam de Aragonia Mediolani ac Barii Ducem obiisse, quae res equidem magno dolore nos affecit, cum tamen ea fuit voluntas Dei aequo animo ferre oportet. Verum timentes, ne hoc insperato euentu quidquam praeter spem impedimenti in Ducatu Barien, et aliis illis terris nobis oboriretur. Mittimus ad M.tem vram, hunc nobilem Nicolaum Mariam de Caris in negotio ipsius status Barien, de mente nostra plene instructum. Rogamusque plurimum vram M.tem, vt et fidem illi adhibere, et in eo euentu talem se nobis exibere dignetur, qualem mutuus amor coniunctio, et affinitas nra exposcit, et quemadmodum M.tis vrae, nraque iustitia requirit, quo nos sibi cumulatius deuinciet, et perpetuo reddet obnoxios fael.me M.tas vra, et nos habeat comendatos. Datum

Sigismundus primus rex Poloniae
Mercurino Gattinario Cancellario
Coesaris Caroli QVINTI

Illustris et Magnifice, sincere nobis dilecte, accepta morte Ill.mae matris nostrae Isabellae Mediolani, et Barii Ducis. Misimus hunc nobilem Nicolaum Mariam de Caris isthuc ad Caesaream M.tem, in negotio status nostri Barien. Rogamusque d. vram, vt eidem Nicolao Mario nro amore con:

silio, et auxilio esse velit, quo ipsum negotiu ex sententia nra conficere posset vti aequum est, et plene confidimus. Nos vero vicissim omnibus in rebus, quibuscumq potuerimus vre dominationi hanc operam referre curabimus. quae bene valeat, et sit faelix. Datu.

Sigismundus primus rex Polonie
Duci FERARIE

Illme princeps domine amice, et affinis noster char.me Agimus immensas gracias vre Jlti, quod et dolenter ferat obitum Jlmae matris nrae, dominae Isabellae Mediolani, et Barii Ducis, et ipsa eo dolore affecta, maestitiam nram officiosissime per nunctiu suu lenire voluerit, quod offitiu vre Jlti omni studio, et gratificatione nra curabimus semper referre, habeatq persuasissimu Jltas vra, quod pro ea necessitudine qua coniuncti sumus proq tanta beniuolentia, quam erga nos testatur, non secus illam reputamus, quam aliquem arctissimu necessariu nostru, omnesq res et fortunas illius tam nobis cordi esse, quam nostras proprias. Rogamus autem plurimum vram J.ltem vt cum Ducatus ille Bariensis iam ad nos, et Ser.mam dominam Coniugem nram sit deuolutus, dignetur illic offitialibus, et rebus consilio, et auxilio suo, in quibus opus fuerit non deesse, vti dilectissimus amicus, et affinis noster, quo nos reddet sibi plurimum deuinctos, et obnoxios. Valeatq faelme J.ltas vra, et nos diligat. Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie
Iosto Iodoco DECIO

Nobilis fidelis dilecte. Hesterno die accepimus a te litteras, quibus copiose nobis omnia, quae istic aguntur perscripsisti, et comendamus in primis studiu et diligentiam tuam, tam in recurrendo isthuc. audita morte Illmae dominae Ducis matris nostrae charme, quam etiam in disponendis, et componendis istic rebus omnibus iuxta Consiliu fideliu nroru. Gratissimi vero sumus, q istos subditos nros in tanta fide, et affectu in nos cognoueris. quibus vicissim graciam nram, et benignissimum Imperiu nostru pollicearis, prout et nos illis litteris nostris declaramus. Iam vero a plerisq diebus misimus isthuc iuxta tuu consiliu Ludouicum Aliphiu. et Dantiscum. Secretarios nostros cum sufficienti mandato, et instructione in presens, qui cum appulerint, instructis illis de omnibus. ad nos te omni celeritate recipies. Interim non visum est mittere aliud mandatu. Sed quod ad confirmanda priuilegia attinet. quando ipsi nunctii nostri, eorum nobis exempla mittent Confirmabimus non grauatim omnia, quae iusta, et honesta fuerunt, et in hiis quae de gracia fuerint, nos benigne exibebimus, quod etiam illis rescripsimus. et tu policeare.

Non placet nobis, q Castellanum Baren in prefectura reliqueris, tamen credimus te non abs re, neq sine consilio fideliu nostroru fecisse. Et proinde maneas ibi, et cum eo superintendas arci. donec nunctii nostri venient, ne quid innouaretur. Et quia tantae sunt quaerimoniae, aduersus Josue et Franciscu de Crema aerariu Modoni. volumus vt in ipsa arce Baren maneant. neq ad aliquid se intromittant, vsq ad nunctioru aduentu, et tunc vt sindicatui consistant, et vnicuiq de illatis iniuriis respondeant. et similiter alii officiales fiatq omnibus cum illis iustitia debita.

Legata Illmae olim dominae Ducis, etsi in toto tenere nollemus. pre:

sertim alienata in perpetuum, quod facere non potuit ipsa Illma domina Dux, cum fuerit vsufructuaria tantum Ducatus Baren. tamen to nullam eius animi nostri significationem des, qum pollicearis nos benignam omnium seruitoru illius rationem habituros, quemadmodu et nos illis rescribimus. Quando autem nunctii nostri istuc erunt, et tu ad nos redibis tunc voluntatem nram, te consulto illis declarabim9.

Scribimus litteras Cesareo consilio collaterali, illustri domino domino Duci Adriae, domino Caesari de Lampertinis, Episcopo Insulano, et aliis quibus censuisti. Si iam persoluisti iusta et parentalia Barii Ill^mae dominae Duci defunctae recte quidem. Sin minus expectabis nunctios nostros et cum illis ea exequemini.

De obligatione in domo facta, mercatoribus almanis, si eam intelligis, quae concernit residuu dotis nostrae, volumus vt cassetur. quandoquidem ipso Ducato simus iam potiti.

De debito mercatoris Neapolitani quod Illma olim domina Dux in se receperat. Nunctii nri venientes rem disquirent, et si debitum erit iustum solui curabunt. Tu interim illos praestolare, et statum istum manu teneas, et gubernes quanto melius poteris. et cum illi venerint citra moram ad nos redeas. Certo autem tibi persuadeas, q nos hanc diligentiam, et seruitutem tuam, quam in obeundis negociis nostris impendere non cessas gracia tibi referemus. Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie
Clementi summo PONTIFICI

Sanctissime. Cum mitteremus ad Ducatum nostru Baren. nobiles Secretarios nostros. Commisimus illis vti se vrae S^ti prius exhiberent, et nostro nomine illam debita veneratione inuiserent, et salutarent pericula rei Christianae summa et presentissima ac nonnulla alia negocia nostra illi

referent. Cum omni deuotione supplicamus, vt eos benigne audire, et quid resp: Christiana, in hoc discrimine suo poscit. quod etiam quaedam priuata negocia nra requirunt, in eo vra Stas dignetur tanquam pater clementissimus non deesse. quo et faciet rem sua prudentia, et pietatedignam, et nos ac totam rem christiana sibi perpetuo deuinciet, pro cuius incolumitate, et singulari voluptate nra. Cupimus vram S. diutissime sospitem esse, et semper faelicem. Cuius clementiae nos iteru atq iteru omni studio comendamus -

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Sanctorú QUATUOR

Mittimus ad ducatu nostru Barien. hos Magcos . quibus comisimus, vt in primis sanctissimu dominu nostru viserent nro nomine, et exibita reuerentia debita, et pedibus a nobis osculatis, nonnulla negotia tam vniuersae reipcae Christianae, in maximo nunc discrimine constitae, quam etiam nra priuata illius Sti referent, quos vna cum ipsis negotiis nostris vrae Rmae d. comendamus. Rogamusq illam plurimu, vt pro sua in nos beniuolentia, quam isthic vt edocemur non vulgarem in rebus nostris exhibet, velit et ipsis oratoribus nostris, adesse consilio, et patrocinio suo. vt tanto comodius munus qd obituri sunt, ex re, et sententia nra conficere possint. quo nos tanto magis sibi deuinciet, Cum ad cumulum suorum erga nos offitioru id etiam accesserit. Cui nos ex animo comendamus. cupientes vt sit semper faelix et incolumis.

Sigismundus primus rex Polonie
Proceribus Ducatus Barensis

Mittentes ad Ducatum nrm, Baren. Magcos Ludouicu Alisiu et Joannem Dantiscum nunctios et Secretarios nostros. Comisimus illis,

quædam nr̃o nomine vobis referre. Postulamus a vobis vt et fidem illis adhibere, et nostris postulatis ac negociis quæ exponent, velitis non deesse. quod nos vicissim vobis omnibus beniuolentiæ nostræ offitiis referre curabimus.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ludouico Alifio et Ioanni dantisco

Nobiles fideles dilecti. Hesterno die allatæ sunt nobis litteræ Iosti ex Bario. significat statum illum, et omnes res recte habere, nihilq adversi illic ortum preter tumultu contra Iosuæ, qui et ipse tandem est sopitus. Allatæ sunt litteræ a ciuitatibus Barien, et Modunien, quibus fidem suam erga nos abunde testantur, quam et aliorum pariter Iostus declarat. Esse vero magnas querimonias aduersus Iosue, et alios offitiales omnium subditoru petiturq de illis iustitia ministrari. Petitur confirmatio iuriu, et priuilegioru, petuntur boni et æquanimes offitiales, quæ omniu prima erit illic cura vra, vt videlicet compositis et sopitis rebus, si quæ in perturbatione sunt, iustitiam vnicuiq ministretis, et officiales tales constituatis, quorum probitas et fides Spectata esset, et populo essent ex sententia. Castellanu Baren ipse Iostus in offitio reliquit, idq non ab re fortassis, neq sine consilio eorum qui nobis bene volunt. Vos tamen illuc venien, id ita mutabitis et statuetis. quemadmodum ex vsu nr̃o, et illius status fore videbitur. Petunt a nobis ipsi subditi, vt Iosue, et Franciscu de Crema ærariu Magdunen, ad standu Sindicatui, et responden vnicuiq de illatis iniuriis iuberemus, quod fieri volumus, et comisimus illis manere in arce Baren, vsq ad vestru aduentu. Vos vero curabitis, vt vnicuiq cum illis iustitia ministretur, et querimoniis populi, ac eius voluntati quo ad eius fieri potest satisfiat.

De privilegiis confirmandis respondimus nos id facere velle, quod et vos eis illic polliceamini. et transumpta illorum nobis mittatis, quibus visis libenter confirmabimus, quaecunque iusta et honesta fuerint. Scripserunt etiam nobis executores testamenti. Illma olim dominae Ducis matris nostrae, de his quae egerunt post illius mortem, et de legatis per illam, quae tametsi nos in toto genere nollemus, presertim ea quae eius Ill^tas^ vt vsufructuaria alienare non potuit. tamen non reijciemus illos a spe, ne quid interim adversi moliorentur. quod et vos faciatis, post hac vero per aliu nunctiu, et cum illic eritis, eis et vobis voluntatem nram aperiemus. Scripsit etiam nobis Iostus de quodam mercatore transfuga, cuius debitum Illma olim domina Dux in se receperat, clarius ab illo rem intelligetis, et si debitum erit iustum illud exolui curetis. Et quia haec negotia status Baren moram non paciuntur, volumus vt vos absoluatis quam celerius, omissis Venetiis, et Ferraria recta, et praeterita vrbe Roma Baru, proficiscamini, et ibi stabilitis, et compositis prius rebus quae sunt necessariae Romam ad obeunda mandata nostra regrediamini. quod his negociis quae talem celeritatem non exigunt parum officiet. Reliqua fidei, et industriae vrae committimus. Datu.

Sigismundus primus Rex Polemie
Consiliariis regni NEAPOLITANI

Sigismundus et Bona &c. Illustres et Mag^ci^ domini Amici nobis dilecti Declaravit nobis nunctius noster Iostus, quantam propensionem animi erga nos vestrae d. ostenderint. Post obitu Ill^mae^ &c. quantamq operam et sollicitudinem adhibuerint, vt status noster iste in debita fide, et statu pacifico perstaret. de qua beneuolentia plurimas agimus, et habemus illis gracias, et pollicemur hoc ipsarum offitiu vicissim illis omni gratificatione et fauore Regio nostro semper referre. Rogamus illas plurimu, vt quemadmodu ceperunt non desinant Nunctiis, et oratoribus nostris,

quos istuc misimus, in omnibus quæ oportuna fuerint ad bonum statum istorum subditorum nostrorum, et debitum regimen stabiliendum adesse. quo nos cumulatius sibi devincient, et nostram gratitudinem vberius cognoscent. fœliciter valeant vræ d. Datum Cracoviæ.

Sigismundus primus rex Polonie
Statibus et subditis ducatus Baren.

Magci. et egregii fideles nostri dilecti. Accepimus litteras vestras, quibus nobis mortem Illmæ dominæ Ducis Isabellæ matris nostræ desideratissimæ, et suum dolorem declaran. fidem vram, abunde erga nos testamini. quæ litteræ vestræ fuerunt nobis gratissimæ, licet de virtute et fide vra id nobis semper persuadebamus, quod in eo euentu, vos non aliter quàm fidos, et probos subditos erga nos exhibere debuistis. Itaque agimus vobis gracias, de hoc fidei et virtutis vestræ offitio, et pollicemur nos vicissim erga vos ita gerere, vti iustos et benignos dominos decebit. Curaturosque nos, ne quam in regimine et gubernatione sui, vel a nobis, vel ab offitialibus nostris iniuriam et grauamen aliquod senciatis. quod vero de confirmandis iuribus et priuilegiis vestris scribitis, volumus nostam in hoc quàm in aliis rebus benigne exhibere. Et priusquam vestræ litteræ ad nos venissent, iam miseramus isthuc ad vos oratores nostros, pro stabiliendo isto statu nostro, in firmitate, et ordine debito, omnibusque defectibus, si qui sunt prouidendis, quibus commisimus, vt exempla priuilegiorum vrorum nobis mitterent, quæ cum videbimus libenter illa in omnibus, quæcunque iusta, et honesta fuerint confirmabimus, et inuiolabiliter obseruabimus. Datum.

SIGISMVNDVS et BONA Deigracia Rex, et Regina Polo=
niæ, Lithwaniæ, Russiæ, Prussiæq[ue] etc. Duces et domini. Manifestum fa=
cimus vniuersis, quia nos posteaquam intelleximus Ill[ustrissi]mam recolendæ me=
moriæ dominam Isabellam, de Aragonia, Mediolani, et Bari ducem de=
bitum naturæ soluisse, nosq[ue] in eius bona succedere comiseramus, quibusda[m]
nunctiis nostris, nonnulla negotia, in dicto Ducatu Baren[si] nostro nomine,
et ad beneplacitum nostrum obeunda. nunc autem, exploratum haben=
tes, fidem prudentiam, et dexteritatem M[agnifi]ci Ludouici Aliphii, Patri=
cii, vtriusq[ue] iuris Doctor[is], et Castri n[ost]ri Cracouien[sis] Burgrabii, et Joannis
Dantisci, secretarior[um] nostrorum, sincere dilector[um]. eosdem et eorum quem=
libet in factores actores, administratores, et negociorum nostror[um] infra=
scriptorum gestores, ac nunctios speciales, et generales, ita tamen q[uod]
specialitas generalitati non deroget, nec econtra, sed quod vnus eorum
inceperit, id eo absente, alter ipsorum qui ibidem remanserit, prosequi
mediare terminare, et ad effectum perducere valeat et possit, constituim[us]
elegimus, et deputauimus, et harum serie litterarum, constituimus eligi=
mus, et deputamus, ipsosq[ue] ad præfatum Ducatu[m] Baren[sem] mittendos fore
decreuimus, et mittimus, et propterea, omnes alios nuntios nostros gene=
rales, vel speciales, illuc hactenus transmissos reuocamus, ac comissioni=
bus, et mandatis nostris destituimus, et priuamus prædictis vero Lu=
douico Aliphio, et Joanni Dantisco. Secretariis nostris, et eorum cuil[ibet]
in solidum, tam coniunctim quam diuisim, omnibus melioribus, modo, via,
iure, causa, stillo, et forma, et patriæ illius consuetudine, quibus melius,
et efficatius, de iure potuimus et debuimus, ac possumus, et debemus, et
vterq[ue] nostrum potest, et debet, damus concedimus, et tribuimus per p[rese]ntes,

omnimodam facultatem, et potestatem ac mandatum plenissimum ge:
nerale et speciale, ad comparendum nostro nomine, in Ducatu predi:
cto Baren. intrandumq civitatem, et castrum Bari, et alias Civites,
et Fortalicia eidem adiacentia, videlicet terram Pali, et terram Mo:
dunii, cum earum casalibus in provintia terra Bari Civitem Rosani,
et terram Longibuci, cum earum casalibus terris, et fortaliciis in pro:
vincia Calabriæ Civitem Ostunii, in provintia terræ hidrunti, cum
Iuribus, et pertinen. suis, ac integro eius statu terra Griptaliarum,
in eadem provintia terræ hidrunthi quo ad iurisditionem crimina:
lem, et appellationem primam in Civilibus, territorium montis Sericui,
in provintia Basilicate ad nos ex successione devolutas, necnon ad
continuandam in animo nostro semper retentam, sive denuo aprehen:
dendam, intrandam, et manutenendam possessionem actualem realem,
et corporalem, omnium, et singularum prædictarum Civitatum terra:
rum, Castrorum munitionum, villarum, hominum gentium, et populo:
rum, ad prædictum Ducatum Baren. et Rossani hostunii, et alias Ci:
vites de iure, et consuetudine pertinentium, vel spectantium, omniumq et
singulorum aliorum bonorum rerum suppellectilium mobilium et se moven:
tium, ac immobilium prædictorum quorumcunq, quocunq nomine, sive vo:
cabulo nucupentur, et cuiuscunq generis naturæ speciei, qualitatis et
valoris extiterint, ad nos vel alterum nostrum, tanquam hæredes et
successores legittimos, vel hæredem, et successorem legittimum, undecum:
q vel ex quacumq causa, sive linea, et consanguinitatis, affinitatis, vel
etiam utilis dumtaxat, aut meri, vel etiam mixti dominii, ad nos con:
iunctim vel divisim pertinen. et spectan. et post mortem prædictæ d.
Isabellæ, matris alterius nostrum iure patriæ consuetudinem, vel ex
statuto, aut testamento, sive legis inventaris, devolutorum, sive devol:
vendorum, adeundamq eiusmodi bonorum hæreditatem, vel ad immis:
cendum se hæreditati prædictæ, cum beneficio legis inventarii vel sine.
et ad perficiendum, et exequendum, omne commissum mandatum, et
legatum, per præfatam olim Illmam Isabellam Ducem, cuicumq promis:
sum sive obligatum, aut iuste debitum in vita donatum, remissum sive

concessum aut indultum, si de talibus constiterit, dummodo vires hære:
ditatis, falcidia, et trebellianica detractis, valorem debitorum præmisso:
rum donatorum, sive obligatorum non excedant, et cum potestate et
omnimoda facultate, ac plenissimo mandato, omnia et singula bona præ:
dicta mobilia, et immobilia, Civites, castra, terras, munitiones, villas,
possessiones singulas, homines gentes, et populos, servos, liberos, et non
liberos, ac ad ea de iure, et consuetudine spectan, et pertinen, devolutas
et devoluen, presentia, et futura, cum omnibus, et singulis eorum utilib.
fructibus, redditibus, censibus, et universis obventionibus solvi, et pen:
di solitis, ac bestias, pecora, pecudes, aurum argentu monetatum, et
non monetatum, Clenodia vasa, et universam suppellectilem domesticam,
margaritas, vestes, et preciosos lapides, et gemmas, pecias telarum
preciosarum formatas, et non formatas. filatas, et non filatas, sericeas
laneas, et lineas, domos. hortos, silvas vineas peccuniarum summas, iu:
ra litteras, privilegia, et munimenta, et alias, omnia, et singula bona
prædicta paterna, et materna, et ex successione, quacunq linea con:
sanguinitatis, vel affinitatis, nos vel alterum nostrum concernen, et
concernentia, nullis exceptis, quocunq nomine seu vocabulo censeantur, et
cuiuscunq naturæ, generis, speciei, qualitatis, et valoris extiterint pe:
tendum, exigendum, recipiend, retinend, recuperand, manutenend,
et detentores, raptores, sive occupatores eorundem bonorum, cuiuscun:
q dignitatis, gradus, ordinis, et eminentiæ fuerint, et quacunq præfulge:
ant dignitate Eccliaca, vel seculari, necnon quoscunq debitores, et
detentores, qualiumcunq bonorum prædictorum, ex successione, testa:
mento, vel iure ad præfatam olim Illmam Isabellam matrem nostram,
et successive ad nos Bonam Reginam eius natam hæredem, et succes:
sorem legittimam unicam spectan, et pertinen devolutis, aut devol:
uen, remediis, rigoribus, et coercionibus legis et iuris etiam cum clau:
sula, ad littes, in forma plenissima, ad restitutionem, et satisfactio:
nem, cogendum, et compellend, sive cogi, et compelli, faciend, et
obtinend, et de repetitis, restitutis, levatis, et recuperatis, præ:
dictos omnes, et singulos nostro nomine, per litteras sigillis, dicto:

rum nunctiorum nostrorum vel alterius ipsorum qui ibidem presens fuerit, sigillandas, aut etiam per instrumenta publica, quietandum, liberandum, et absoluendum, cum pacto de re habita vlterius nullo vnquam tempore petenda. Necnon omnes, et singulas res, et bona predicta, et signanter mobilia, et se mouentia, arbitrio dictorum nunctiorum nostrorum, taxandum, et extimandum, pro precio pro quo eis melius, et commodius visum fuerit, ac easdem vel earum aliquas, vendendum, et alienandum, siue permutandum, et de precio ac tempore solutionis huiusmodi conueniendum, et tempus, vel tempora huiusmodi solutionis, assignandum, concordandumque componendum, transigendum, et paciscendum et de alto, et basso, in arbitros, arbitratores, amicabiles compositores, occasione quarumcunque rerum bonorum mobilium, et se mouentium, ac immobilium nostro nomine, vel alterius nostrum, cum clausulis amplissimis, necessariis, et opportunis, et secundum patriae illius consuetudinem opponi solitis, et extendendis, cum clausula Juris ordine seruato, vel non seruato etc. promissione etc. obligatione etc. renunctiatione etc. compromittendum, omnemque sententiam, laudum, decretum, statutum, acceptandum, et emologandum, consenciendumque, et terminandum per Sententiam, vel concordiam, omnes, et singulas lites, et controuersias, occasione predictorum bonorum, presentium, aut futurorum deuolutorum, siue deuoluendorum, ex quacunque causa siue linea consanguineitatis affinitatis, vel etiam vtilis duntaxat aut naturalis, vel meri aut mixti dominii, exortas, et suscitatas, siue suscitandas totaliter extinguendum, et sopiendum, et insuper omnibus et singulis creditoribus, fide, verbo, vel Scriptura, vel alias legittimam obligationem habentibus, satisfaciendum, aut cum eis, vt supra componendum, transiendum, et concordandum, et alias de omnibus et Singulis predictis, et eorum Singulariter singulis bonis et rebus, et aliis quibuscunque ita et taliter disponendum, faciendum, et exercendum, prout ipsis nunctiis nostris Ludouico Aliphio, et Joanni Dantisco Secretariis nostris, vel eorum alteri ibidem presenti, comodius et vtilius visum fuerit, et quae in praemissis, et circa ea videbuntur quolibet necessaria, et opportuna ex se talia forent, quae nostram istic vel alterius nostrum presentiam vel mandatum exigerent magis Speciale, quam presentibus sit expressum. Promittimus insuper, et quilibet nostrum promittit suo et aliorum quorum interest intererit seu interesse poterit quolibet in futurum nominibus, nos ratum gra-

tum, atq; firmum perpetuo habituros. totum id, et quidquid per dictos nun-
tios, et oratores nostros, vel eorum alterum actum factum dictum et ges-
tum fuerit, in præmissis seu aliquo præmissorum. Releuan. nihilominus, et
releuare volen. dictos suos nunctios, et oratores, et eorum quemlibet ab
omni onere satis dandi, iuditio sisti, et iudicatum solui, cum omnibus
et singulis clausulis, et capitulis necessariis, et opportunis, verbo nostro
Regio. Cessante omnium recusatione, ad hæc necessaria pariter et cautela.
In quorum etc. Datum Crac.

Sigismundus primus rex Poloniæ Lodouico Aliphio et Ioanni Dan: tisco.

Post discessum vestrum allatum est testamentum Ill.mæ olim dominæ Ducis etc.
quod cum legissemus, offendimus eius Ill.tem plurima legasse, et debita multa
demonstrasse, quæ in magnam pecuniæ summam excedunt. quod quidem e-
ius Ill.tas iure facere non potuit, vsufructuaria duntaxat existens, et
obstante priori contractu nobiscum facto, vtcunq; est, nolentes illum Duca-
tum tantis legatis onerari, volumus et committimus vobis, vt hæreditatem
et possessionem ipsius Ducatus Baren. non adeatis vigore testamenti, sed ab
intestato cum beneficio inuentarii, eamq; commissionem nostram Secretissi-
mam habeatis, neq; illa nisi in summa necessitate vtamini, propter aliquam
notam existimationis, eiusdem Ill.ræ matris nostræ defunctæ. quod autem
ad legata pro seruis, et ad pia opera attinet, tu Ludouice non ignoras,
quod cum eius Ill.tas anno superiore per fratrem Ioannem Baptistam Car-
tusien. a nobis postulasset, vt quandam non exiguam summam liceret illi
cum nostro consensu ad pia opera, et seruis legare, nos nisi ad summam
decem millium consensisse. Et proinde volumus, vt hæc summa distribuatur
ad eius legata. non quantum cuiq; dari præcepit, sed vt iuxta summæ quanti-
tatem vnicuiq; iure contingere poterit. De debitis vero, ne quo modo impii,

aduersus eius Item videremur, volumus benignam habere rationem, et quae iusta et decentia fuerint exoluere. quemadmodum autem vobis prius scripsimus committimus vobis, vt iter vestrum acceleretis, et Barium recta proficiscamini, nam alia mandata nostra posterius exequi poteritis.

Sigismundus rex & Bona Regina Poloniae.
Ciuitatibus ducatus Baren. et Rossani.

Fideles dilecti. fuerunt apud nos Sindici, et nuncii vestri, qui diligenter et retulerunt nobis, quanta sit fides, ac deuotio vestra erga nos, et prestiterunt nomine vestro id totum, quod ad confirmandam fidem vram illis commisistis. Ad postulata vero vestra, quae exposuerunt id concessum est a nobis, quod in presens fieri potuit, prout ipsi latius referent. Fidem autem et deuotionem vram grato animo suscepimus. Vosque vti fideles subditos nostros, et gracia nostra complectemur, et in Iuribus vestris conseruabimus et tuebimur. Datum.

Caraffa Comiti S. Seuerinae.

Redditae sunt nobis litterae vestrae, quibus plane significastis, propensionem, operam, ac strenuam sollicitudinem, quam facitis in rebus nostris, quae concernunt defensionem Iurium nostrorum, ac pacificam possessionem Ducatus Barem pro nobis. De quo in nos studio Mag.cus Alfonsus Alanus latine etiam nobis retulit, et pro ista vestra in nos propensione, ac obseruantia, agimus vobis non vulgares gracias, et curabimus illam, omni fauore, et beniuolentia semper referre. Sed non satis mirari sufficimus de Hanibale Baronae auditore Regio, qui quemadmodum edocti sumus, quando nunctii

et commissarii nostri venerunt, ad Ducatum Baren. volueruntq possessionem et iuramenta, ab illis subditis, illius dominii accipere, illos populos dehortabatur, q nobis nullam facerent obedientiam, eo instructus argumento, p istud contra consiliu Regiu, et Cesarem esse deberet. Cuius consilii Regii erga nos, et in rebus nostris summum studiu, et egregiam voluntatem, antea semper cognouimus, et ita nobis persuadere non possumus, q ipsi Iuribus nostris, et iustitiae nostrae deberent esse impedimento. Non ignoramus etiam Cesarem benignu, ac iustum esse principem, qui ex genuina sua virtute, et ex coniunctione sanguinis, quae inter nos arcta intercedit, semper rebus nostris favit, nec ipsius est intentionis, vt in iuribus et possessione

X quieta nra quouis modo perturbemur. Vtcumq est Mag.ciam vestram rogamus prout prospere coepit, diligentem operam suam facere velit, ne nos impedimentum aliquod aut iniustitiam in bonis nostris habeamus velitq nunctiis istis nostris, auxilio esse et consilio, et nos dignetur gracia, et beniuolentia prosequi speciali. Nos vicissim vestri in nos meriti non erimus immemores. Immo illud omni studio et gratificatione nostra, curabimus Mag.cia vestra semper referre. quam bene valere optamus. Datu.

Sigismundus primus rex Polonie
Viceregi Neapolitano.

Delatum est ad nos ex Mediolano ~~Illtem~~ dominum Mediolani Ducem, agere apud Mtem Cesaream quo Ducatu nostru Baren. ad quem nescimus quid Iuris sibi praetendere contendit. poni faceret in sequestrum, donec per suam Mtem Cesaream, cognita causa, id quod aequu fuerit decerneretur. Nos et vra I. non ignorat possessionem eiusdem Ducatus, post mortem I. olim dominae Isabellae etc. iure successionis accepimus, eamq fidem de Cesareae Mtis iustitia, et erga nos singulari beniuolentia, et amore habemus, q nihil inaudita altera parte, in ea causa sit factura, quod iuri nostro noxiu sit

futurum. Scientes autem eandem Ill^mam dominam olim matrem nostram plurimum sibi de vestra I. erga se affectu, et animi propensione semper persuasisse, eamque supremum exequutorem testamenti sui fecisse. plurimu(m) illam rogamus, velit pro sua auctoritate, proque ea beniuolentia, quam isthic vt edocemur non vulgarem in rebus nostris iuuandis exhibet. adiuuare nos in eiusce Ducatus possessione, et vt ab illa non ammoueamur operam suam interponere, quo nos tanto magis sibi deuinciet. Cum ad cumulum suorum erga nos officiorum id etiam accesserit. Fel^me valeat v(est)ra Ill^tas.

Sigismundus primus rex Polonie
Ioanni Dantisco Oratori apud
Cesarem Carolum Quintum.

Quidam ex nostris beniuolis nobis ex Mediolano per litteras denunctiarunt Ill^rem Dominum Ducem Mediolani sollicite agere, apud Ces. M^tem, vt Ducatum n(ost)rum Barem recipere faceret, in sequestrum, et nobis illum adimeret. nescimus sub cuius iuris praetextu, quo niti velle dicitur, vt hanc haereditatem tanquam sibi debitam, quam tamen nos non ignoramus, tam certo, et iusto iure nobis deberi, vt nihil posset esse certius, quemadmodum hoc litterae, et priuilegia nostra declarant. Scribimus hac in re ad Caesaream M^tem. cuius interest vt nos in iure nostro conseruare, et tueri nos, ne quid importune, et violenter contra nos fiat, ad diminuendam vim iuris nostri, in quo, ne quid impedimenti, ab eodem domino Mediolani Duce habeamus: Mandamus tibi, vt mox priuilegia donationis, et confirmationis ipsius Ducatus nostri Barem, transcribi cures, ac cum eorum exemplis te ad M^tem suam Caesaream in Hispaniam recipias, agasque nostro nomine, et roges illam, vt in primis iusticiae quam eximissime colere dicitur, rationem habere dignetur, ac deinum beniuolentiae, amorisque nostri mutui, quem inter maiores nostros et item inter nos sanguinis, et affinitatis coniunctio conciliauit, nec permittat aliquid impedimenti nobis in ipso ducatu, vel eius possessione afferri.

quia vero Mag.cus d. Mercurinus de Gattinaria, supremus Cancell, Mtis suæ Cesareæ. Cuius opera nos vt scis in rebus nostris vti solemus, dicitur in Italiam aduentare, volumus ita iter tuu in Hispanias dirigas, vt venire illi obuiam possis, cui hoc nostrum negotiu diligenter fac commendes, et roges, ita illud stabilire velit, ne qua difficultas, ac iniuria, nobis in iure, ac iustitia nostra oboriatur. Omnia autem agas, tam apud Cæs: Mtem, quam apud apud alios, quæ et tempus et necessitas suppeditabit, eius rei ex animi nostri sententia, ita perficiendæ, vt nulla deinceps procella obnoxia esse possit, in qua ex rerum successu, et euentu, consilia captabis, eaq3 dexteritate vti curabis, vt in primis diligentiam, atq3 industriam tuam, merito comendatam habeamus, et deinde labores tuos aliquo digno præmio compensandi iustam causam habeamus.

Sigismundus primus rex Polonie Carolo Quinto Cæsari Christiano R.

Ser.me ac excellen.me princeps vr. Significatum est nobis nuper ex Mediolano Ilrem dominu Mediolani Ducem petere decreuisse, vel forte iam petiuisse, a Mte vra, vt Consilio Regni Neapolitani demandare dignetur, quo ducatum Baren, ad nos iure legittime successionis deuolutu, acciperet in sequestru, in quo idem dominus Dux Mediolani, nescimus quid iuris sibi competere asseuerat, et deducere nititur, Ilmam olim dominam Isabellam de Aragonia Ducem Mediolanii et Barii, matrem vr. non hæreditario iure, sed duntaxat vitæ suæ spatio illum possedisse. Nos non dubitamus ius certum et indubitatu penes nos, et Ser.mam dominam Coniugem nostram esse, quod non verbis, sed litteris, non vnis sed pluribus, sine controuersia probare poterimus, quorum benefitio, post mortem ipsius olim dominæ matris nostræ possessionem illius Ducatus continuauimus, quaq3 priuari citra insignem iniuriam nram non possumus, nec vllam dubitationem de vestræ Mtis iustitia, et singulari

erga nos beniuolentia et amore, qui ex consanguinitatis vinculo nobis cum ea intercedit habemus. Sed certi sumus quod ita se geret in hac causa Mtas vestra vt nihil in ea, altera parte inaudita sit diffinitura. Nichilominus tamen Mtem vram, pro ipsa nostra mutua beniuolentia, et amore, proque iustitiæ debito, plurimum rogamus, et oramus, dignetur non prebere faciles aures his, qui ius nostrum apud eam inuertere, et sinistre interpretari contendunt, et committere velit viceRegi, et Consilio Regni sui Neapolitani, vt nos in possessione ducatus Barensis prædicti tueantur, et nullam vim aut iniuriam nobis in illo a quopiam inferri permittant. Cum enim ad disquisitionem ventum fuerit, melius diplomata seu priuilegia nra, quam nuda verba, vim Iuris et iustitiæ declarabunt. Nos vero eam beniuolentiam, hocque fraternum, et vere Cæsareum vræ Mtis, in hac causa nostra offitium, volumus et pollicemur illi vicissim, omnibus non solum officiis, sed etiam viribus, et facultatibus nostris quibuscunque poterimus semper referre. Comendamus nos ex animo fraterno amori vræ Mtis. Cupimusque vt sit perpetuo sospes, incolumis et fælix.

Mercurino Cancell. Cæsaris

Facti sumus certiores Illmum. d. Mediolani Ducem a Cesarea Mte, petere constituisse, aut forte iam petiisse, quo mandaret Ducatum Barensem recipi in sequestrum, quod quo iure petat incertum habemus. Nos mortua Illma olim d. Isabella etc. adire hæreditatem eiusdem Ducatus Barensis non dubitauimus, sumusque in eius possessione, non assertione Iuris, sed vero Iure, quod non verbis, sed priuilegiis continetur, et non dubitamus ~~quod~~ quidem Mtem Cæsaream nihil temere esse facturam, quo alteri gratificetur, alteri vero incommodet. Scripsimus tamen illius Mti rogantes, ne quid contra nos constituere, et decernere incognita causa dignetur. Tuam d. etiam atque etiam rogamus, vt nos sua auctoritate in retinenda eiusce Ducatus possessione adiuuare velit, et non permittat nos ab illa indebite ammoueri, quod illi

vicissim omni studio, et beniuolentia nra Regia curabimus semper referre, Et bene valeat vra d.

Sigismundus primus rex Polonie Ferdinando Austrie Archiduci.

Certa relatione ad nos ex Mediolano delatum est. Illmu dominu Mediolani Ducem, ab Imperiali Mte enixe petere, vt Ducatu Baren, cuius possessionem cum Ser.ma domina Coniuge nostra iure hæreditario, post mortem Ille olim dominæ Isabellæ &c adiimus in sequestrum accipiat, quem sibi hæreditario iure deberi, ex eadem causa, idem dominus Dux Mediolani contendit, tanquam ipsa domina Isabella, non perpetuo sed temporario iure, cum dum viueret possederit. Nos vero iusto iure ipsius possessionem, et hæreditatem ~~Nos vero iusto iure ipsius possessionem, et hæreditatem~~, cum ipsa Ser.ma domina Coniuge nra adiimus. Extant namq litteræ, Illmi olim domini Ducis Ludouici parentis moderni domini Ducis Mediolani, et sunt apud nos, quibus ille consentit, vt Ducatus Baren. maneat perpetuo, apud Illmam olim dominam Isabellam matrem nostram, et eius successores. Extant eiusce quoq rei confirmationes, non solum per Ser.mu Principem dominu Maximilianu Imperatorem, sed etiam per Ser.ma vra Mtis matrem, ac demum Sermu modernu dominu Imperatorem, vræ Ser.tis Germanu facta. Accedit q mox post contractas nupcias nostras, omnia capita rerum in ipsa ordinatione, siue contractu matrimonii, inter nos cum Ser.ma domina Coniuge nostra pactaru et conclusarum, ad ipsam Imperialem Mtem Ser.mi domini Maximiliani vestræ Ser.tis aui, a nobis missa delata est, vt confirmentur, inter quæ Ducatus ipse Baren insertus, et descriptus confirmatus est, et tenetur a nobis tam certo, tamq firmo iure, vt si hoc esset violabile, crederemus in rebus humanis

manis, nihil firmum, nihilq inuiolabile extare posse. Scripsimus ad suã Mtem Cesaream, istam ipsam domini Ducis Mediolani petitionem non esse nobis incognitam, et ea quæ vestræ Serti, ad declarandam iustitiam nram exposuimus, suæ quoq Mti Cesareæ aperuimus, et cum nos non lateat in omnis generis, et ordinis homines suam celsitudinem in exercenda iustitia, ita se semper gerere solere, vt nichil vnquam ex omnibus causis, quæ ad suæ Mtis iuditiũ, vel arbitriũ, vndecumq referuntur, reprehensione dignũ inueniatur. Nos quoq nihil minus dubitare volumus, quàm in hac ipsa causa ex suæ Mtis arbitrio, omnia nobis ex sententia successura esse. quandoquidem Iuris nostri indubitata series, id nobis sine vlla exceptione pollicetur, sed non minus amor noster mutuus, quem vinculũ consanguinitatis, et affinitatis inter nos, et in primis inter maiores nros, arctissime conciliauit, et auxit, nos bene sperare iubet. Vestram autem Sertem etiam atq etiam rogamus. dignetur eiusce amicicie, et coniunctionis nostræ, eam quam par est rationem habere, ac litteris suis, apud ipsam Imperialem Mtem, ita nos iuuare velit. vt nulla narratio in detrimentum iuris nostri, excogitata et inuenta, huic assertioni nræ, et quidē verissime contraria, apud suam Mtem locum habere possit. Nos enim cum tempꝰ oportunum cognouerimus. id qđ contendimus non nudis verbis, sed litteris, et priuilegiis probare presto erimus. Eas vero litteras, quas vestra Sertas, in commendationem et auxiliũ causæ nostræ scribere dignabitur ad Mtem Cesaream, per suos tabellarios mittere dignetur. quidquid autem Sertas vestra, in hac causa gratificando nobis efficiet. id nos illi omni studio, et facultate nrã curabimus per omnem occasionem semper refferre.

Sigismundus primus rex Poloniæ. Ioanni Dantisco oratori apud Cæsarem Carolum Quintum.

Magnifice, nobis sincere dilecte. Scripsimus tibi paulo antea nos certiores factos esse, Illmum dominum Ducem Mediolanensem, in graue præiuditium nostrum, apud Cæsaream Mtem sollicitare: quod ipse Ducatum Barensem acciperet in sequestrum, et teneret tam diu quoad dignosceretur, quis ad eum Ducatum ius potius haberet. Commisimusque tibi, et plenam dedimus instructionem, qualiter in hoc facto, apud Mtem Cæsaream te gerere deberes. quod ipsum nunc quoque tibi committimus, et volumus, vt in hoc exactam, et solertem facias diligentiam, ne iustitia nostra in aliquo sit opressa. Credimus siquidem te non latere Illmam dominam Isabellam ducem Mediolani matrem nostram charmam, fœlicis recordationis testamentum condidisse, et fecisse eo prætextu multas alienationes, et donationes, in Ducatu nostro Barensi, in perpetuum, et etiam ad longum tempus hominibus multis, et seruitoribus sibi gratis, quod equidem facere minime potuit, pactis, et ordinationibus, circa initium contracti matrimonii factis obstantibus, quæ pacta prout edocti sumus, executores testamenti illius, infringere, et labefactare conantur, tanquam illa minus essent valida, ex eo quia illa Mtas Cæsarea non confirmasset: et eo maxime, quia, et Illma olim domina Dux speciale habuisset a Mte Cæsarea indultum de bonis immobilibus libere testandi. Et quoniam istud esset nobis valde damnosum, et præiuditiale, vbi ista legata, et alienationes in suo robore perstare, ac firmæ esse deberent. Mandamus tibi vt si inter scripturas, et litteras in archiuiis, dictæ Illmæ dominæ Ducis matris nostræ eam confirmationem, quam ipsa ab initio se impetraturam a Mte Cæsarea obstrinxerat non reperies, tunc tu eam Capitulorum matrimonii confirmationem, apud illius celsitudinem summa diligentia sollicites, quæ Capitula per eundem nuntium tibi mittuntur. Præterea in Curia Cæsareæ Mtis existens, requiras, si illius Mtas dederat facultatem testandi, ipsi Illmæ olim dominæ matri nostræ

necne, et nihilominus omni studio, et opera sollicites, apud Mtem suam Caesaream: ut quamprimum litterae ipsius ad consilium Regni Neapolitani per postas, et ante tuum illinc discessum expediantur. ne nos in iustitia nra et pacifica possessione Ducatus Baren. per executores, vel quempiam alium impediamur. quia ita nobis persuademus, q Mtas Caesarea, rata habebit illa pacta matrimonii, nec permittet nobis in aliquo fieri iniuriam. Alia etiam negotia quae tibi comisimus, et quae in re presenti intelligere poteris nobis fore necessaria ac oportuna. diligenter apud Caesarem sollicites pro pacificatione dicti Ducatus Baren. ac quieta possessione nostra. Pro fide et pgratia nostra ea omnia adamussim facturus. Datum.

Sigismundus primus rex Polonie
Chrisostono.

Reverende, nobis sincere dilecte. Significatum nobis est, q executores testamenti Illmae olim dominae Isabellae Ducis Mediolani matris nostrae charmae defunctae, contendunt nos grauare, et volunt exequi donationes factas, per eam in testamento: nullo habito respectu, q ipsa d. Dux ab initio contracti matrimonii se nobis obligauerat, q nullam alienationem facere debuit ex Ducatu Baren. quemadmodum tu bene ea omnia nosti, qui fuisti auctor, et internuncius matrimonii nostri: et non ignoras, quae circa contractum illius matrimonii capitula facta et conclusa fuerunt. Non te latet etiam, q ipsa debuit obtinere eorum Capitulorum a Caesarea Mte confirmationem. Quare te hortamur, ut postquam haec tu omnia clare nosti, executoribus, et aliis quibus opus est haec notifices: et quantum in te est da operam, ne nos in iustitia nostra impediamur: de quo non dubitamus, q hoc diligenter, et pro eminenti virtute tua facies. Nos vero tuam diligentiam et operam, tibi vicissim gracia nra referre Regia, curabimus. Datum.

Bona Regina Polonie
Ferdinando Archiduci Au:
strie

Ser.me princeps etc. Cum venisset nobis Rhomam et Neapolim, mittendi, et scribendi necessitas. cuius gracia hunc nostrum tabellarium cum litteris expedimus, iterque isthac ille esset facturus. noluimus eum ad v.ram Ser.tem litteris vacuum ire, quibus pro nostra mutua beniuolentia eius incolumitatem, Ser.maeque Coniugis eius inuisamus, et agamus gracias, quod rebus nostris, et Ser.mi Regis domini et Coniugis nostri apud sacram, et fraternam Imperialem M.tem pro rei necessitate opem, et auxilium ferre tam prompto ~~tamque~~ animo dignata sit. quod profecto utrique nostrum adeo gratum est, ut pene pluris hanc ipsam vestrae Ser.tis beniuolentiam quam rem de qua agatur facere videamur quamuis et ea non parui sit apud nos. ut pote. quae agitur de iure patrimonii n.ri atque ideo vestrae Ser.ti, sic agimus, et habemus gracias, ut non dubitemus iterum ab ea petere, ut non praetermittat occasionem, qua deinde id quod coepit apud ipsam Imperialem M.tem prosequi non cesset, quoad perficiet, ut nobis et Ser.mo domino Coniugi nostro Ius, et libertas Ducatus nostri Barensis, ex arbitrio nostro habendi, et gubernandi, per suam M.tem restituatur, persuadeatque sibi, de M.te domini nostri, et item de nobis vestra Ser.tas, ut qua parte eidem Ser.ti v.rae, parem graciam referre possimus, nihil nos unquam esse praetermissuros, adnixurosque, ut haec nostra mutua amicitia, quae iam pridem, inter maiores nostros altius radices egit, recenter vero tam arcto vinculo, atque indissolubili quodam nexu confirmata est ad summam beniuolentiam perueniat, et multas Nestoreas aetates duret, et firma permaneat. optamus vestram Ser.tem, bene, et faeliciter valere. Cui nos ex animo commendamus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Lodouico Regi Hungarie et Bohemie

Ser.me princeps etc. Nuncii nostri quos ad capiendum Ducatum nostrum Barensem misimus, litteris suis nobis declararunt viceregem Regni Neapolitani possessionem eiusce ducatus nobis ademisse, ac senatum collateralem illius Regni sequestrem fecisse, atque id se iussu Imperialis M.tis facere asseuerasse. Nos quidem de sue M.tis Cesaree virtute, et prudentia, atque erga nos beniuolentia, et amore fraterno sic persuasi sumus, vt nobis adiumento potius quam impedimento sit futura, in his assequendis, que iusto iure nobis deberi cognosceret. Sique id iussu M.tis sue factum sit propterea factum esse, quod quibusdam artificiosis persuasionibus inducta sit Ill.m dominum Franciscum Ducem Mediolani, qui se, nescimus quid iuris habere contendit Iure ipso quam nos pociorem esse debere, cum facile id cerni poterit perlectis litteris, et Iuribus nostris, eum ipsum dominum Ducem Mediolani nihil penitus iuris habere. totum enim translatum est, et donatum Ill.me olim matri nostre, domine Isabelle, et ita confirmatum, vt nulla possit esse dubitatio que disceptationi de Iure locum non relinquat. Cuius quidem iuris ea vis est, vt successoribus eque seruiat, atque ei dum viueret seruiuit. Itaque vehementer mirari cogimur, sic nobiscum agi, vt alteri parti mox sit fides habita, in re tam magni momenti, nobis ad disquisitionem non vocatis, nec cognita causa iureque nostro. Si enim apud aliquam barbaram gentem Iuris et iustitie expertem id fieret, equius vtique ferendum videretur. Cum autem ibi sit, vbi leges, et iura nata sunt, et florere feruntur. non aliud cogitare possumus, quam eos homines, qui absente Imperiali M.te Regno Neapolitano presunt, Aduerse parti cum iniuria nostra in eo gratificari voluisse. M.tem igitur v(est)ram vehementer oramus, dignetur eius rei, iustam rationem habere, que non solum iniuriam verum etiam leuitatem, immo vero con:

tumeliam nostram præseferre videtur, atque eam per litteras Mti Imperiali diligenter exponat, rogetque illam, enixe, ut nostros nunctios ad possessionem Ducatus nostri Baren, qua iniuste spoliati sumus restitui faciat. Illmus vero Dux Mediolan, facile a nobis æquitatem consequi poterit, postquam repetemus possessionem nobis debitam. Credimus autem vestræ Mtis, et Serma eius coniugis dominæ Reginæ preces tam efficaces esse futuras, ut nihil timendum sit Mtem Cæsaream, id quod iuste petimus, non gravate esse facturam. Et qui nunc Thurchaici exercitus excursione, in terris Russiæ magnam calamitatem accepimus, cuius tamen pars non contemnenda a nostris cæsa, et deleta est, ut saltem ab illa parte Mtis suæ Cæsareæ Ius nostrum inviolatum auxilio vestræ Mtis retineamus. Post egressum vero Thurcorum, iterum Thartaricus exercitus, quadraginta millium, eas ipsas terras invasit, qui nunc igni, et ferro omnia populatur et vastat. Summam tamen habemus curam, et diligentiam, si modo gratia divina non deerit, ut prius quam ad campos suos repedaverint, meritas pœnas audatiæ et temeritatis suæ persolvant. Dominus Deus diu servet Mtem vestram sanam, et fælicem. etc.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Mariȩ Reginȩ Hungariȩ

Serma princeps etc. Exposuimus Mti Regiæ, Sermi nepotis nostri etc. causam, et iniuriam nostram, quæ nobis illata est in adempto nobis, et sequestrato Ducatu nostro Baren, ex cuius litteris vestra quoque Mtas eam cognoscet, et quid facto opus sit accipiet. Rogamus enim, ut sua Mtas ad Imperialem Mtem scribere dignetur, ne vel vi, vel aliquo colore, Iuris ipsius Ducatus possessio nobis eripiatur. Vestram quoque Mtem, etiam, atque etiam rogamus, ut nos litteris suis, apud ipsam Imperialem Mtem, itidem iuvare dignetur. Nihil enim dubitamus vestræ Mtis preces apud illam Mtem, tam efficaces esse futuras, ut id quod æquum est ipsa petente, non sit no-

bis in fauorem alicuius negatura. Bene valere vestram Mtem optamus.

Sigismundus primus rex Polonie
Ferdinando Archiduci Austrie

S. Ex.me princeps etc. Litterae vrae Ser.tis, incredibili laetitia nos affecerunt. Cognouimus enim ex eis, quanta animi alacritate, vestra Ser.tas, comendare curauerit Caesareae Mti, causam ducatus nostri Baren. quia vero ipse Ducatus, cum summa nostra iniuria, et contumelia nobis eripitur. Mittimus, ad ipsam Caesaream Mtem, hunc secretarium nostrum etc. cui comisimus, vt inter eundum, vram Ser.tem nostro nomine inuiseret, et nonnulla desideria nostra, causam ipsam Baren. attinentia, eidem refferet. quam plurimum rogamus, vt et fidem illi adhibere, et his quae nostro nomine postulabit, pro amore nostro mutuo annuere velit, tanquam consanguineus et affinis noster char.mus. quem pro consolatione nra optime, et faelmc valere desideramus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cancellario Vngarie.

Ex litteris nostris, ad Mtem Ser.mi, et char.mi nepotis etc. datis, vestra p. cognoscet, quae nos causa, vel necessitas pocius permouerit ad scribendum, quidue a sua Mte petamus. Res est enim non parui momenti, vt pote, quae de Ducatu Baren. agitur, cuius possessio erepta est nobis sub praetextu sequestri. Cui assignata est possessio, donec cognoscatur de iure parcium disceptantium, quasi antea fuerit inter nos aliqua disceptatio, qua prebuisset occasionem id faciendi, cum re vera fuerit nulla. Voluimus autem eiusce causae ordinem Mti Regiae exponere, vt nos sua Mtas, vna et cum Reginali Mte, litteris suis, apud Imperialem Mtem iuuare dignetur. vram

autem paternitatem, plurimum rogamus, ne grauetur operam suam nauare, vt litteræ suarum Mtum, tanto studio, tamq accurate dictentur, vt quantum opus est ad prodessendum causæ nostræ, efficaces sint futuræ. Nec id quoq prætermittatur, qum litteris mandetur, ea quæ contra nos fiunt, perinde suæ Mti, atq nobis esse molesta. quandoquidem non solum damnum pariunt, sed ne contumelia quidem carere possunt, a quibus alterutrius causas vicissim asserere pro virili nostra debemus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni dantisco Oratori suo

Postquam intelleximus, q vicerex Neapolitanus, ademit nobis possessionem Ducatus Barem, fortasse ex mandato, et iussu Cæs. Mtis, quamuis antea tibi comisimus, vt ires in Hispanias ad suam Mtem, et has, et alias res, quæ statum ipsum nostrum Barem concernunt sollicitares. attamen veriti, ne in itinere, aliqua tibi superuenirent impedimenta. Misimus eo, et Doctorem Stanislaum Borg etc. ne res nostræ, in aliquo retardarentur. mandamusq tibi, vt negotia nostra cum eo agas diligentissime, et cures vt omnia optato per vos fine terminentur, et vt hac animi molestia, qua ex tam insigni, et manifesta iniuria affecti sumus, liberari tandem possimus. facturus pro fide, et gracia nostra.

Doctoris Borek
Verba ~~dantisci~~ ad Ferdinandum
Archiducem Austrie

Serme princeps, domine clemenme. Cum ad Sacram Imperialem Mtem, Mtas domini mei clementissimi me legare dignata sit, voluit, vt inter eundum ad vram Sertem diuerterem, ac suæ Mtis nomine, eius incolumitatem gra:

tularer, quæ cum animi sui lætitiam litteris suis per me redditis vestræ Serti affatim exposuerit, q; is amor, qui iure, et merito in tanta cognatione esse debet, vt ad summam beniuolentiam peruenerit, quemadmodū vræ Sertis litteræ, quarum sua Mtas litteris suis meminisse dignata est, testantur, et declarant. Existimaui me facturum esse operæpretiū, si hunc locum silentio prætermittam. Abrogatis autem his rebus, quæ ad fastum duntaxat dici et fieri solent, hoc vræ Sti repetere volui, q; ad Sacram Imperialem Mtem missus sum, vt suæ Mti exponam, quantū iniuriæ Mtas domini mei acceperit, cum Ducatus Barensis, vi ei ademptus sit, nulla præmissa disquisitione, nec vllo iuris processu, contra suam Mtem, aut Sermam Coniugem suam dominam Reginam instituto. Nemo est enim, qui nesciat, eam esse peculiarem totius orbis hominum legem, vt qui sunt bonorum possessores, non soleant de possessione depelli, nisi iure victi. Grauiter quidem, et moleste fert sua Mtas, et miratur vehementer, quæ nam ratio Sacram Mtem Imperialem adduxerit, eamq; voluntatem ei ingesserit, vt sine causa suam Mtem tanta iniuria, immo vero contumelia, affici permiserit, quæ cum omnes animi sui vires, ad id intendere consueuerit, vt de sua Mte, omnibus in rebus optime mereatur. Eamq; spem sibi polliceret, vt in omni occasione, parem sibi gratiæ relationem ab ea expectarit. Tamen in eo casu, cuius iustitia luce meridiana clarior cerni oculis potest, aliter experitur. Cum autem nesciat, quid suam Mtem, ad id faciendū permouerit, non penitus de amore eius, et beneuolentia fraterna desperans, atq; ingeniis et persuasionibus aliquorum, hunc ipsum ducatum ambientiū et affectantiū in errorem prolapsam existimaus, me ad suam Mtem misit, vt tota Iuris serie exposita, et ostensa, adiiciam suam Mtem de illius Sacræ Mtis fauore, summam spem sibi polliceri, non solum ex eo, et vetusto, et recenti Sanguinis vinculo, quod suæ Mti, cum vestris Mtibus intercedit, sed etiam, q; ipsa pro omnibus regnis Christianis, tanquam in statione quadam perpetua, contra omnes hostes Ethnicos, quorū innumeras copias diuersiq; generis, oriens, effundere quottidie non cessat, excubare, et vigilare cogitur, cum summo suo discrimine, et ingenti sua, regnorumq; suorū iactura, quam si conniuere vellet, vt ad vicina Regna libere comearent,

facile effugere et vitare posset. Sed cum nihil antiquius sibi ducat, quam de omnibus, si vel ingrati benefitiorum existant bene mereri, pluris sua M^tas ea facit premia, quae ventura sunt unicuique pro laboribus suis, quam quod aliena ingratitudine a benefactis possit averti. Vestram autem Ser^tem rogat, cui sua omnia secunda cordi esse videt, et sicut et adversa dolori, dignetur suam operam suae M^ti, apud illam Sacram Imperialem M^tem, ita navare, ut amandatis erroribus admissis, qui magis reprehendi possunt quam corrigi ad possessionem Ducatus Baren., suam M^tem, et Ser.^mam dominam Reginam restitui faciat, Il.^mus autem d. Dux Mediolani, si quid iniuriae accepit, non magno negotio aequitatem consequetur. Cum enim affinitate iuncti sunt, nihil M^tas Regia detrectabit, quod ad eius aequitatem conservandam videbitur pertinere, ut amicitia fraterna quae necessitudini debetur, inviolata servetur, et augeatur.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Campeio.

R^me. Post obitum Il.^ma olim dominae Isabellae de Aragonia Ducis Mediolani matris nostrae Ducatus Baren. ad nos iure haereditario devoluti possessionem accepimus, firmam haben. spem, quod in eo nulla impedimenta habere deberemus. Nunc nuncii nostri quos illuc misimus nobis significarunt, quod vicerex Neapolitanus accepit nobis possessionem eiusdem Ducatus, et posuit illum in sequestrum, forte Caesareae M^tis mandato. Ea propter mittimus nos istum nuncium venerabilem Borg. etc. ad Caesaream M^tem, cui commisimus, ut descenderet, ad Ser.^mum d. Ferdinandum etc. et ad vram d. R^mam, quibus exponeret, hanc iniuriam nobis preter spem illatam. Rogamus itaque d. vra R. dignetur hoc negotium nostrum commendare Sanct.^mo domino nostro, et d. Duci Ferdinando, quatenus ipsi intercederent pro nobis ad Caesaream M^tem, ut iuberet nos restitui in possessionem,

quæ nobis per iniuriam adempta est, mandaretq; ne in eo Ducatu fieret nobis amplius aliqua molestia, quemadmodum is ipse nunctius lacius referet, d. vestræ Rmæ. Cui dignetur ~~fidem~~ adhibere fidem omnimoda, et valeat fælme nosq; diligat. Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi summo Pontifici septimo

Beat.me pater. Non sum ego nescius vestræ Sti esse cognitum, ius coniugis meæ Ser.mæ dominæ Reginæ, in Ducatu Baren. quod Ilmæ Isabellæ de Aragonia matris eius cum successione hæreditaria, nulla exceptione, nullaq; conditione adiecta donatum est. eo itaq; iure fretus mox audita morte, eiusdem Ilmæ olim dominæ Isabellæ, misi nunctios, et procuratores ad capiendam possessionem, meo nomine, et ipsius dominæ Reginæ, qui cum mandata perfecissent, et continuarent aliquanto tempore ipsam possessionem, nihilq; suspicarentur, quod ex adverso futurum esset, quo minus citra quoduis impedimentum, eo ipso Ducatu potiremur. Res minime sperata accidit, Scribunt enim iidem mei procuratores, viceregem regni Neapolitani, iussu Imperialis Mtis, vt ferunt, eiusdem Ducatus Baren. possessionem eis ademisse, assignato sequestro qui eum gubernaret, quoad per suam Mtem decernatur, quid cum eo sit futurum, quasi lis esset sub iudice, cum nihil vnquam de eo sit iudicatum, sed ne id quidem fieri posse, si quis velit. tanta vis est litterarum, et priuilegiorum quibus nitimur, vt nemo possit aliquid actionis Serme Coniugi meæ dominæ Reginæ, super iure eiusce ducatus intentare, nisi aliqua cauillatione vtens quærere velit incomodandi occasionem, Non ignorat autem vra S. laboriosarum actionum mearum seriem in his bellis, quibus sine intermissione dominia mea ab infidelium potentia acerrime vrgentur et premuntur, quæ ego tanquam in statione

manens, maximis impendiis pro omnibus fero, et tamen nulla ratio habetur laborum meorum, et hoc amplius ea impedimenta ingeruntur, ne iure meo bonisq; meis libere uti possim. accedit, q; et hinc secta pestifera, quae se Lutheranam appellat, quaeq; odio Ecclesiae Ro. et sedis Aplicae, cum magno detrimento, et scandalo reipcae Christianae excitata erupit, tantopere resisto, quominus vires sumat in terris meis. Suntq; multi ex partibus terris meis vicini, nec desistunt sollicitare, et allicere vicinos, vt se eodem veneno imbuant, et inexpiabili scelere contaminent Jurisditionem Ro. labefactare, et eneruare satagentes. oro vestram Stem, quam video omnes suas curas, et vigilias ad id conuertisse, vt rei Christianae labanti, et ex omni parte periclitanti, opem ferre valeat. dignetur earum rerum, quam par est rationem habere, et mihi regnoq; meo oportunis subsidiis adesse. In hac autem causa Ducatus Baren. quae sine controuersia est iustissima. dignetur per litteras oratori suo, quem apud Imperialem Mtem habet iniungere, vt vna cum meo, quem in hac causa Baren in Hispaniam, vsq; ad suam Mtem misi, rem agat vestrae Stis nomine, vt possessio adempta citra omnem dilationem mihi restituatur. quidquid autem gratiae, et beniuolentiae rebus meis in hac, et in aliis causis vestra S. impartiri dignabitur. Ego pro virili parte, quibuscumq; meritis et officiis potero promereri, et referre curabo, ac me totum eius gratiae, et amori paterno, commendo et trado, optoq; vt in ista sancta sede, quam diutissime presit sospes, et incolumis, resq; Christianas faelmis successibus moderetur. Datum.

Ioannes dantiscus Or Petro Tomiczki Epo Przemisliensi regni Polonie Vicecancellario

Rme domine. Mandauit mihi D. vestra Rma, vt de omnibus quae se offerrent, quoties habere possem tabellarios semper scriberem, scribo, et interdum metuo, ne magis quam oportet scribam, quod si facio, pro sua gracia, in quam omnem fiduciam meam habeo, non aegreferat, afficior enim singulari voluptate, quum mihi hoc datur ocium non scribendi, sed mihi videor loquendi, cum d. vra Rma, nullam itaque neque ad stillum, vt nostri dicunt, neque ad lineamenta litterarum, do operam, sed festinanter, presertim dum posta abicio in horas dicatur, hanc voluptatem capio. Qualis fuerit mea priuata audientia, et quae in ea acta, ex litteris ad Mtem Regiam intelliget, quis vero meus hic status, ex nouissimis his annexis, vt reor satis intellexit, et si quid deest, quo fortassis fieri possit scrupulus, de tot meis expensis, addam quod omiseram strenas non posui ad calculum, de quibus hic maior, quam in nostra aula habetur superstitio, quid in primis ianitoribus, hinc est incipiendum, quid tubicinatoribus, quid fistulatoribus, quid aliis iocosis musicis, quid illis, qui mihi ex cellario Cesaris, quottidie vnam vini dant lagenam, quid cocis, quid postarum cursoribus, quid hospiciorum datoribus, quid denique omnibus, qui his temporibus, vt hic consuetudinis est, quo aliquid mendicent, a me datum est, ne aliis oratoribus viderer inferior, non bene ausim scribere, satis est quod dedi, Mirabitur d. vra Rma, si prout spero deus creator meus mihi fauerit reditum, exposuero quid hic exposuerim. quod si mihi de omnibus aliquod quero lucrum, nisi, vt honestas et dignitas Sermi domini mei seruetur, imprecatus sum mihi prius, dum huc per mare ire deberem, nunc mille vicibus in reditu mihi mali magis imprecor,

Leander

obruar in primis fluctibus, et ut Leander apud Ausonium, mergite dum redeo, si non fideliter domino meo, in omnibus quantum ratio mea capere potest, seruio. Dabitur etiam a me opera, quod si nulla prouisio, neque interim cundum, a Mte R. pro meo reditu mihi dabitur, ut venditis rebus omnibus meis, saltem sine illius Mtis ignominia redire possim, sed iam item de his Apagesis. Alligaui his Illmae dominae Ducis Mediolani ad me litteras et copiam prouisionis, quam illius Illtas rogat a Mte Caesarea expediri, ex ijs omnia intra, illius Illtis d. vra Rma intelliget, et quid mihi hic sit a Mte Caesarea impetrandum cognoscet, Scripsi de his rebus Sermae Reginali Mti, et retuli me, ad d. vram Rmam, quod illi ea omnia, quae hanc causam spectant, misissem, Factura est igitur meo iudicio, d. vra Rma Reginali Mti rem gratam, si et litteras, et copiam prouisionis, ad illius Reginalem Mtem miserit. Ego hic omnem operam impendam, sicut ante 4 annos Barchinonae feci, et spero quod impetrabo. Quae hic aguntur et practicantur, d. vra Rma, habebit ex litteris ad Mtem Regiam, interea nihil noui se obtulit, quam quod heri Mtas Ces: quibusdam Episcopis, et aliis, qui plura habent offitia, quaedam officia abstulit, et vult quod Episcopi, et qui aliis rebus in prouinciis sunt astricti, debito satisfaciat, et sic sex de Curiae consilio domum ablegauit, et aliis officia distribuit. verum est, ut prius scripsi, quod manifesta in Curia cognoscitur paupertas, conquiruntur igitur mirabilibus modis pecuniae, et contra Gallos colliguntur, His diebus Galli potentes sunt in mari, acceperunt nuper, et hostibus, et amicis Portugalensibus sex naues, verum Piracticam exercent, Ego summopere cuperem, ut pont: pacem faceret, quod terra redire possim. alias quomodo mihi, nisi cum maiori quam antea periculo sit redeundum, adhuc nescio. Consilium nobis, resque locusque dabunt. Comendo me humiliter d. vrae Rmae, et rogo, quemadmodum iam mille vicibus scripsi, reditus mei rationem habere dignetur. Ex Valdolit xj. Ianuarii. Anno dni Mo Do. xxiijo.

Copia suplicationum et decretacionum, desuper ex commissione Caesaree Mtis.

Sacr.ma Ces: Mti, nomine Ser.morum Regis et Reginae Poloniae reue:renter exponitur, q cum diuus olim Cesar Maximilianus praeclaris:sima memoriae, inter ipsos Ser.mos Regem et Reginam, auctor et auspex matrimonii fuerit, pacta, conuentiones, et quaedam Capitula desuper per Ser.mum Regem praedictum, et Jllmam olim dominam Jsabellam de Aragonia erant confecta, in quibus Jlma domina Dux assensum Ser.mae tunc catholicae Mtis, ratione Successionis, et huius matrimo:nii, se impetraturam pollicetur, quem ipsi Ser.mi principes Rex et Re:gina Poloniae certo a Mte catholica fuisse impetratum sibi persuadent, Cum autem Deo sic volente Jlma domina Dux superiori anno e viuis ces:sit, post eius mortem huiusmodi assensus fortassis per aliquos opres:sus, inueniri non potuit, qua de re nominibus quibus supra Sacr.mae Ces: et catholicae Mti supplicatur, vt denuo a tempore contracti istiusmo:di assensum, conuentionumqz et capitulorum praedicti matrimonii, con:firmationem dare, et benigniter concedere dignetur, omnem defectum, tam iuris, quam facti, ac etiam negligentiae cuiuscunqz supplendo, de:cernendo, etiam omnia et singula, contra huiusmodi matrimonii capi:tula, iam consumati, in praeiudicium directe vel indirecte, publice, vel occulte, quouis quesito colore, vel ingenio, siue de iure, siue de facto, ~~siue~~ sine consensu et voluntate, ipsorum Ser.morum Regis, et Reginae Poloniae, per olim Jllmam dominam Ducem, forsitan facta, nullius roboris et firmitatis, fuisseqz semper illius Ces: et catholicam Mtem illius vo:luntatis et animi q ipa Capitula, aut omnia et singula, in eis con:tenta, ab illorum initio, et conclusione suum debitum sortirentur effectum.

Decretatio Cancellarii.

Ad articulum retro scriptum, fiant litteræ assensus, in forma et cum clausulis ac cautelis solitis, quæ effectum operentur, a tempore contractus initi. quo autem ad irritationem eorum, quæ contra dicta matrimonii Capitula gesta forent, ac supletione defectuum, cum ista iuridice fieri nequeant, nisi causa cognita, et auditis his quorum interest, poterunt super his fieri litteræ iustitiæ in forma.

Et quia in quarto capitulorum matrimonii articulo, quædam oriri possit difficultas, ubi cautum habetur, quod ipsa olim Illma domina Dux, de omnibus bonis, tam feudalibus, quam Burgensaticis quibuscunque nominibus designatis, nihil posset sine expresso consensu, Sermorum Regis, et Reginæ vendere, donare, aut quovis alio modo alienare, sed tantum de annuis prædictorum bonorum redditibus, illi liceret facere, quod libuerit, integram omnium rerum successionem, ipsi Serma dominæ Reginæ filiæ suæ relinquendo, suplicatur nominibus, quibus supra Sacrma. Ces. et Catholicæ Mti, huncar.lum velit latius interpretari videlicet, quod ipsi Illmæ dominæ Duci licuisset de annuis redditibus facere quod libuerit, vita duntaxat illius durante, quod tamen ex præmissis, et sequentibus, in eodem articulo, alias etiam satis liquide intelligitur.

Decretatio Cancellarii

Cum verba contractuum, a iure interpretationem recipiant, qui licet ab initio sint voluntatis, tamen ex post facto sunt necessitatis, non potest talis declaratio iuste fieri nisi auditis partibus, quarum interest ideo iudicialiter petenda est.

Cumque eiusmodi assensus, capitulorum confirmatio, et ar.li prædicti interpretatio, facta fuerit, Sacrma Cas: et catholicæ Mti iterum nominibus quibus supra suplicatur, dignetur executoribus testamenti Illma olim dominæ Ducis committere, et mandare, quod in testamenti executione, nihil attentent, seu agere præsumant, quod in Capitulorum prædicti matrimonii, denuo confirmatorum, defectum aut detrimentum vergere possit,

quod ipsi Ser.mi principes Rex et Regina Poloniæ fraternis studiis et officiis, modisque quibus vnquam poterint omnibus, Sacr.mæ Ces. et catholicæ M.ti referre semper curabunt.

Decretatio Cancellarii.

Mandetur executoribus, quod nihil iniuste, in præiuditium partis supp.tis audeant attentare, sed debito iuris ordine ac causa cognita, ad dictam executionem procedant, seruatis de iure seruandis.

Petro Tomiczki Epo Crac Vicecancell
Ioannes Dantiscus Orator

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me, humillimam seruitiorum meorum comendationem, vix mihi dabatur tantum temporis, vt M.ti R. quæ nunc hic aguntur describerem, non potui mihi tamen temperare, quin saltem his d. vram R.mam suppliciter salutarem, cum qua iam mihi coram esse videor, quod vt aliquando fiat, Deum opt. Max. non cesso fatigare precibus, ista sunt quarta, quas et M.ti R. et d.ni vræ R.mæ scripsi. multum metuo ne d. vram R.mam, tot mea in vnum scripta redacta, per lecturam offendant, si alicubi fui, vel ineptior vel longior. det queso ruditati meæ veniam, neque erit omnino mea, sed aliquantisper D.nis vræ R.mæ culpa, quæ talem aratorem elegerit. Si facio quantum rationis, et quantum nauitatis in me est, pro fide mea, in primis apud Deum, qui scrutator cordium est, et deinde apud d. vram R.mam, me excusatum putabo. Ad impossibile nemo obligatur. Comendo me suppliciter graciæ D.nis vræ R.mæ. Cupioque summopere eandem fœlicem et incolumem videre. R.ndo domino preposito Cricio salutem atque omnia fausta precor. celerrime ex Valdolit. viij februarii. Anno Dni M.o D.o xxiiij.o

Joannes Dantiscus o.

Sigismundo primo regi Polo.e

S.

Ser.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me. Post humillimam
perpetuæ meæ seruitutis comendationem, Superioribus diebus scripsi,
hinc quaternas, quarum dat. est, quarta sexta, et nona Mensis præteriti,
et nouissimarum octaua huius, ex quibus abunde Mtas vra Ser.ma, quomodo
ex Anglia huc venerim, et quid hic hactenus egerim intellexit quæ si om:
nia etiam summatim repetere deberem, latius scribendi tempus exigerent,
vt tamen in compendium illa conferam, in quibus maior vis inesse visa est,
si fortassis intercepta fuerint, breuibus ea complecti non superuacaneum
censui. In primis continebatur me xviij Decembris huc appulisse, et xxvij
publicam audientiam in negociis Ser.mæ Mtis vræ, et reip. christianæ, iuxta
instructionem mihi datam, atque responsum desuper Ces. Mtis habuisse, in
quo se plurimum affectam, illius Mtas exhibuit, vt Regnis Ser.mæ Mtis vræ,
et illius nepoti Ser.mi Hungariæ Regis subueniretur, quodque omnem pec:
cuniam, quæ illius Mtis coronationi deberetur, in hoc subsidium colligi com:
misisset, Rhodiamisque suppetias ex Sicilia mitti curasset, neque pacem de:
trectaret, quam pontifex inter illam Mtem, Regem Angliæ, et Gallos pra:
cticaret, modo æque pacis conditiones offerrentur, vt tandem vnitis viri:
bus, quod summopere desideraret, infidelibus obuiam iretur, cum aliis
verbis consuetis, Et quod huc veniens, de omni viatico non magis quam
Lx. ducatos attulissem, vnde a Fuggaris trecentos alios ad hoc Ser.mæ
Mtis vræ seruitium, in mutuum ad meam fidem recepissem, supplicauam Mti
vræ Ser.mæ, quod domino Bonar, vt chirographum meum redimeret com:
mittere dignaretur. In secundis quod Mtas Ces. secretarium suum Philippum,
de Burgundia ad me misisset, rogans, vt apud Mtem vram, sollicitarem

hoc matrimoniũ, de quo prius illuis Ces. Mtas, Ser.ma Mti vræ scripsisset,
vcʒ, vt Reginula maior natu, Ser.mæ Mtis vræ, Illustri domino Marchi:
oni Mantuano, qui xxi ageret annũ in coniugem daretur, vtqʒ breui, et certo
mentem Mtis vræ desuper scire posset, nam aliis etiam vrgeretur matri:
moniis, missaqʒ in ijs littera Cæsaris, in quo Ser.ma Mtas vra, pro sua
incomparabili prudentia, quid agendũ bene prospiceret. In terciis, quo:
modo mihi post multam et sedulam meam sollicitationem, Mtas Ces. pri:
uatam audientiam dedisset, cuius responsũ in articulis expeditionis meæ,
habetur, et q in illa audientia, nihil mihi de hoc matrimonio a Cæsare
dictum fuisset. vnde forsan ex practica, istius Secretarii littere, et
omnia peruenirent. In vltimis, de tractatibus per me habitis in negociis,
Illmæ dominæ Ducis Barii, cuius etiam summa in ar.lis, exprimitur. Et
quo modo omne propositũ, Mtis Ces. circa Fonteram, quod castrum in Li:
scaia, a Gallis interceptũ per Cæsaris exercitum obsidebatur, subitus
aduentus Gallorum, xx milliũ inuertisset, et Cæsaris exercitum repressi:
set, vnde noua contra Gallos, struerentur molimina. Postremũ quod nihil
aliud quam celeriorem expeditionem, sollicitarem in dies. post illarum litte:
rarũ missionem, non destiti, etiã arrius q̃ ante vt expedirer operã impendere. Rogavit me itaqʒ ~~etiam~~ magnus Cancellarius, vt illi annotarem
ea, in quibus essem absoluendus, vt eo mihi et commodius, et certius nomi:
ne Mtis Cæsareæ respondere posset. Congessi ergo omnia mihi commissa in
quinqʒ articulos, quorum copiam, et responsum, a Mte Ces. ac meam denuo
replicationem Ser.mæ Mti vræ mitto presentibus, ex quibus omnia ada:
mussim intelliget, quæcunqʒ hic per me acta sunt, feci pro fide mea solita,
et quantum mihi est a Deo, de intellectu concessum, quæ potui. Ser.ma Mtas
vra, fidem et diligentiam meam, vt spero, boni consulere non dedignabitur.
In his actionibus reddita mihi hic sunt litteræ Ser.mæ Mtis vræ, xii
huius, Datæ vilnæ xxi Septembris, quæ me hic in hoc tædio non mediocri
lætitia affecerunt, et me ex multis animi curis, et turbinibus soluerunt,
semper enim de Tartaris, et Moscis nescio quid timebam, presertim cum
nihil certi ex nostris partibus huc ferebatur. Interrogabar etiam no:
mine Cæsaris semper quando aliqua posta huc aplicuit, si a Mte vra
accepissem litteras. erant enĩ quidam rumusculi, ab hostibus, vt suspicor

Mtis vrae sparsi, qui iam Deo gracia in ventos abierunt, Ea quae mihi ad
Pontificem Mtas vra commisit, aliis modis erunt agenda, non erat mihi
in fatis, soluit namque hinc sexta Augusti, velim ea falicitas, illum hic con:
ueniendi, data fuisset, qua veterem eius erga me graciam nouam, et mihi
commodiorem, reddidissem, Gaudeo plurimum, et Deo opt: Max: quas morta:
lis homo pot: est, gracias ago, qui effecit, vt tandem mea seruitus, sicut ex
litteris Serma Mtis vrae cognoui, placeret. Hac quae cum Rmo Domino
Salczburgensi egi, hic non omisi, nam in primo responso, de hac re Leutemi:
ca, reseruauerat sibi Mtas Cesarea quandam superioritatem, Si arbitri fortassis negoci:
um non absoluerent, vt illius Mtas superintenderet, et auctoritate Impera:
toria vltimum Decretum poneret, quod ego, quantum totis viribus potui, im:
pugnaui, proferens Caesari articulos induciarum, ex quibus plane ostendi,
quod Serma Mtas vra in Caesarem compromisit, non tamen vt in Caesarem, sed
vt in simplicem arbitrum, Et quod in illius absentia Sermus Archidux Au:
striae, Ferdinandus, et non amplius Caesar, in arbitramento haberet facul:
tatem, Posset tamen illius Mtas, arbitros adhortari, vt his rebus quan:
tocius finem imponerent, sed nihil posset in arbitramento committere, cum
iam arbitri a partibus plenam habeant commissionem, et ad hoc negoci:
um componendum, iuxta articulorum positionem, omnimodam auctoritatem,
his propositis intellectis, et ne fortassis illius Mtas suspecta Mti vrae de
aliqua commissione videretur, dixit se omnia amicabili modo facturum,
quo hoc negotium fine debito terminaretur, quemadmodum ex responso Mtas
vra Serma intelliget. Ostendi etiam illius Mtis articulos locumtenentis
et Regiminis Imperii Magco domino Marsalco, datos, qui oportune mi:
hi a Mte vra Serma fuerunt missi, et exposui quid illi molirentur. Illi:
us Mtas respondit, quod in his rebus nihil eis esset commissum, et quod nisi
de rebus imperii, non de aliis, presertim istis haberent commissionem, qua:
re arbitris adhortatio, vt conueniat, et nulla de arbitramento comissio
scribetur, quod etiam in mea replicatione satis, vt reor cautum est,
De primo et principali negotio, in quo me Serma Mtas vra ad Caes. Mtem
misit, publice et in priuato Mti Caes. et quibusdam aliis qui in hac aula
primi sunt, ea quae in mea instructione habentur, et qui iis temporibus

conuenire videbantur, quantum scilicet oneris ab infidelibus, Ser.ma M.tas v.ra
iam longo tempore, in humeris suis sustinuit, et semper sustinet, omnesq.
Turcarum, et Tartarorum vires, et crudelitates, quibus Hungariæ, et Ser.mæ
M.tis v.ræ regna, et dominia impetuntur, ac immanissime deuastantur,
exposui. Ingemiscunt, et dolere videntur omnes, qui audiunt, multi eti: Galli
am, hæc istarum partium bella execrantur, et multa Gallis mala impre:
cantur, qui orbem christianum sua ambitione, in continuis dissensionib9
versant, nihil tamen prorsus intelligo, quod in effectu aliquæ certæ suppe:
tiæ nostris temporibus vnquam sint futuræ, quibus Ser.ma M.tas v.ra
fidere posset, verba dantur, sicut ex responso, quod prius M.ti v.ræ
misi, et ex hoc ad hunc articulum dato, non solum cognoscet verum
etiam tanget, | remittitur Ser.ma M.tas v.ra ad pontificem, ad quod
ego aperte respondi, et in scriptis replicaui, Si Turci seu Tartari,
censuras, seu excomunicationes timerent, merito ad pont: esset
recurrendum, cum autem ferro res agenda sit, Ces. M.tis esset, et
ex debito offitium, illos non bullis, sed armis reprimere, Si Deus pro no:
bis non erit, hic nihil certe spei inuenio. Optime Ser.ma M.tas v.ra fe:
cit, quod ex his litteris suis mihi missis, quas M.ti Ces. reddidi, inter alia
ea quæ prius a me dicta sunt, in his rebus attigit, hinc magis hæc ne:
gotia Ser.mæ M.tis v.ræ, cordi esse cognouerunt, quibus responsum est,
vt ad primum articulum, vtinam successu temporis iam toties factæ que:
rimoniæ prosint, promittitur vita, et omne studium, modo Galli castiga:
rentur. sed hoc bellum caput Hidræ mihi habere videtur, Quæ spectant
confirmationem inscriptionis, Viennæ factæ, in eo sunt cardine. quod
M.tas Ces. Ser.mo Archiduci Austriæ, hanc confœderationem vt hic
vocant, committet, qui facultatem habebit eam tractare, et conficere,
sic quod reciprocam inscriptionem, pro M.te Ces. a Ser.ma M.te v.ra
accipiat, pro meo rudi intellectu, mihi visum est, non omnino futurum
inutile, quod commoda quadam inscriptione, precipue propter res Ru:
tenas, et illas duas Ciuitates, quæ ab officialibus Imperii molestantur,
cum Ces. M.te M.tas v.ra Ser.ma deuinciretur, quæ sunt in arbitrio
et voto Ser.mæ M.tis v.ræ. De istis duabus ciuitatibus, omnem qua

potui curam, et operam impendi, vt ex istis euocationibus et taxatio:
nibus liberarentur, de quibus mihi in primis per magnu cancellariu fu:
it responsum, q litteræ non forent in eo casu ad Imperii officiales ne:
cessariæ, Cum etiam alias Ciuitates in Flandria, et Brabancia,
quæ imperio non subsunt, sic litteris suis molestent, habeantq hoc
in consuetudine, nulla tamen illaru ciuitatu illis obsequitur, neq ob:
sequi tenentur, et transeunt omnes euocationes, et taxationes silentio.
Cum autem dicerem, q quasdam executiones contra illas fecissent.
quod etiam Cæsareæ Mti latius exposueram, decreta sunt litteræ,
vt in responso quarti arli continetur, de quibus adhuc ~~cum~~ non sum con:
tentus, vt replicatio mea ostendet, conabor quantu possum tales
expedire, quæ in effectu proderunt. | Cum hæreditate Illmæ dominæ
Ducis Barii, meo iudicio, res neq bene per illam incepta est, neq be:
ne procedit, secundu mandatu Sermæ Mtis vræ, omnes extendi
vires, et quæsiui quos potui modos commodiores, quibus hoc negotiu
ad votu Illmæ dominæ conficeretur, Cum autem constat, vt mihi a
Cæsare est responsu, illam fore alieno titulo hæredem scriptam,
hoc est, pro liberis olim Frederici Regis Apuliæ, de quibus hic est Dux
Calabriæ, et ille hic in potestate Cæsaris habetur, plus vt autumo, de:
trimenti, quam commodi reportabimus, quemadmodu ex responso Ces.
Mtis clarius patebit, Ad quod etiam quæ potui replicaui, et super om:
nibus meis replicationibus, heri longu sermonem cum Magno cancella:
rio habui, qui non magis in scriptis sed verbis in hunc effectu redit.
Quod replicationes meas diligenter legisset, et perpendisset, cum
vero illas ad eum scripsissem non videbatur expedire, vt Cæsari lege:
rentur, cum nunc illius Mtas ad primu meu arlum, non posset aliquid
aliud respondere, quàm quod in ~~primo~~ responso haberetur, fortassis
illius Mtas, ægrius meam protestationem ferret, Mtas sua posset eti:
am de multis protestari, qualiter, et quibus modis grauissime prouocata
hoc bellum contra Gallos gerat, et recensuit longam omniu reru histo:
riam, cuius copiam habeo. quodq etiam hoc tempore timerent, sicut
ab exploratoribus acceperunt, ne Galli cum omni eoru potentia, in

in Hispanias se conuerterent, cogeretur itaq Cesar, nunc suis rebus inten-
dere, vnde ad neminem aliu quam ad pont: pro sedandis ijs tumultib9,
et pro communi Christianoru principum concordia facienda, daretur
recursus, ex quo his Regnis, et toti Christianitati, certe suppetie fie-
ri possent, conclusitq, Si pontifici calcar inderetur, citius generalem
expeditionem, futuram. Ad que cum multa alia, tum hoc precipuu
respondi, quod ob quinquennales inducias a Pontifice propositas, et ad
illius postulata, Mtas vra, cum Sermo Hungarie Rege, pacem a
Turcis vltro oblatam reiecerit, et hanc calamitatem, et presentia di-
scrimina, in se et sua regna prouocauit, itaq parum leuaminis, spe-
rare hinc posset Mtas vra, vnde tot ceperit erumnas, Contritis tand
vtrinq longis logis, ad alios arlos descendimus, quod autem Cancella-
rius mihi dixerit, replicationes meas Cesari non legisse, aliud a quo-
dam, qui interfuit intellexi, quod non solum Cesari, sed in commoni con-
silio lecte sint, et multa desuper hinc inde dicta, cancellarioq commissu,
vt sic mecum loqueretur, ne fortassis in discessu publicam protestationem
facerem, que, hostes Ces: Mtis reddere posset animosiores, Mihi vi-
sum est q satis in hac protestatione fecerim, cum iam sciant, si quid de-
terius (quod Deus auertat) accideret, Mtem vram Serma omni cul-
pa carere, et id fecisse, quod potuit, et debuit. Que spectant negotiu
Prutenu, effeci tandem q scriberentur, non vt volebant commissiones,
sed littere adhortatorie ad omnes arbitros, quos in illis Mtas Ces. hor-
tatur, vt controuersiam hanc, iuxta continentiam, et tenorem articu-
loru, super inducijs, et arbitramento confectorum, ex vi compromissi,
componant et diffiniant, et ad hoc ~~diffiniendu~~ conficiend quantocius conueniant,
sicut ex copiis illaru abunde intelliget, De molíminibus domini magistri
per Theodericum de Schenberg practicatis, vt scripsi ex Anglia, res-
pondit mihi nomine Mtis Ces. magnus cancellarius, Stultus est habi-
tus, qui illa Cesari et Regi Anglie proposuit, et sicut ibidem nihil
effecit, sic etiam apud alios Reges et christianos principes nihil efficiet.
huiusmodi propositiones Mti Ces. nunqua placuerunt. Innititur eni
tractatibus per suos et alios oratores, in hac causa factis, et nihil aliud

illius Mtas cupit, quam quod eo modo componatur et terminetur, veluti ab ipso Caesare in vra expeditione audietis, haec cancellarius. Cum istis duabus ciuitatibus hic plures labores, et difficultates habeo. nam Mtas Ces: omnia ea quae imperium spectant, offitialibus ibidem commisit. responditq; dominus Cancellarius ad replicationem meam q Mtas Ces. non posset contra iuramentum imperio factum, quicquam hic decernere, vel ab imperio alienare, ~~alienare~~ quodq; non sine certa ratione, iam longo tempore, illae Ciuitates sint euocatae, vnde difficulter in hoc Mtas Ces: votis Serma Mtis vrae satisfacere posset. Scriberentur nihilominus litterae Regiminis imperii, et iuditio Camerae, q illae Ciuitates vltra debitum non euocari, neq; eis vllae solutiones, imponi deberent, et si in aliquo contra illas indebite processum esset, irritum fieret. Ad quae cum respondissem, illas prius, et a bannis imperialibus, et a modis quibuscunq; iuri Regni Poloniae noxiis, per diuum olim Maximilianum Caesarem fuisse absolutas, ideo etiam hoc tempore Mtas Ces: id commode facere posset, respondit, q super hoc negotio, quicquam hic certi fieri non esset possibile, cum ille articulus se non vlterius quam ad Bannum extendat, foret itaq; necessarium, vt in aliquo imperii conuentu latius interpretaretur, vbi Mtas Ces: pro mutua beniuolentia conseruanda, quicquid posset, pro Mte vra esset factura. quapropter mihi videretur, si huiusmodi litterae non futurae essent vtiles, copiae id indicabunt, commodius fore, vt quemadmodum iam tanto tempore omnes huiusmodi euocationes, et solutionum impositiones, superatae sunt silentio, nunc etiam fieret. quod consultius et ipsi Cancellario Ces: in primo responso visum est, Sic enim faciunt aliae Ciuitates, quae hoc modo etiam molestantur. Caeterum ad meam replicationem, super responso mihi dato, de haereditate Illmae dominae Ducis Barii, dixit magnus Cancellarius, nihil aegre, et graui animo Mtem Ces: ferre, nam hoc negotium adhuc esset in litis pendentia, vbi iure inter illum et fiscum Imperialem ageretur. et quod se solam in huiusmodi difficultates intrusisset mirabilibus etiam modis, habereturq; pro comperto, quod ante mortem inter Reginam Ioannam, et illius Item, quaedam fuerint,

inimicitiæ, sic etiam quod illi Regina mortua, iocalia, et alia, quæ ab ea in mutuum poscebat, pro ornanda Regina Ser:mæ Mtis vestræ, dare recusabat, et quod deinde hoc pacto pro liberis Frederici Regis, redijssent in graciam. Quod vero in responso hæc clausula esset posita, dominam Ducem videri, ob huiusmodi hæreditatis inscriptionem, ab obseruantia Mtis Ces: deuiasse, non alio modo Mtas Ces: inseri iussisset, quam quod Mtas vra, illius Jtem iustam querelæ causam non habere cognosceret. Hæc est summa omnium rerum, cum Mte Ces: et magno Cancellario per me acturum, quidquid cum cancellario egi, perinde, atque cum ipso Cæsare actum Mtas vra Ser:ma certo sciat. Nam Mtas Ces: me in omnibus ad illum remisit, et proprio ore germanice mihi dixit, der kanczler, wirt euch alles sagen, der wirt wissen, vnnd, vff, alles antwurt, geben, dem hab ich befolen, Cancellarius nunc gubernat omnia, cum his de quibus prius scripsi, Sunt hic labirenthææ practicæ, ex quibus et ipsi practicantes vt suspicor exitum reperire nequeunt, ita, quæ hic aguntur, intricata, contorta, et perplexa sunt omnia, De ijs quando me Deo bene fauente, vt spero breui Ser:ma Mtas vra disserentem audiet, non parum mirabitur hanc relationem meam in scriptis, tam diffuse nunc de omnibus per me actis, igitur Ser:mæ Mti vræ descripsi, quia iterum nauigandum est, Si forsan, quod adhuc creator meus prohibeat, mihi occluderetur reditus, vt nihilominus Ser:ma Mtas vra de omnibus certior fieret, emensus sum hoc mare semel, et quid possit, non sine periculo fieri periculum, eundum et misericordia Dei imploranda est, iterum eius fiat voluntas.

Ser:me Rex, et domine domine clemen:me Ex nouissimis meis Mtas vra Ser:ma intellexit, quo viatico huc appulerim, et quomodo Trecentos Ducatos, hic a Fuggarorum factore, pro vlteriore mea sustentatione, in mutuum acceperim. Sum nunc hic, in his Ser:mæ Mtis vræ actionibus, tribus mensibus, et licet omnium resolutionem rerum habeam, tamen nondum sum a Cæsare expeditus, qui nescio quid mihi adhuc singularibus creditiuis litteris, ad Ser:mam Mtem

vram committere decreuit. Litteras etiam passus, sine quibus nequa-
quam ex Hispania soluere possu, neqz alias expeditionem mea spectan
adhuc habeo. Et posta ista futura nocte est abitura, ideo tumultu-
ario calamo, quaecunqz potui, in hac temporis angustia his chartis in-
gessi, vnde cum meam absolutionem prope esse scio, posui iteru cum
sacculis meis calculu, in quibus vix centu ducatos reperi, cum autem
et equi mihi sunt emendi, et centu vra miliaria, vsqz in Coronia por-
tum, prope sanctum Jacobu, vbi commodius naues inueniuntur, sit
eundu, tamqz longum mihi iter, ad Ser.mam Mtem vram restet, im-
petraui ad meam fidem, ab isto hic fuggarou factore, quo sine
dedecore, ac rerum mearu summo detrimento redire, ad Ser.ma
Mtem vram valeam, ad priorem summa trecentoru adhuc ducentos
ducatos, cui chirographum meum desuper dedi, et me ea conditione
illi inscripsi, quod si Mtas vra Ser.ma pro hoc debito non intercede-
ret, ego illud cum omnibus quae mea esse possunt, et damnu, expen-
sas, atqz interesse soluerem, onus graue mihi imposui, sine quo ta-
men hinc nequaquam abire, et ad Ser.mam Mtem vram redire possu.
Ad hoc me, cum sim in tam longinquis regionibus sic derelictus. Et
cum in litteris Mtis vrae Ser.mae, nullam vlterioris prouisionis spem in-
ueniam, ipsa necessitas impulit, maloqz domi nihil habere, et nudus
manere, quam hic cum minima Ser.mae Mtis vrae ignominia videri.
quapropter humillime Ser.mae Mti vrae supplico, dignetur me clemen-
ter ab hoc onere soluere, fidemqz, et diligentem meam seruitutem,
cum tot perpessis, et iterum paciendis periculis, pro sua in omnes ae-
quitate, graciose perpendere, meiqz in hoc casu, et si se aliqua rerum
mutatio, post mortem Plocen offeret, dignam habere rationem. Ego ne-
qz omnia difficillima subire, neqz mori in Seruicio Ser.mae Mtis vestrae
vt fidelis subditus, et seruus graue puto. Reddita mihi hic sunt
ex Antuerpia, vna cum litteris Ser.mae Mtis vrae, Jodocii Decii lrae,
quas ad me, ex Wratislauia xxiiij. Nouembris scripserat, in quibus me
certum facit, quomodo post obitum Episcopi Plocen. Romae Ponti-
fex Episcopatu Cardinali Caietano contulisset, et ille sub pensione,

N

Caietanus
Plocen.
eps

mille ducatorum Joanni Alberto Marchioni cessisset. et quod Mtas vra Ser.ma Rm dominum Raphaelem de Lessno, episcopum Ploceu: et Rndum dominum Prepositum Posnanien. Premisliensem nominasset, vnde conicere potui hunc intrusum, nequaquam Mti vre Ser.ma, neqz Regni primoribus, et communi nobilitati, posse placere vnquam. videbaturqz mihi non inconueniens, licet nullam Mtis vre Ser.ma commissionem haberem, negotium hoc Mti Ces. exponere, vt propter futuras difficultates, et scismata, que hinc oriri possint, illius Mtas Ces. pontifici scriberet, ne se in iura Ser.ma Mtis vre, et regni eiusdem intromitteret, sed antequam ad Cesarem me contulissem, conueni prius cum magno Cancellario, cui omnia, que ad hoc negotium apta esse cognoui, exposui. ille ne hac in re Cesarem accederem, mihi consuluit, asserens Cesarem, nihil in his posse facere, cum ad eum non spectaret de rebus spiritualibus, preterea quod non libenter offenderet Marchiones, qui illi etiam essent sanguine iuncti, vt vnus semper esset in aula, sed potius Mtas vra Ser.ma cum pontifice desuper ageret, qui fortassis complaceret Mti vre, vt nouus Pont: in his Mti vre morem gereret. sic cum hac in re nihil mihi sit a Mte vra Ser.ma commissum, me continui, neqz quicquam replicare ausi, respondi tamen Cancellario in eternum non fore futurum, quod ille intrusus ex hoc episcopatu, vnquam habiturus esset vnum assem, et quod quemadmodum certum habeo Mtas vra Ser.ma, et Regnicole nunquam illum patientur, et si Pont: institutum non remitteret esset quiddam periculosius timendum, cum alias nobilitas Regni cum spiritualibus non bene conueniat, et Bohemos vicinos habeat. sic cum nihil aliud quam humeros ad ea attulisset Cancellarius discessum est.

iste hic marchio, obliquis me semper hircquis inspicit, facit mihi reuerentiam, et ego illi, sed mecum non loquitur. obseruatqz atqz obseruare facit per suos, omnes actiones meas diligentissime. et sicut mihi alio tempore dixerat Cancellarius, quesiuit ab eo Marchio, quid hic agerem, et num quid practicarem aliqua, que essent contra Magistrum illius fratrem, quod haberet commissionem ab illo, vt si quid contra eum ageretur, pro eo responderet, eumqz coram Mte Ces: tueretur. Retulit mihi Cancellarius illi respondisse. quod nihil hic vltra dignum et equum, a Mte Ces: pe:

terem. in quo se etiam M^tas Ces: vti dignum, et æquū est mihi in omnibus exhiberet, daretq operam, vt hæc controuersia, sic vt ab illius M^tis et aliis oratoribus confectum est determinaretur. habet hic pro se marchio secretarios fere omnes Germanos, non tamen rerū omniū hic per me actarū notitiam habere possunt, plurima quæ ego fortassis nunquam cogitauerim suspicantur, et illi quantum possunt, vt Marchiom placeant Gdanen et Elbingen negociū inficiunt. Dominus etiam comes de Nassau illo vtitur familiariter, vnde semel decreuerat, me habere in vno, vt hic vocant Banketo, postea ne Marchionem offenderet a proposito destitit, et mihi cum Lantgrauio de Lichtenberg hoc suū institutū significauit. Respondi ego quod non solū domino Marchioni, sed mihi etiam rem apprime gratam fecisset, cum me meo more domi prandere permisisset et q bene id prouidisset, ne illius D^m essem offendiculo, cum mallem placere et obsequi. Intelligo pœnituisse eum hoc mihi significasse. Habuerunt hic his dieb^9 cannarū et hastarū ludū, quorū ego neutrū vidi, fertur a quibusdam exclamatum fuisse, vt ad fontem rabidum, et ad Rhodum se conferrent, quæ a Turcis tunc intercepta fuisse dicebatur. Venerat ea nouitas, ex Lugduno Galliæ, omniūq animos perculit. nam si hoc verū fuisset, Siciliæ, Apuliæ, et presertim Italiæ proximū incumberet periculū. Jam hæc fama mutata est, Turcum dicunt retrocessisse, et in Constantinopoli quadam ægritudine laborare, sicut etiam de Rege Gallorum huc nunciatum est, cum a suis Gallis, hoc est morbo gallico grauiter infectum s^t dicitur, vt in ijs motibus solet, quod auditu placidum est. Istius Curiæ status in iis, vt prius scripsi defectibus versatur. bellatur atq egetur acriter.

X! Dixit mihi dominus Cancellarius q M^tas Ces: habere decreuerit Hispanorum xx peditum Germanorum electissimorū x. leuis, et grauis armaturæ vii millia equitū, preter exercitum Regis Angliæ, qui xxx millibus constare debebit, et preter exercitus ex Italia, et ex partibus inferioribus Germaniæ, istæ gentes omnes terra contra Gallos parantur. Mari etiam cum classe Hispana debent tria millia peditum conscribi, classis Anglicana, magnum exercitū habitura fertur, nullum tamen adhuc in hos futuros exercitus militem conscriptū hic scitur.

Practicatur pro pecuniis conquirendis modis geschwindissimis, quod non convenit, cum verbis Cancellarii, qui mihi superioribus diebus dixerat, quod multi sint qui loquantur Caesarem carere pecuniis, et ipse sciret illius Maiestatem abundare, habituramque brevi, et nunc si vellet quadraginta quatuor centena millia Ducatorum, et omnibus suis hostibus futuram terribilem, unde tanta pecuniarum summa venire debeat, aut ubi sit, nemo est qui scire, vel excogitare hic possit. Welseris debetur adhuc multum, Fuggari continue sollicitant, ut eis Ducentena millia Ducatorum soluantur. Agitur tamen iterum cum utrisque factoribus, ut ultra hoc, quod adhuc debetur, alia Ducentena millia Ducatorum, per cambium pro gentibus conscribendis in Germania in mutuum darentur, quod sicut ab illis intellexi, nisi primum debitum, et interesse solutum fuerit, operam et oleum perdet. factus est nihilominus aliis conditionibus modus, quo pro conscribendis Germanis peditibus, qui huc in xviij navibus ferri debent, in Germania Ducenta millia Ducatorum mittentur; habitisque ijs gentibus, recta Caesar, cum omni sua potentia, ex Perpiniano Gallias aliquot itineribus ingressurus creditur.

Pontifex etiam daturus est cruciatam Caesari, quae in presentia emptoribus exponitur, ut nunc parata pecunia comparentur. Hic in Aula nuda paupertas passim vagatur, multis et fere omnibus, in quindecim Mensibus est solutum nihil, vivitur tamen, sed diversis adminiculis, quidam parasitationibus, quidam ludis, plerique ex Luparum quaestu, aliisque etiam ad dicendum inhonestis modis, omnia sunt impignorata. Diciturque quod in tribus annis proventibus suis Caesar non utetur, non parum est coactus illis impendere, qui furiam Communitatum hic represserunt, et in nihilum redegerunt, fuit profecto nisi huc oportune illius Maiestas advenisset, de tota Hispania perdenda periculum, quod Gallorum practica construxerat. Rex Galliae se continet, et nullo strepitu parat se in Italiam, pro Mediolano, et Genua recuperandis, praeter suas gentes, quas fortassis Regi Angliae opponet, habiturus est, ut ab exploratoribus nunciatur xl millia Helvetiorum. ex ista nondum intelligo quod quicquam timere debeant Galli, cum hic aeris non parum simus indigi,

licet spem vultu simulemus, sine pecuniis, istis hic Regibus nemo seruit.
Misit iterum superioribus diebus Ces: M^tas Doctorem Brantner paulo ante naufragu, ad auocandu a Gallis Heluecios, dederat ei denuo collega, qui ex equo fracto crure huc rediit, prior, vt scripsi Raphael de medicis naufragio periit, missus illi est tercius / quid sine neruo bellico efficient. cum Heluecioru mores, nemini sunt incogniti, facilis est coniectura / Beltatur, ex vaticiniis, et in illa confiditur, precipue per magnu Cancellariu, qui aliquoties ad tabulam de illis gloriatus est, fertur quidam heremita prope Constantinopolim ante multos annos, illam edidisse, quoru initiu est, Surge vespertilio, surge, surge, illa huic Cesari tribuit et ascribit. Continentur, inter multa alia, haec verba, omnes tiramos, et tres Reges tui sanguinis humiliabis. qua postquam pro oraculo protulisset Cancellarius, non contentus fortassis de replicatione a me facta, voluit videri me pupugisse, Retuli ego, me etiam alia legisse, et fortassis eiusdem vatis, vbi asserit futurum, immensam quandam gentiu congeriem ex Arctois plagis, vsq ad Rhenu penetraturam, quemadmodu olim Vandalos, qui linguae sunt Sclauonicae, et Gothos fecisse constat. Sunt hic tot, in tanti principis Aula ineptiae, quae crebro videntur, et audiuntur q non facile omnes scribi possunt, si deberem de somniis, si de ijs quae a superstitiosissimis hic monachis, per reuelationes in contionibus dicta sunt, et pro oraculis habentur, scribere viderer non eplam, sed nouam quandam rerum, et hominu Methamorphosim contexere. quid de vitulis in monachorum habitu natis: de quibus, si eas fabulas, et allegorias quae hic dicuntur, coner annotare, dies me deficeret.
De Pontifice huc scribitur, q Cardinales, et Curtesani, non tam illius probitatem mirentur, quam detestantur. quodq nouas aliquas creaturas, hoc est Car^les crearit, necessariu etiam fore, vt nouu mundum creet, qui tot creaturas alat. fertur Gallorum Regi si Italia petet inimicitias denunctiasse, alias cum Gallis Pont: hic bene conuenire creditur, feruntur etiam quidam versus. Papa senex, et Caesar inops, Flemingus vterq &c. nemo vnquam in vrbe placuit omnibus. ....

Cæsar hic fere quottidie venatur, amat, noctu interdum vt iuuenis cum musi: ca deambulat, prægnantes facit, crebro etiam consiliis interest, quæ varia sunt, Alia sunt, quæ Sicophantias, hic vocant finantias, pro con: quirendis peccuniis struunt, sunt alia, quæ de Regnis, et dominiis Cæ: saris curam gerunt, item alia, quæ nauigationem, et classem ad Indos, et ad istum nouum mundum, pro auro, et aromatibus parant, et iterum alia, quæ nihil aliud, quam rem bellicam tractant. Consultatur semper, tamen a plurimis acutioribus, in tot consiliis, nullum videtur consiliu, quo huic optimo iuueni principi bene consuleretur. ✗

Rex Galliæ, sicut mihi a Welserorum factore, nunc inter scribend narratum est, grauiter morbo suo, et cum vitæ periculo, certo labo: rare dicitur, quodq tractauerit, quædam matrimonia, cum Rege Por: tugaliæ, inter illius sorores, et Delphinu, atq alios Galliæ principes.

Rex Angliæ, contendit cum Luthero, ad hoc opusculu, q tam impu: denter fraterculus in eum scripsit, tantus Rex non dedignabitur rescribere. q fortassis plus ignominiæ, quam decoris dignitati Regiæ pariet, Fertur quod cum omni sua potentia contra Gallos, post Pascæ: tis festa sit iturus. habetur tamen Car.lis Eboracen, vt a Cancellario intellexi, quod Gallorum partibus fauere debeat, suspectus, nusquam tuta fides. De Mte vra Serma hic etiam noua habemus, quæ Cæsari et hic omnibus summe placent. Lectæ sunt litteræ ex Aula Principis, Ferdinandi in consilio publico, in quibus scribitur Mtem vram, cum ma: gno Moscouiæ duce, ligam contra Turcos, et Tartaros iniuisse, et ab v: trisq, contra illos delectus, et exercitus fieri, videntur sibi hic ma: gna mole leuatos, dum in nostris partibus recte agitur. Lutherus ✗

Rex Portugaliæ, hic adhuc suu habet oratorem, cui iterum res ad vo: ta non vadunt, cum hic manere cupiebat, discessus eius gratus fuisset, cum vero paulo ante discedere parabat retentus est, alii dicunt a Cæsa: re arestatus, ne quopiam abeat. nescio quid iterum hic de Leonora rumor sparsit, ex primigno grauidam. Æstimatur hic certo futuru, quod si Gal: li superabuntur vnum Regnum Portugalia cum Hispania fieri, cum alias Lusitania, pars sit Hispaniæ, in q lingua habitu, et moribus,

gentium parum distent. De Rege Daciæ M^tas V^ra Ser^ma certio-
ra, vt opinor noua habet, cum sit proximior. Scribitur tamen huc
q vandale ciuitates de Hense, et Suerli, illi quatuor naues maiores
et 60 paruas abstulissent, quas cum commeatu ad opitulandu Sto-
helm misisset, et quod postea Ciuitates istæ colligatæ Stocholm cæpe-
rint male audit hic apud omnes.
De Joanne Marchione Brandenburgen. ea quæ dudum hic habetur esti-
matio, sine Cæsare illi hic esse non satis securum a plurimis cre-
ditur, non omnibus Hispanis placet, ideo nullum hic gubernamen illi
committitur, vxor eius quædam Regina de Regno Valenciæ nomine
Cæsaris disponit, et catenus bene habet, et diues est, quatenus Reginæ
ad votum seruit, et quantum iussit anhelet, ex illius viuit manibus.
Rumor de illo in Germania emissus est quod hic multa centena
millia habeat, cui welserorum, et Fuggarorum, factores sciunt contra-
riu, accepit pauloante me inuitatus, ab illo, a quo ego quingentos Duca-
tos in mutuu, quos ad certum tempus soluere promisit, timetur tamen,
quod vix ad statutum satisfacere poterit, male enim habitus est a Regi-
na, quod aliquot centum Ducatos ludendo amiserit, vtitur eo Cæsar in
venationibus, hastiludiis, et aliis iocis militaribus, ad quos illum Hispha-
ni admittunt, in consiliis opera eius non indiget.
Scripsit mihi Doctor Michael Sanderi, ex Londino Angliæ, quod Theo-
dericus de Schonberg, Sic^ut constituerat, in Angliam non rediit, sed ex
Scocia in naui Ducis Albaniæ, ad Daciam traiecisset, ex quo coniectatur,
quod apud Scotos gratiorem, quam apud Anglos audientiam habuisset.
De Frederici olim Regis Neapolitani filio, quem titulotenus Ducem Ca-
labriæ nuncupant, de quo prius scripsi, quanta hic pompa e carcere li-
beratus, ingressus sit, nihil adhuc eo dignum constitutu est. Dantur
ei, quolibet Mense, pro sustentatione, mille Ducati, ijs pro Regno viue-
re contentus cogitur / de Episcopatu, vt ante scripsi nihil adhuc au-
ditur. Venerunt huc his diebus, ex Regno Neapolitano Marchio Pi-
scariæ, et Ducis Mediolani nuper impositi, oratores, qui agunt, vt
contra vim et potentiam Gallorum Regis, validior exercitus, in

illis partibus haberi possit, Castrum Mediolanen est adhuc in ~~illorum~~ Gallorum manibus, timetur ergo, si hoc anno Galli Italiam intrauerint, omnia amissa recuperaturos. De Rhodianis varia, huc scribuntur, litterae ex Genua habent, quod nunc acrius quam ante vnquam a Turcis oppugnatur. quae ex vrbe huc pridie venerunt, dicuntque de Rhodianis bonam spem haberi, et quod se acriter cum magno Turcarum detrimento defendant. exiuerunt etiam tandem, ex Messana Siciliae octo naues bene armatae, et commeatu referte. quas Cont: et Caesar, illis misit in subsidium. In Hollandia fertur Rhenus fecisse diluuium. Patriamque Cont: Vtricht pene submersam, et quandam Hollandiae partem ab aquarum inundatione destructam. habetur hic iterum magna spes de Heluecijs, quod Caesaris partes sequi debeant. Scitur enim quod Rex Galliae, nullos certos Tractatus cum illis fecerit, qui vero rem altius considerant, dicunt igitur, nihil cum Heluecijs Regem Galliae conclusisse, quia fontis rabidi exitum praestolabatur, cum vero nunc ab ista parte securus sit, et res suas ibidem firmauerit, facile poterit illos si erunt pecuniae, in suam sententiam pellicere. Tractatur etiam miris modis cum Venetis, qui dicuntur, quod Caesari ea pacta offerant, quae cum Gallorum Rege habuerunt, sed Caesar magnam pecuniarum summam ab illis postulat, in hocque haec res haereat, videntur omnia cunctando agere, si fortassis, quem isti nunc bellici tumultus, euentum habituri sint, possint prospicere. nectebant igitur moras, vt a practicis consideratur, cum Caesare solo super ijs rebus agere, non fore integrum, nisi etiam plenum mandatum illius M^tis fratris Principis Ferdinandi accederet. quamobrem Imper duos suos oratores, ad Venetos ipse princeps misisse dicitur. Sunt hoc tempore inter sacrum, et saxum, Si deserent Gallos, et Galli postea commodis conditionibus cum Caesare pacem fecerint. omnia in illorum capita redundabunt. quod si etiam cum Gallis perseuerauerint, et Caesar victor euaserit, pro Italia totum hoc bellum geritur, sine dubio res Venetae extenuabuntur. Equo Seiano insident. Cum oratore ~~Veietano~~ Veneto hic etiam fiunt practicae, pro ista nauigatione, noui mundi, et ostenditur illi maior, quam ante beniuolentia, sed totum hoc fit, vt his temporibus a Gallis illos abstrahant, habent

etiam suas ~~consultationes~~ considerationes Veneti . Magna moliuntur in hac Aula, confi:
si fortassis, vt scripsi vaticiniis, quomodo tamen ea, sine belli neruo
succedere debeant, nisi Juppiter in imbre aureo descenderet, multi sunt
qui dubitant . | Regem Scociæ omiseram, dicitur contra illas fa:
bulas, quas ex Memoria Angliæ scripsi, quod Scoti, qui cum Gallis iā
a multis annis semper habuerunt fædera, coegerunt magnam suarum
partiū multitudinem hominū, habentq stationes suas, non procul abo:
ris Angliæ, expectantes commoditatem, vel Angliam inuadendi, vel
Anglos, ne ad Gallias se conferant, domi retinendi, vnde Rex Angliæ
xxx Millia, quibus tendebat in Franciam, illis opposuit, et classem suā
in qua x millia habere fertur, in Scociam ab illa parte mari transmisit
vt illos ex stationibus, ad opitulandum partibus remocioribus auocet.
Rex Galliæ, nondum est ab omnibus desertus, Portugaliæ, Scociæ, et
Daciæ Reges amicos, et adiutores certo scitur habere. | Ad Cæsarem mi:
hi redeundū est; illius Mtas aliquot ordinū, qui hic sunt plures, Commen:
das, et aliquot pociores Episcopatus vsurpauit, illorumq prouentus in
suū ærariū congerit, non possum tamen adhuc absolui. Agitur enim,
prout mihi cancellarius heri magno quodam cum gaudio dixit, vt eū quo:
dam munere me dimittant, quod iam tot diebus inueniri nequit. non
moueant Ser.mam Mtem vram disputationes meæ, cum magno Cancellario
toties habitæ, et quod non semper bene cum eo conuenerim, tractatus,
et res agendæ id exigebant, estq istius Aulæ hæc conditio, vt cum ne:
gotia in actiones veniant, non secus quam merces in foro tractentur.
et cum ille me iampridem noscit, et me quadam singulari, vt expertus
sum semper beniuolentia prosequitur; magis ingenue cum illo de omni:
bus, et scriptis, et verbis precipue, egi, habitusq sum ei, vt reor, hinc
charior, nam nihil a me magis exigit, quam quod sim crebro, cum eo
in prandio, sitq, presertim dum quid agendū incumbit. neq potest in
tot illius occupationibus commodius conueniendi, et cum eo colloquendi,
quam facto prandio tempus haberi. Cognoui certe, quantū in illius esset
potestate, et quantum illi licet. quod libenter Ser.mæ Mti vræ seruiret,
| In istarū Ciuitatū negotio, obrutus ab istis hic germanis, non potuit

non potuit aliud facere; si omnes disceptationes inter me et illum deberent
scribi, maius volumen conficeretur. vereor, ne in hoc paruo (nam modu
Epistolæ transgressus sum) Ser.ma Mtas vra, licet mihi sic iniunxerit
offendatur. De aliis, quæ longiorem scriptionem deposcerent, deo bene
fauente coram latius, spero propediem, ex hoc ergastulo manumitti,
et in primis hinc ad sanctum Jacobum, (in itinere est) me conferre, inde
deo duce in Coronia nauem ascendere, viamq priorem remetiri versus
Antuerpiam, et iuxta Mtis vræ Ser.mæ mandatum, ad ducem Georgi-
um Saxoniæ, tandem, quantum possum celerius, quod a deo opt: Max:
continuis preculis flagito, Mtem vram Ser.mam, saluam, incolumem
et fælicem videre, illiusq manus, sicut in huius patriæ more positum est
supliciter exosculari / Ser.mæ Mti vræ me humillime, vt domino meo cle:
men.mo commendo, et supplico, dignetur has meas longiores ineptias, ex:
temporario calamo, et vt dicitur quidquid in buccam, conscriptas non
ægreferre, mearumq necessitatum, ac longæ, atq fidelis meæ seruitutis,
clementem aliquando habere rationem. Et si ego, ex hoc Ser.mæ Mtis
vræ seruitio, non rediero quod in Deo meo situm est, cui me totum com:
misi, non dedignetur pro sua in omnes æquitate, pauperibus parentibus,
qui me ad hoc seruitiu Ser.mæ Mtis vræ genuerunt fratri (alterum hic me:
cum habeo) et sororibus meis aliquam gratiam facere, viuus et mortu:
us sum humillimus, et fidelis subditus, et seruus Mtis vræ Ser.mæ.
quam Deus optimus Max: incolumem in longæua ætate, et in omniu reru
prosperitate, semper fælicem conseruet. Datu ex Valdolit villa, vt hic
vocant Regni Castiliæ xx v. Februarii. Anno dni M° D° xx iiij°.

Ioannes dantiscus orator Petro Tomicio
Episcopo Posnaniensi Vicecancellario

Reuerendissime in Christo pater, et domine domine grome. Post humillimam seruitiorum meorum commendationem. Accepi vna cum Mtis Regiæ litteras dnis vræ Rmæ vilnæ xx Septembris datas, ex quibus intellexi, meas ex noua ciuitate Austriæ, et alteras ex Nuruberga missas, tempestiue fuisse redditas, et quod ea, quæ apud Ser.mum Archiducem Austriæ, et Rm dominum Cardinalem Salczburgen. egerim Ser.mæ Mti Regiæ, et dni vræ Rmæ accepta fuerint, quanto me hoc gaudio affecerit scribi nequit. Praeterea quod Tartari de quorum aduentu adhuc ante meam a Mte Regia expeditionem, rumor fuit, non audebant progredi, sed in suis stationibus se continere cogebantur, et nullas in terras nostras incursiones fecerint, quemadmodum hic fabulabantur, mirum in modum me exhilarauit, timebam enim, cum magis non habeam, ne in sacello, mihi a dne vra Rma impetrato, damnum fieret, neque abs re, hoc namque mihi, et Regnum, et Imperium est. Summe mihi etiam placuit, quod induciæ quas prius Cæsar diuæ memoriæ, multis legationibus, et labore, cum Moscis facere non potuit, ad quinquennium, nullo externo principe interueniente, sint confectæ. Contulique me subinde ad Mtem Ces. et in primis Mtis Regiæ litteras, de quibus, ne iota quidem mihi scriptum fuerat reddidi, hasque nouitates, modis quibus in rem nram potui commodioribus exposui. refricui etiam omnes difficultates priores, et operas diui olim Max. Cæsaris, ad bellum cum Moscis componendum frustra habitas, et quod tandem metu adducti, per exercitum, quem Mtem R. in Lituania habuisse, hic gloriabar, inducias vltro quesiuerint. Fuit hæc nouitas Mti Ces. et omnibus grata. Fecique inter alia iterum pro concordia Christiana ineunda, quandam adhortationem, nam per speculum (confiteor industriam,

vt dicatur
non conuenit falsitas) ex alio latere, hoc Mtem R. in suis litteris flagitare co-
gnoueram, fuitque id multum expeditioni meæ oportunum, vtpote, cum legatio-
ne mea conueniens, sicut in responso, ad illas, quod mecum est liquido appare-
bit. Recensui etiam omnia, quæ ab infidelibus, et presertim Tartaris, cum
preter spem terras nostras ingrediuntur, fieri solent. quid desuper responsum
et quid hinc sperandum, abunde ex meis ad Mtem R. intelliget, cui non
amplius litteras, sed sicut mihi d. vestra R. iniungit, ingens volumen scripsi,
timeoque ne d. vestra Rma, tam longas meas ineptias legendo tædio afficiatur,
feci, quod mandatum est, et vt Sermа Mtas Regia, omnes actiones me-
as hic habitas, etiam quod Deus auertat me perdito scire posset, conges-
si cuncta, quæ hic tractaui, et quæ mihi responsa sunt, non secus ac si co-
ram de singulis relationem facerem. Cum autem interdum dum pauca
scribuntur, omnia placere nequeant, vereor, ne cum tam multa, etiam
de rebus minimis exarauerim, multa inueniantur, quæ displiceant, ea tamen
omnia singulari gratiæ erga me, et incomparabili prudentiæ, d. vestræ
Rmæ commisi, hoc quod potui fortassis, non quod debui feci, videor mi-
hi nihilominus, si quicquam est, quod in tam longis logis non satisfa-
ciat, non indignus venia, cum id, quod rudi hac mea ratione compre-
hendere potui, egerim. Nunc nihil restat aliud, quàm quod has, cum
primis sequar, sollicito reliquum expeditionis meæ continue, et cum
quadam aliquando importunitate, nescio tamen, quando ex hoc La-
birintho absoluar. Non est hic ea, quæ apud nos consuetudo, quod ora-
tor dicta legatione, et accepto responso statim abeat, si quis hic vult
habere responsum, sine responso, hoc modo agere possit. responsa mihi hic
data, non omnia placuerunt, neque rebus in quibus missus sum conueniebant,
fuerunt etiam in tractatibus non semel variata, donec mihi rectam metam
attingere videbantur. Egi igitur hic, non oratorem, sed pocius rabulam, vel ali-
cuius litigiosi fori procuratorem, quod vero ego expeditionem hic meam,
non vltro protraxerim, potest testari viaticum quod huc mecum aduexi, quale
id fuerit ex nouissimis accepit. quare hinc, non nisi grauiter obæratus disce-
dere possum, cum nullam, in litteris Regiis, vlterioris promissionis spem in-
uenerim, et in futuris sperem, et desperem, sic mihi est in fatis. Quapropter

D. vrae Rmae humiliter supplico, dignetur huius mei exilii rationem habere, et apud Mtem R. efficere, vt fides mea, a Fuggaris redimatur, nisi mihi vetus. cum illis fuisset notitia, qualis hic fuissem arator, et quid expediuissem facile poterit coniectari; quam etiam libenter hic in iis sordibus tamdiu immorauerim, et quas hic voluptates habuerim. Deo meo notum est, qui si mihi (vt spero) dederit hanc graciam, vt aliquando redire possim paucis contentus deinceps, si possibile est, me continebo, gaudebo minus, et minus dolebo. quaeso d. vra Rma, non grauate hoc quod conqueror ferat, cum ego id quod grauius est, paciencia vinco, ea paciencia, si non puderet, qua interdum, et nunc, vix mihi a lachrimis tempero. non est leue negotium, quod octingentis miliar nostris, a domino meo desertus porto, et sic vlterius portabo. Deo opt. Max. fauente, quod neque Sermo domino meo, neque mihi futurum sit nisi honestum, si etiam domi Irus, vel Iob aliquis reputari, vel irrideri debeam, Sed de his iterum satis. quae hic aguntur satis vt aestimo copiose, Sermae Mti R. descripsi, hoc tamen obiter addam, nihil hic esse quod certam aliquam spem rebus Christianis sic inclinatis ferre possit, cum omnia istis bellis sic sint perplexa, et omnia quibus contra infideles aliquid agi deberet, huiusmodi intestinis turbis, vsque ad ossa sic absumantur, quod vix vnquam, vel adminiculum aliquod, si etiam nunc pereundum esset sit sperandum Admisit hoc Regnum Caesari visa tanta egestate, qua premitur, quod possit terras et bona a regno perpetuo vendere, quae de reditibus annuis xxv. millia ducatorum habere feruntur, vt ambitioni satisfieret. Quae se postea offerent, antequam hinc vadam, vt Serma Mtas R. de omnibus certior reddatur, iterum scribam, et curabo, vt post meum abitum, cum primis postis mittantur. Comendo me humillime d. vrae Rmae, illique suppliciter supplico, vt in ista statuum apud nos permutatione. si quid meritis meis conueniens videbitur, mei non obliuiscatur, habitura me seruum perpetuum, et mancipium, Deus omnipotens efficiat, vt d. vram Rmam, in eo statu breui videam, quem illi sedulo ex corde precari soleo. Datum ex Valdolit xxv. Februarii Anno Mo Do xx iiijo

Copia articulorum magno Cancellario per Ioannem Dantiscum Exhibitorum

Primum et potissimum negotium, in quo me Ser.mus dominus meus Poloniæ Rex, etc. Ad sacr.mam M.tem Ces: misit, vt multa in compendium conferam, hoc est, quod Ser.mus dominus meus attenta publica calamitate, quæ hoc tempore, magis quam prius vnquam orbi Christiano ab infidelibus instare videtur, omni quo potest studio M.tem Ces: vt summum christianitatis principem, rogat vt illi, et nepoti suo Ser.mæ Hungariæ Regi contra vim et potentiam Turcarum et Tartarorum imperatoris ferret suppetias, et quod concordia cum hostibus suis inita, M.tas Ces: illos atque alios Christianos principes, ad extinguendum hoc commune incendium excitaret, habens rationem apertorum discriminum, in quibus ea Regna et dominia versantur. quemadmodum satis abunde, a me, vt reor expositum est. Itaque a M.te Ces: summopere peto, dignetur me in hoc necessario primo et principali articulo, plane resoluere, cuius desuper illius M.tas mentis sit, et quando, atque quales suppetias Ser.mus dominus meus certo sperare debeat. nam nisi maturius rebus nostris sic non parum inclinatis subueniatur, timendum erit, (quod tamen deus auertat) ne funditus corruant.

Secundum in priuato, nomine Ser.mi domini mei expositum est. Sic habet. quod Ser.mus dominus meus, ad postulata Ces: M.tis, arma sua in hoc bello contra dominum Magistrum gestum, ad quod ab illo multifariam grauibus iniuriis, et indignissimis modis fuerat lacessitus, deposuit, et in illius M.tem, in absentia vero in Ser.mum Ferdinandum Austriæ archiducem, cum aliis adiunctis principibus compromisit, quare M.tem Ces: rogat, velit efficere, vt huic Tragediæ, ex vi compromissi finis imponeretur.

Rogo itaq; vt in ijs a Sacr.ma Mte Ces: omnimode fierem certior, quid de super decreuerit, et quem animu illius Mtas habeat, ad noua illa molimina, domini Magistri, qui per nunctiu suu in Gallia compromissum factum rei: ciendo, suppetias ab illius Mte Ces: et a Ser.mo Rege Angliæ, ab alijsq; Re: gibus, et Principibus christianis, contra Ser.mu dominu meum summis conatibus quesiuit, cupiensq; compromissum infringere, et nouu bellum excitare. Mtem Ces: vt sanguinis necessitudine iunctam Ser.mo domino meo, suspectum esse arbitru, coram Rege Angliæ asseruit.

Tertiu, quod Ser.mus dominus meus, miserit per me Cæs: Mti auctenti: cum transsumptum inscriptionis Viennæ factæ, innitens huic promisso, quod mihi Mtas Ces: ante quatuor annos Barchinonæ fecit, vbi pollici: ta est, non solum ea seruare, quæ inter diuu olim Maximilianu Impera: torem, et Ser.mum dominum meu fuerant inscripta, verum etia au: gere. et quia illius Mtas diuæ Memoriæ, se, et suos nepotes, in eadem inscriptione obligauit. et precipue pro arctiori beniuolentia, et mutuo amore conseruando, quo Ser.mus dominus meus, Sacr.ma Mtem Ces: et domum Austriæ prosequitur, vtq; ille continue maius capiat incremen: tum, petit idem Ser.mus dominus meus, huiusmodi inscripcionem confir: mari. in cuius recompensam, seu reciprocationem, illius Mtas Regia omnia ea, quæ ibidem Viennæ, prolocuta facta et conclusa sunt, vt fecit ab initio electionis Ces: Mtis hactenus firmiter seruabit.

Quartum, rogauit per me Ser.mus dominus meus Mtem Ces: quod velit efficere, vt ciues Gdanen, et Elbingen, ipsius Ser.mi domini mei subditi non euocarentur ad cameram Imperialem, et quod nulæ eis imponerentur solutiones, Cum Ser.mo domino meo, et nulli alteri sint subiecti. quodq; Mtas Ces: mandaret serio Judicio cameræ, vt ab huiusmodi executione so: lutionu, quibus prædictos subditos Ser.mi domini mei, prius et nouissime taxarunt desisteret. Darenturq; litteræ, quibus se præfati Ser.mi domini mei subditi ab huiusmodi euocationibus et taxationibus tueri possent.

Quintum, et vltimum. Ser.mus dominus meus Mtem Caesaream per me ro=gauit, vt cum Ill.ma domina Duce Mediolani in iudiciu non subiret, sed haben rationem affinitatis, et officii in se Ser.mi domini mei, ipsi Ill.mae dominae Duci absq iuris actione, graciam de sua mera benignitate exhiberet. Quod si sine strepitu, iuris haec haereditas determinari non possit, rogaui Ser.mi domini mei nouam prouisionem, ad viceregem, et consiliu Neapolitanu, cu=ius copiam exhibui, vt ibidem, et non in Sicilia, vltra pharu transigere=tur. Cum prius in possessorio res sit non in Sicilia, sed in Aula Mtis Caesareae confecta, quod Ser.mus dominus meus pari gratificatione, in omnibus quibus poterit, Sacr.mae Ces. Mti referre curabit.

Responsum, nomine Mtis Ces. per Magnu Cancellariu in scriptis datu.

Ad primum ar.lum, respondetur, q Ces. Mtas nihil acerbius, aut durius, audire potuisset, quam hostes orthodoxae fidei, Turcas, et Tartaros, Christianorum ceruicibus, tam saeue ac petulanter imminere. quod tanto magis, aegreferendum censet, dum id conspicit attentatu eo tempore, quo sua Mtas sine culpa, a Gallorw Rege impetita, inuasa, ac prouocata sua tueri, ac iniurias illatas propulsare coacta extitit, et ad sedandos Hispanorw tumultus, ad haec sua Regna componenda, personaliter transire compulsa est, quamuis sua Mtas, nolens Christianae reipublicae deesse, prius quam ex Gallia Belgica, ad haec sua Regna tran=siret, ne videretur christianae religioni terga vertere, con~~s~~(sen)serit illud impe=riale subsidiu, quod ad coronationem suam, ac ad imperii reintegrationem, ex conclusione Vormacen dietae fuerat destinatu, conuerteretur in propul=sandis christianae religionis hostibus, eorumq conatibus repellendis. po=tissime, ad conseruanda Regna illa limitropha, quae potius in propria persona, si fas fuisset ~~perseuerare~~ preseruare nixus est, qui ad eam infideliu expedi=tionem suapte natura inclinatur, ac summe procliuus existit, vrgente ad id fide, religione dignitatis praerogatiua, ac sanguinis vinculo. Pacem autem sua Mtas Ces: semper inter christianos seruare studuit, etsi toties a Gallis violata extiterit, qui nunquam quiescere didicerunt. Vederitq

Deus opt: Max: prosperos suæ Ces: Mti successus, iustitiæ suæ apertissimos testes, nunquam tamen sua Mtas, æquas pacis conditiones respuit. verū postquam Anglico Regi tam arcto vinculo iunctus extitit, vt vnus sine altero, pacem, seu inducias cum ipsis Gallis inire nequeat, nequaquam paci, seu induciis patet aditus, nisi conditiones afferantur, quæ tam Cæsari, quam Anglo satisfaciant, quæ si in mediū adducantur, taliaq[ue] proponantur, quibus Christianorū armis vnitis, in hostes fidei conuerti possint, cognoscet vniuersus orbis, Cæsarem, et Anglicū Regem, vtrosq[ue] fidei defensores, nihil aspernaturos, quod Christianos principes deceat, Et cum summus Pontifex, id negociū pacis componendæ, amplexus fuerit, qui et reliquos principes, ad occurrendum huic communi periculo, tanquam verus pastor potest conuocare, ad eum recurrendū erit, nec potest sua Mtas Ces: in hoc articulo, quicquā certius polliceri.

Ad secundum articulum respondetur, q[uod] Mtas Ces: semper appeciit, vt hæc controuersia, ob sanguinis necessitudinem, amicabili compositione sedaretur, in qua re, cum per absentiam, personaliter, vt cupiebat, intendere nequiuerit, subrogauit in suæ Mtis locum, Ser:mum Ferdinandum, eius fratrem Infantem Hispaniarū. Cui ac cæteris iterum scribet, ac adhortabitur, quatenus omni studio, ac diligentia, ipsam controuersiam, amicabiliter componere studeant, et negotio debitum finem imponant.

Ad tertiū Articulum respondetur, quod cum ille tractatus sit reciprocus, et vltro citroq[ue] obligatorius, non esset congruū, vt ab vna dumtaxat parte fieret approbatio, seu confirmatio, sed essent eodem contextu excipiendæ litteræ ratificatoriæ, et confirmatoriæ, quod nunc fieri non potest, cum orator ipse, nec mandatum ad ea concedenda, nec litteras reciprocas a suo Rege habere profiteatur, vnde, vt tutius res geratur, et æqua lance procedat, mittet sua Ces. Mtas mandatū Ser:mo Infanti, ad tractandū, et concludendum eodem contextu, de ipsius fœderis confirmatione, dandumq[ue] litteras reciprocas hinc inde.

Ad quartū respondetur, q[uod] Mtas ipsa Ces: mandabit regimini Imperii, et

iudicio cameræ, ne Ciuitates de quibus supplicatur, vltra suorũ priuilegio=
rum formam, ac vltra solitum et consuetum, molestent et impetant, aut
ab eorum ciuibus subsidia insolita, quouis modo exigant, et quod super
ijs fiant litteræ in forma.

Ad quintum et vltimũ articulũ. respondetur, quod Illr Ducissa, nullam
habuit, nec habet iustam causam querelæ, quandoquidem sua Mtas Ces.
semper prouiderit, et mandauerit, vt iustitia suo tramite procederet, ipsa=
q; Illr Ducissa, iudiciũ cum fisco suæ Mtis, non coacta, sed vltro ac spon=
te subiecerit, ante cuius decisionem discerni non posset, an liberalitate, an
iniuria Cæsar vteretur, si quid minus offerret quàm petatur. Vnde prius dis=
cutiendũ videtur, an iusta, vel iniusta fuerit, ipsius Illr Ducissæ petitio,
quod eo magis nunc expedire videtur. Cum suæ Ces. Mti innotuerit ean=
dem Illustrem Ducissam, non aliter hæredem institutam, a Ser.ma Regi=
na Ioanna, nisi, vt hæreditatem ipsam, liberis quondam Regis Frederici
restitueret, quod tum scripto, tum testibus optime comparabatur. ita
vt de tacito fidei commisso, liquidissime constet. Cuius ratione non solũ
ipsa Illr Ducissa, ab actione per eam intentata excluditur. verũ eti=
am a debita in ipsum Cæsarem obseruantia deuiasse videretur. qua=
propter, non conuenit huic liti aliter finem imponi, quàm per veros
iuris tramites.

Replicationes meæ super responso.

Ad primi articuli responsum, vbi pro suppetiis, et pro concordia Christiano=
rum principum, ad pontificem ostenditur recursus. replicatur q; Ser.mus
dominus meus. Poloniæ Rex. de generali expeditione, et auxilio, sibi et
Ser.mo nepoti suo Hungariæ Regi faciendo, sub isto recursu paruam spem con=
cipiet, Si enĩ Turci et Tartari censuras timerent, posset aliquid ponti=
fex, cum autem non nisi armis, illos ex finibus Christianorũ abigi sit possibi=
le, merito Ser.mus dominus meus ad Mtem Ces: vt summũ orbis Christi=
ani principem confugit. vnde, si se quicquam periculosius, (quod Deus
omen auertat) offeret: Cum Ser.mus dominus meus omni quo potuit
studio subsidiũ quæsiuerit et flagitauerit. Protestor id me Ser.mi

domini mei nomine prædixisse, illiusq Regiam Mtem omni culpa carere, quo id faciat, quod possit,

In secundo Ar.lo, bene sum resolutus, modo nulla in istare auctoritate jmperatoria, ad arbitros fiat commissio, nisi quod hoc negotiu sic tractetur, vt in articulis induciaru plane est positu. De nouis vero molimimibus, domini Magistri Prussiæ, in Anglia factis, si placeant, vel displiceant, Mti Ces. nihil mihi est responsu.

Ad Tercii articuli responsum, licet de ista confirmatione nullum speciale habeam mandatum, tamen propter difficultates vitandas, quæ in tractatibus hinc inde forsan euenire possunt, vtq Ser.mus dominus meus, beniuolentiam, atq animi propensionem, Mtis Ces. erga se apercius cognosceret, videretur mihi non inconueniens, quod huiusmodi confirmatio hic scriberetur, et ad Ser.mu Archiducem Austriæ mitteretur, mihiq nunc daretur copia, quales litteras hac in re reciprocas, Mtas Ces. habere velit, quo commodius negotiu hoc conficeretur.

Ad quarti, Tales decreta litteræ Regimini jmperii, et iuditio cameræ scribendæ, nihil proderunt, nam soliti sunt, et consueti, officiales imperii, istas Ser.mi domini mei ciuitates, semper molestare, cum nil iuris ad eas habeant, et nulli quam Ser.mo domino meo sint subiectæ, vnde rogo, vt simpliciter officialibus imperii scribatur, ne prædictas Ciuitates deinceps, prius consuetis euocationibus et taxationibus, molestent, cum constet manifeste, illas Ser.mo Poloniæ Regi, et nulli alteri fore subditas, et si quas illis solutiones imposuissent, ab omni executione desisterent, nam prius nunquam imperio, sed soli Ser.mo domino meo contribuerunt, et sub illius ditione sunt, et fuerunt.

Ad quinti ar.li responsum, replicatur. Jll.ma domina Dux Mediolani nunquam est conquesta Ser.mo domino meo, neq quicqua indebite, in hac hæreditate quesiuit, sed omni qua potuit obseruantia, erga Mtem Ces. mediis et modis quibus debuit et potuit, melioribus, et aptioribus, uiriq conuenientibus, hanc hæreditatem prose:

cuta est, quare Mtas Ces. non habet ansam credendi, illam a debita observantia deviasse, cum nihil aliud in hac hæreditate, quam id quod iuris est fecerit. Neq ego huc sum missus, vt Ilma dominæ Duci Cesaris indignationem, sed maiorem quam fuit ante, illius graciam et beniuolentia Sermi domini mei nomine conciliarem.

Carolus quintus Ludouico Regi Hungariæ Ferdinando Archiduci Austriæ

Carolus, etc. Sermo principi etc. Bellum quod superioribus annis, inter Sermum Sigismundu Poloniæ Regem, fratrem nostru, et venerabilem Albertum, magnum Magistru Prussiæ, consanguineos nros charissimos, tanquam impiu, et toti reip: Christianæ perniciosissimu, ac vtriq ipsoru non minus indignu, partim quod totius Europæ, orthodoxæq nostræ fidei, propugnaculis, contra tot immanissimos et sæuissimos hostes vtriq ipsorum pro sua virili, vni ratione regni, ac sceptri ad id sibi potissimum collati, alteri religionis et professionis voto, et zelo commissi neglectis et relictis, partim etiam q (vti res ipsa docuit) acerbius, quam inter christianos principes, ne dicam consanguineos, auunculu et nepotem, ac singulares fidei defensores, fas erat, temporisq ratio suadebat, digladiabantur, nostra cura, et opera hucusq sopitum, extinguere, atq potius e medio tollere, coq vniuersæ christianitatis saluti, et incremento pie consulere cupientes, et animo volentes, considerantes etiam tempus compromissi, ab vtraq parte in nos, Sermumq fratrem, et sororiu nostru charissimum Hungariæ Regem, v. Sertem, atq nonnullos Ser tis illius, ac nostros, et Sacri Romani imperii, tam Ecclesiasticos quam seculares principes, pro pace, et concordia tractanda, et componenda, facti, et instituti, proximo Aprilis Mense Cnesçim?

quorum incuria) re omni infecta, finitũ fore, et exinde grauiora,
ac perniciosiora bella, ni mature occurratur, indubie emersura, nos
vero in presentiarũ in depellenda Regis Galliæ nobis, nostrisq; con:
fæderatis illata iniuria occupatiores, et longinquiores sumus, quam
vt interesse, remq; ipsam ex animo perficere possimus. Ser.tem vr̃am
fraterne monemus, hortamur, et obtestamur, vt omni vlteriori mora,
et cunctatione penitus exclusa, vna cum dicto Ser.mo Hungariæ
Rege, cui hocidem quoq; scripsimus, et exposuimus, tanquam preci:
pui arbitri, huic imminenti calamitati et malo oportune subuenire
ipsisq; aliis principibus, et coarbitris vestris, vel parte saltem ipso:
rum, vti commodius consultiusq; videbitur, statuto congruo loco,
et tempore, vocatisq; etiam, et auditis vtrisq; partibus, vel eorum o:
ratoribus et mandatariis, legittime et debite instructis, et munitis
virtute, et iure compromissi, omnem operam et diligentiam, omnesq; in:
genii et animi vires, et conatus impendere velitis, vt inter præfatos cha:
rissimos, fratrem, Principes et consanguineos nr̃os dilectos, Regem
Poloniæ, et magnum Magistrum Prussiæ, amicabilis, certa, et firma
pax et concordia componatur et concludatur, vel si (quod Deus auer:
tat) idipsum assequi non possetis, saltem induciæ, inquantũ fieri pote:
rit, proferantur, et prolongentur, ne ad tam illicitum, et detestandũ
bellum, res denuo deueniat, donec Gallico hoc bello, aliquando debellato,
vti Deo propitio, breui factum iri confidimus, offitiũ et auctoritatem
nostram quoq; interponere, ac quicquid impedimenti vel difficultatis,
superesset, tandem absoluere, et radicitus extirpare possemus. in quo
v. Ser.tas rem nobis faciet gratissimam, quam Deo fere, et hominibus,
totiq; reipub. Christianæ necessariam, infæl.ma hæc tempora nostra a:
bunde testantur. quod a vr̃a Ser.te iterum atq; iterum petimus, et de
ipsa procul dubio persuademus, neq; minus de Ser.mo Hungariæ Rege,
tanquam optimis, et christianissimis fratribus, atq; Principibus no:
stris char.mis. neq; preterea omisimus, dicto Ser.mo Poloniæ Regi,
et magno magistro, summo studio, et diligentia scribere, et vtrumq;
exhortari, vt interea armis abstineant, remq; ipsam, ad huiusmodi

vestrarum Ser.tum decisionem, integram reseruent, quos voluntati nostrae refragaturos nequaquam existimamus, quod etia vrae Ser.tes, pro sua virili, non minus curabunt, et prouidebunt. Et valeat eadem Ser.tas vra, quam faelicissime. Datu Maioreti.

Coesar Carolus Quintus Ludouico Regi
Hungarie et Bohemie

Carolus etc. Ser.mo Principi domino Ludouico, Regi Hungariae, et Bohemiae, etc. fratri et sororio nro char.mo. Salutem, et fraterni amoris continuu incrementu. Ser.me Princeps, frater, et sororie char.me. Cum superioribus annis crudele bellum, inter Ser.mu principem dominu Sigismundu Regem Poloniae etc. fratrem et consanguineum nrum char.mum, et venerabilem Albertu magnum Magistrum Prussiae principem, et consanguineum nostru gereretur, et alter nobis intima amicitia, veteriqz societate coniunctus, esset, alter vero noster, et Sa: Ro. Imperii princeps existeret, de eo bello, vti par erat, haud parum indoluimus, omniaqz fecimus, quae illud tollendum oportuna censuimus. Et ideo, dum in Germania essemus, misimus ad eundem Regem, et Magnum Magistrum Prussiae, oratores nostros, vna cum oratoribus Ser.tis vrae, vt interposita auctoritate nostra, inter partes pacem, aut saltem inducias facerent. qui tandem multis verbis, vltro citroqz habitis, inducias ad quadriennium de partiu consensu fecere, ita vt ante hoc tempus nos, aut nobis absentibus, a sacro Imperio, Ser.mus frater noster, dominus Ferdinandus loco nostri. cum R.mo Cardinali SaleZburgen. et cum Illustri Duce Georgio Saxoniae, et Ser.tas vra cum R.mo Car.li Strigonien. et venerabili Georgio, tunc quinque Ecclesien. vti arbitri, de partiu consensu consti:

tuti, auditis iuribus vtriusque partis hanc differentiam, quoad iuramen=
tum fidelitatis, quod idem Poloniae Rex sibi a magno Magistro fieri, prae=
tendit debere, deciderent, et integre tollerent, quemadmodum in tra=
ctatu desuper confecto, haec omnia latius continentur. Et cum cu=
piamus hanc differentiam componi, et hoc bellum prorsus extingui, iam=
que huiusmodi induciarum tempus fere elapsum sit, hortamur Ser.tem
v. vt velit, cum praeffato fratre nostro, domino Ferdinando, et praeffa=
tis aliis arbitris, de loco, et tempore conuenire, vbi praeffatarum
partium oratores, et iura simpliciter, et de plano audire velint, et
huic differentiae, iuxta formam compromissi, et articulorum desu=
per confectorum, finem imponere, ne partibus vlla ad arma deueniendi
deinceps occasio tribuatur. Et quia Car.lis Strigonien. e vita discessit.
et iuxta dictos ar.los, spectat ad Ser.tem v. de consensu ipsius Ser.mi
Regis Poloniae, alium loco ipsius substituere. Dignetur Ser.tas v. de alio
loco eius prouidere. ne eam ob rem amplius hoc negotium differatur. In quo
Ser.tas vra. rem nobis gratissimam, et reip. Christianae vtilem factura
est. Datum in oppido nostro Vallisoleti Die vltima Februarii Anno dni
M° D° XX iiij°.

Joannes Dantiscus Orator apud Cæsarem Carolum Quintum. Sigismundo primo Regi Polonie.

Serma Mtas Regia, et domine domine clemenme

Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis comendationem, Scripsi Serme Mti vræ, XXV. Mensis præteriti, de omnibus rebus per me hic actis, et quæ in nouis habebantur ingens volumen, cum autem Posta hactenus sit hic retenta, propter tractatus cum numulariis habitos, qui litteras a se cambii hucusque, donec bene certi de solutione fierent, dare recusarunt, possum nunc plenius, cum sim ab omni parte expeditus, de ijs, quæ adhuc restant scribere, et litteris Ser.mæ Mtis vræ, Datum Vilnæ XVI nouembris, quas hic 3 Marcii, accepi respondere. Post nouissimarum litterarum scriptionem, nihil hic egi aliud, quam quod in primis omnimodam absolutionem, et nouam audientiam in negotio Plocen solicitarem, Conueni igitur aliquoties cum magno Cancellario, et illi quantum hæc Ecclesia, Ser.mæ Mti vræ, atque omnibus Regnicolis cordi esset exposui, litterasque illi Ser.mæ Mtis vræ, et Rmi domini Tomicii Posnanien ad me, perlegi, et ea omnia, quæ ad hoc expedire videbantur recensui, reducendo in memoriam, quæ prius paulo ante super hac re fueram locutus, et quantum hinc mali, si pontifex perseueraret in proposito, oriri possit, audiuit diligenter omnia, et mihi omnem operam, vt cum primis, ad Cæsarem vocarer, pollicebatur. Accidit interea, quod illius Magcia graui dentium dolore corriperetur, sic quod per multos dies, domum non egrediretur, vnde mihi consuluit, vt apud magnum Curiæ magistrum, dominum gubernatorem de Bressa, hanc audientiam a Mte Ces. sollicitarem, misi ad illum, retulit desiderium meum Cæsari, et presertim, quod noua mandata haberem, a Mte vra

Serma Cæsari dicenda. illmus Mtas Ces: rogauit vt haberem pacientiam, donec conualeret Cancellarius, sine quo neq; me bene audire neq; expedire posset, sic facta est mora in ista audientia, vsq; ad xv. huius, qui fuit dominica letare, veni tandem cum Cancellario, finitis vesperis ad Cæsarem, qui me humaniter excepit, retuliq; illi mentem, atq; omnem sententiam Serme Mti vræ, verbis quibus potui commodioribus, et potissimum, qualis esset status Episcoporu, in Regno, et dominiis Ser.ma Mtis vræ, vtpote, quod quilibet Episcopus esset, perpetuus Serma Mtis vræ, et Regni consiliarius. hic fere nullus Episcoporum est in consilio, nisi quem ipse Cæsar habere voluerit, expressiq; omnia ad longum, quæ conuenire arbitrabar, et hoc precipue, quod Bohemis vicini essemus, cum ista noua turba, quæ contra Ro. Ecclesiam nunc emersit, Mtas Ces: attente omnibus auditis, cum Cancellario solo, (nemo etiam alius interfuit) de ijs colloquebatur, et deinde me vocato, per Cancellariu respondit, quod superioribus diebus, in fauorem Marchionu dedisset, ad Mtem vram litteras commendatitias, non esset itaq; conueniens, vt nunc ad Pontificem daret contrarias, speraretq; sua Mtas, quod commendatitiæ suæ locum habere, apud Mtem vram deberent. Respondi ego, quod Mtas vra Ser.ma semper solita fuerit illmus Mti Ces. morem gerere, et non in hoc casu solum, verumetiam in multo maiori, qui esset possibilis, cum autem hoc cum marchione, nequaquam succedere posset, contra iurisditionem Ser.mæ Mtis vræ, et Regni eiusdem, et quod tanta inde mala essent ventura, quæ exposui, deberet illmus Mtas Ces. perpendere, hoc nequaquam Ser.mam Mtem vram, contra omniu Regnicolaru suarum voluntatem posse permittere, Addidi etiam, si Marchiones, Mtem vram Ser.mam sicut debuissent obseruassent, posset mentes suoru ad hoc facilius inflectere, sed postquam cum Ser.ma Mte vra apertum bellum, multis iniuriis subditis Mtis vræ ‡ gesserint, quomodo vnum de suis hostibus, in consiliu Regni admittere deberet, aut posset, quare illmus Mtem Ces. (res ex affectu per se loqui mihi videbatur) nomine Ser.mæ Mtis vræ, omni quo potui studio, rogabam, visa hac difficultate, et

‡ illatis

quodam Scismate, quod inde certo futurum esset, velit dare ad S. d. nrm litteras, et illius Sctem admonere, vt ab hoc proposito, vnde multa incommoda rebus Christianis imminere possent desisteret, et Sermam Mtem vram. sua iurisdicione libere frui permitteret, in quo illius Mtas Ces. non solum rem gratam, Serma Mti vre, verumetiam rebus Christianis, nunc magis, quam ante periclitantibus, necessariam faceret. Retrocessi iterum. Mtas Ces: longo sermone cum magno Cancellario colluctabatur, tandem rursus vocatus, hoc per eundem Cancellarium accepi responsum, quod Mtas Ces: omnia per me exposita bene considerasset, non posset tamen, si deberet scribere Pontifici, personas specificare, inter quas haec actio haberetur, sed velit dare litteras generales, ad pontificem, et speciale mandatum oratori suo, quem ibi haberet, vt negotium hoc diligenter tractaret, ne quicquam hac in re fieret in praeiuditium Serma Mtis vre, et quod haec seorsum tractentur, ne in notitiam Marchionum, de quibus vnum in Curia haberet peruenirent, Egi illius Mti, quas potui Serma Mtis vre nomine gracias, neque ausi vlterius pungere, vnde non esset incommodum, si Mtas vra Serma nunc aliquem habet in vrbe, vt illi hoc significaretur, quod cum oratore Cesaris vna, hoc negocium tractaret apud Pontificem. Mitto igitur copiam litterarum Mtis Ces: quas scribit Pontifici, ex quibus clarius, quomodo haec practicauerim intelliget, Deinde Mtas Ces: per Cancellarium rogauit, quod Mtas vra in hoc responso, quod hoc tempore dari potuit, quantum spectat Remp: Christianam velit esse contenta, si Deus omnipotens aliquando his bellis daret finem, velit omni conatu, et debito et officio suo satisfacere. In die purificationis praeterito, vocauerat Mtas Ces: ad processionem et sacra omnes oratores, excepto Portugalem, et cuilibet dedit cereum album, cum armis sui principis, mihi etiam datum fuit cum depicta Aquila Serma Mtis vre, quae in circumferentia habuit pictam cathenam auream, cum vellere aureo, vnde veniens ad Cancellarium, vt fortassis nimium curiosus, interrogaui, quid hoc sibi velit quod vellus aureum in armis Serma Mtis vre esset depictum, et Mtas vra illud non haberet, Respondit Cancellarius, quod aliud hic non

sciretur, cum Mtas vra Ser.ma sit adhuc in Barchinone lecta, quam quod illi esset missu. Proinde, vt suspicor, in eadem mea expeditione. Mtas Ces: mihi iniunxit, q Mti vrae Ser.mae dicerem, dudu fuisse domino de hochstraten, in Brabancia commissum, vt velus aureum, cum debitis ceremoniis mitteretur Ser.mae Mti vrae, neq sciret aliud, quam quod iam illud Mtas vra deferret, et quod iterum velit committere, si forsan negligentia aliqua interuenisset, vt omnino ad Mtem vram portaretur, dixi ego, q hac in re nulla mihi esset a Ser.ma Mte vra commissio, sed quod sic cum pictura in die purificationis accidisset, et quod igitur, velut obiter dominu Cancellariu fuissem allocutus, voluit nihilominus, Mtas Ces: vt de hoc Mtem vram Ser.mam certiorem facerem, De re Prutenica Mtas Ces: dixit, multum illi curae esse, vt componeretur, et quod ergo duplicatas ad arbitros litteras conficere iussisset, de quibus mihi ad quemlibet seorsu vnae datae sunt, aliae missae sunt, ad Ser.mu Archiducem Austriae, qui illas distribuere debet, sunt etiam igitur duplicatae, si vnae perderentur, q aliae peruenirent, ne longior mora in hac causa fieret, De illo vero de Schonberg, illius Mtas risit et dixit, sicut venerat, sic abiit, illarum litterarum copias Ser.mae Mti vrae mitto, ex quibus etiam cognoscet, q Mtas Ces: nullam sibi superioritatem reseruauit, sed quod sic negociu debet decidi, sicut in articulis induciaru confectum est, De Inscriptionis confirmatione Viennae facta, quid expediuerim, ex copia mandati, quod Mtas Ces. Ser.mo Archiduci Austriae mittit plane intelliget, visum mihi est propter has duas ciuitates, Gdanu, et Elbingum, ac etiam propter alias res Prutenas, in omnem euentu non inutile, quod vigore illius mandati, cum Ser.mo Archiduce Austriae fierent tractatus, et certae conclusiones, quibus multae molestiae, et errores qui fuerunt hactenus deponerentur.

Vellg autem

Mitto etiam Ser.mae Mti vrae, litteras Caes: ad Regimen Imperii, quae mecum sunt, vbi tandem post multam meam curam, et solicitationem Mtas Ces: mandat. quod si istae duae Ciuitates, Ser.mae Mti vrae subsunt, ne deinceps ab officialibus Imperii vexentur, quod tamen, vt reor paru proderit, illi seruabunt moram suum, nisi vigore

illius mandati ad Ser.mum Archiducem Austriae decernatur. in fine expeditionis meae Mtas Ces. mihi commisit, quod postremo fieri solet, vt Ser.mae Mti vrae, illius nomine salutem, et fraterni sui amoris continuum dicerem incrementum. Ego tandem de omnibus singillatim gracias verbis, quibus potui commodioribus habui, et me vt decuit in omnibus obsequentem exhibui, seorsumque demum iterum illius Mtem Ces. Germanice rogaui, vt Mtem vrām Ser.mam, vt bonum fratrem, et consanguineum, illiusque res et negocia commendata haberet, et quod sibi nunquam aliud illius Mtas, de Mte vra Ser.ma persuaderet, quam quod integerrimo fratri, et amico singularissimo conueniret. Mtas sua Ces. haec almanice respondit, Ich czwey fel nikth, das der konih von Polen ewer her mein gutter Bruder, vnd fremdt ist, her sol mich och nicht, andeos dan, sein gutten Brüder vnd fremdt finden. et sic data manu me humanissime dimisit. Dominus Cancellarius quemadmodum me ad palatium induxerat, sic me vsque ad plateam, vbi habet diuersorium reduxit, luctabaturque mecum, quia vsque ad hospitium me conducere conabatur, dedit tandem duos de suis consanguineis, qui mecum vsque ad meum hospitium iuerunt, haec est summa omnium actionum et totius meae expeditionis. quod si in ijs fortassis non vt debui seruiui, certe seruiui vt potui, et pro fide mea, et quantum ratio mea discernebat. Ego hinc recta cras, ad S. Jacobum soluo, et inde, vt scripsi in Coroniam, Deus opt. Max. faciat, vt et ego ad Mtem vrām Ser.mam redire, et istae litterae quantocius perferri possint. Heri dixi vale comiti de nassau, qui videtur hic habere partes domini de Chiners defuncti, ille se plurimum et sua seruicia Mti vrae Ser.mae commendari peciit. Mag.cum dominum Cancellarium hodie vidi, et litterarum copias, et vnam mulam, quam mihi donauit ab eo accepi, et vale illi dixi. Retulit mihi quod xx. Decembris praeteriti Turci Rhodum, per tractatus ceperunt, sunt tamen adhuc multi, qui dubitant, ille vero non dubitat, licet nullae certae litterae de hoc nouo habeantur, nam dicit Astrologos de Rhodo hoc anno amittenda praedixisse, retulit mihi etiam certa fama huc esse allatum, Regem Franciae, in morbo suo Gallico esse mortuum. Rogauitque

me plurimu, vt illum, cum omni sua facultate, Ser.ma Mti vræ commenda:
rem, et illi persuaderem eum esse, in omnibus bonu seruitorem Ser.mæ Mtis
vræ quod cum prius aliquoties, nunc vero in fine expeditionis meæ plane su
expertus, Mandauit mihi Ser.ma Mtas vra, in nouissimis suis litteris, q
de omnibus, etiam minimis, quæ hic agerentur, copiose scriberem, facio hoc
quidem, sed tumultuario calamo. quamobrem illi humillime supplico. si debi-
te mandatum non exequor, mihi veniam impartiri, Est etiam in ijsdem litte:
ris Ser.mæ Mtis vræ, q mihi domino Zuppario iussit augere viaticum, vsq
ad Ducentos ducatos. Pro quo Ser.mæ Mti vestræ humillimas, et quas
tenuitas mei pectoris potest, gracias habeo, hactenus mihi videbar peni:
tus omni spe, et consolatione destitutus, reuixi rursus, cum inde videam
me non esse vndiquaq in tam remotis partibus derelictu. Considero etiam
quod Ser.ma Mtas vra, bonam habuerit, mei itineris ex Antuerpia ratio:
nem, neq mihi eo tempore magis æstimabam, pro viatico necessariu, habe:
bam enim inde 400 Ducatos, et cum ijs ducentis, quos mihi nunc addi iussit,
sperassem me totum hoc iter, bene potuisse conficere, sed quu tanto tempo:
re in itinere fuerim, et ex Anglia vsq in Decembre, propter contrariu ventu
soluere non potuerim, demu hic quatuor Mensibus immorauerim, quemad:
modu ex meis actionibus intelliget, non est possibile, vt pro oratore,
Ser.mæ Mtis vræ, tam longo tempore 600 ducatos, ex Antuerpia a Septem:
bre, vsq ad Marciu hic agere, et deinde, vsq ad Sacr.mam Mtem vram,
redire possem, Ego nunquam credidissem, et in itinere, et hic me tamdiu im:
moraturu. Ductus igitur summa necessitate, cum huc mecum, de 400
Ducatis ex Antuerpia, non magis quam 60 portauerim, A Fuggaroru
hic factore, ad meam fidem, pro mea hic sustentatione, et pro meo reditu,
quingentos in mutuu accepi, Quapropter Ser.me Mti vræ, humillime suppli:
co, dignetur clementer hanc meam necessitatem perpendere, presertim cu
hic vltro tam diu non fuerim, sed rebus, et negociis Ser.mæ Mtis vræ,
id exigentibus, et dignetur hoc residuu trecenti Ducat. vt per dominu
Zuppariu soluantur, et fides mea a Fugaris redimatur, committere. Si
quis in hoc videbitur defectus, cum rediero, vt in Deu meu spero, de singu:
lis Ser.mæ Mti vræ respondebo, neq me vnqua aliu, qua fidelem suu

subditum, et seruum Ser.ma M.tas V.ra inueniet, Credat mihi Ser.ma M.tas V.ra, q de ijs quingentis Ducatis, paulu mihi supra Ducentos pro reditu restat, et ego adhuc longa ambage, iuxta Ser.mæ M.tis V.ræ commissionem, apud Ill.mu Ducem Georgiu Saxoniæ, constitui debeo, dabitur tamen a me opera, vt sine vlterioribus expensis, M.tis V.ræ Ser.mæ, hunc meum reditum maturare possim, in Germania tantum non exponitur, quantum in istis partibus, videbo etiam q aliquam nauem in Corunia inueniam, quæ Angliam præteriet, et me in Flandriam sistet, nihil omittam, quo, quantu celerius possum, ad Ser.mam M.tem V.ram aduolabo. Noua quæ se hic post meas nouissimas obtulerunt, non sunt alia, quàm quæ de Rhodo scripsi, practicatur dies noctesq pro conquirendis peccuniis, ego credo, q hic sint extremi egestatis termini, abierunt hinc male contenti, primi Regni Castiliæ domini, Almirantus, et Comestabilis Castellæ, qui duo sua opera, et suis impensis, omnem communitatis furorem represserunt, et parua eis habetur gracia, immo hoc quod exposuerunt, pro hac M.tis Ces. necessitate non redditur, feruntur in vulgo mirabiles fabulæ, apud plurimos hæc Cæsaris aula, presertim Burgundionu, et Flandrensiu auctoritas male audit, execrantur luxum, et victum splendidu, et vestitu, qui hic sumptuosus videtur, nam hic et misere, et magis sordide, quã vsq gentiu viuitur, et nihilominus plures quam alibi, hic peccuniæ expenduntur, suffundor intra me quodam rubore sæpius, dum recogito, quantu hic auri Ser.mæ M.tis V.ræ exposuerim, misere etiam vt hic mos est viuen. Absumpsi hanc quadragesimam, cum hic pisces non habeantur nisi maritimi, qui iã fetentes, quinquaginta ab hinc milliaria ducuntur, non sine valetudinis meæ periculo, habeoq de meis aliquos ægros. Cæsar se libenter ad locu commodiorem conferret, si Aulicis suis posset esse soluendo, de quibus me multoru miseret, qui ad me de suis defectibus conquerendo, venire solent, Cum Fugaroru, et Velseroru, et cum aliis Hispanis, et Italicis factoribus, hic quottidie tractatum est, pro cambio Ducentoru milliu Ducatoru, quibus gentes ex Germania huc adduci debent, et iam tandem confectum est, igitur ista Posta, tam diu hic immorari fuit coacta, conquesti mihi sunt Secretarii, quod cum nulla alia tot habuerint,

vt expediretur labores, Fertur etiam Cæsar nocte præterita, manu propria, multis horis scripsisse, vnde coniectari facile potest, quid eum ad scribendum impulerit. quale hoc sit bellum nescio, nullas hic gentes scio, præter reliquias, quæ fontem rabidum obsederant, oleo atq opera perdita, et illæ se circa Portum sancti Sebastiani, vix duo millia numero ægre continent, datæ sunt eis aliquæ pecuniæ, ideo promiserunt, vsq ad futuru Maiu, perseuerare. De Gallis etiam nihil auditur, neq de Anglicis, multa tamen de illis hic a plerisq diuinantur, videntur mihi in aere, velle castra construere, Ab vtraq parte inuitus bellatur, nemo tamen est (tantum potest morbus ambitio) qui pacem amplectatur, Expeditus est hinc subito orator Portugaliæ, qui hic, vt prius scripsi fuerat retentus, et fere omnibus inscijs, et preter omniu opinionem, discessit, ea quæ mihi de illius expeditione dicta sunt, ab illo, qui omnia vult scire scribo, non tamen quod affirmem, quamuis me multa ad credendu inducant, fertur, quod igitur hic tamdiu manere coactus fuerit, donec Posta a Pontifice rediret, et cum illa pro votis rediisset. dimissus est.

7 ƀ ꝑ 3 4 9 ƀ 7 3 ƀ 5 5 □ ∂ ↑ w 7 . 5 . □ . 6 . ꞔ 6 ε σ+ o ƀ 4 3 9 π ε
+ ꞔ 6 ꞔ L 4 σ+ L ε + 6 □ z 6 ε 4 8 6 L ɼ ƀ + □ 4 π 8 w 7 . 5 7 + 7 + ε
3 4 7 3 0 2 + ꞔ o L φ 3 6 ꞔ □ 9 ↑ 4 ƀ 5 5 L 9 7 8 φ L 4. Dicitur etiam,

quod ille orator Mti Cesareæ intrepide retulisset, quod si illius Mtas quicquam contra Regem suu attentaret, quod vellent Africanos Mauros, et Saracenos in Portugaliam vocare, et antequam a Cæsare premi deberent, quod se mallent illis subdere. Mirabili cursu, res seculi nostri nunc vadunt, multa quæ prius nunquam audita sunt audiuntur. de quibus multa sunt dicenda, quæ scribi non licent, Deus opt: Max: faxit, vt breui coram esse possim, audiet Serma Mtas vra, et non paru mirabitur, Venerunt etiam huc pauloante duo oratores Florentini, qui super ijs locis, quæ ad imperiu spectant, consensu et confirmationem petunt, habeo etiam mecum litteras credentiales Mtis Ces: ad Mtem vram Sermam, de isto matrimonio, vt prius a me scriptum est, Alia in presentia non occurrunt, Puto quod tam longis scriptionibus nunc mandato Serma Mtis vræ satis fecerim, Cui humillime supplico, si quid est,

erunt fortassis plurima, quod in tanto volumine non placebit, et in quo morosior, vel ineptior videbor, dignetur pro sua incomparabili prudentia, et benignitate dare veniam, et mei perpetui, et fidelis sui servuli in omnibus clementem habere rationem. Commendo me suppliciter Ser.ma Mti vre, vt domino meo clemen.mo. Pro qua omni qua mortalis homo potest deuotione, et fide, vt mihi eam rursus saluam, et fel.mam videre liceat Deum omnipotentem apud sanctum Jacobu' humillime deprecabor. Datum ex villa Regni Castiliae valdolit XX Mensis Marcii Anno dni' M.o D.o XX iij.o

Joannes Dantiscus Orator.
Petro Tomicio Epo' Posnamien'.
Vicecancellario.

Rme in Christo pater, et domine domine clemen.me. Post humillima servitiorum meoru' commendationem, Accepi litteras d.nis vre, Rmae xvi Nouembris vilnae datas, tertia huius quae mihi fuerant gratissime, ferebat in primis litteras Antuerpiae scriptas, esse redditas, quas quod essent longiores, dignata est, d. vra Rma, pro sua in me gracia commendare pluriniu', meque hortari, vt per omnem occasionem, sic facerem semper, quod si prius feci, cum mihi nunc latior campus scribendi datus est, vberius exhibui, modo d. vra Rma, tam longas ineptias legendo non offendatur. Habeo d. vre Rmae, quas possum, immortales gracias, pro data opera apud Mtem R. de vlteriori mea prouisione, et de hac clementi sollicitudine, quam pro me et rebus meis gerit. Deus opt: Max: mihi det eam graciam, cum referre nihil d.ni v. Rmae possum, vt saltem animo illi non ingratus videar, quod quamdiu in viuis sum, omni studio, et cura cauebo. Quomodo hic sum expeditus, et quanto tempore hic immorari coactus fuerim, ad longum ex meis, ad Mtem R. intelliget, Testabuntur etiam his inclusi mei versiculi, quanta cum diligentia, et sedulitate, hic expeditionem meam sollicitauerim, quam tandem, post tot cu=

ras, tædia, et molestissimas moras, Deo gra' nactus sum, vnde facile pro suo singulari, atq incomparabili intellectu, percipiet, q cum hoc nouo Ducentoru Ducatoru viatico, nequaqua sit possibile, quod redeam, absumpti enim sunt, ante vnum Mensem, Accepi igitur ad meam fidem, a Fuggaris trecentos alios, de quibus mihi pauci supra Ducentos restant, cum quibus me, vt in Deum spero, fæliciter rediturum spero. quapropter dni vra Rmæ humiliter supplico, quemadmodu cepit, pergat, apud Ser.ma Mtem R. efficere, vt fides mea a Fuggaris redimatur / cum rediero si videbitur, q fortassis magis quàm debui acceperim, et exposuerim, respondebo, et sic respondebo, quod et Mtas R. et d. vra Rma. nullam mihi culpam impingeret.

Habeco etiam Dni vræ Rmæ immensas gracias, q curauerit 34 flor. qui summæ trecentorum deerant, et pro quibus Singraphum dederam, Fuggaris solui. et quod me de rebus nostris, et Piotrkouien conuentu, deq induciis, cum magno Moscouiæ duce factis, quod me summe oblectauit, certiorem reddidit, De morte Episcopi Ploceii adhuc in Anglia scientiam habui, sicut illic dni v. Rmæ scripsi / feci hic apud Mtem Ces. in hoc negotio, omne id quod mihi, Mtas Regia, et d. vra Rma iniunxit. et præterea quia mihi res, et propter Rm dominu Raphaelem, et Reuerendu dominu Cricium maximopere cordi fuit. quidquid ad hoc negotiu promouendu, a me excogitari potuit, cum id etiam ante Ser.mæ Mtis R. commissionem, cum magno Cancellario egerim. Mtas Ces. tandem per me est inducta, vt speciatim hanc relationem Pontifici faciendam suo oratori in vrbe commiserit. Non ambigo d. vra Rma hoc quod vlterius in hoc negotio necessariu cognoscet, bene diriget. / Cras Deo fauente ex oratore peregrinus, ad sanctum Jacobu me conferam, et inde modis quibus potero commodioribus, et celerioribus d. vram Rmam sanam incolumem, et fælicem, Deo etiam Duce, cui me totu tradidi Cracouiæ, in sua noua domo videbo. Comendo me humiliter, dni vræ Rmæ et rogo absentis, in ista rerum Methamorphosi, rationem habere dignetur. / Celerrime ex Valdolit XX Marcii Anno dni Mo Do XX 1o.

Carolus etc. Recognoscimus, et tenore presentium profitemur, quod cum nostri officii esse censeamus, cum omnibus Christianis Regibus, et principibus, amicitiam, concordiam, et fœdera inire, et conseruare conuenit, tum cum illis, qui prædecessoribus, et maioribus nostris, singulari amicitia, et societate coniuncti fuere, nos eiusmodi fœdera diligentius intertenere. qua de re cum Ser.mus princeps dominus Sigismundus Rex Poloniæ, et Magnus dux Lituaniæ, frater et consanguineus noster charis.mus, nonnulla pacta, conuentiones, fœdera, cum Sacr.mo diuo Cæsare Maximiliano, domino, et auo nostro colen.mo, preclamæ memoriæ habuerit. tam uti electo Romanorum imperatore, quam uti Archiduce Austriæ, et Ser.tas sua cupiat eiusmodi fœdera, et conuentiones a nobis uti successore præffati aui nostri confirmari, et innouari. et nos eiusmodi amicitiam, et pacta, cum eodem Ser.mo Rege conseruare cupientes, Propterea confisi de fraterno amore, et singulari prudentia Ser.mi Principis domini Ferdinandi, infantis Hispaniarum Archiducis Austriæ, ac generalis locumtenentis nostri in Sa: Roma: imperio, fratris nostri char.mi, de certa scientia, animo deliberato, ac maturo consilio, dedimus, concessimus, et clargiti sumus. Sicut tenore presentium, damus, concedimus, et elargimur præffato Ser.mo fratri nostro, domino don Ferdinando, omnimodam facultatem et potestatem, ut possit vocatis Consiliariis, qui sibi videbuntur, pro nobis et nomine nostro, quemadmodum Ser.ti suæ videbitur, et Sa Rom: Imperio, et communi domui nostræ Austriæ expedire censuerit, confirmare, innouare, meliorare, augere, et diminuere omnia, et quæcunque fœdera pacta, et conuentiones, quæ præfatus auus no:

ster, siue alii prædecessores nostri Romanoru Imperatores, et Reges siue archiduces fecerunt, inierunt, et pepigerunt, cum præfato Ser.mo Rege, aut aliis prædecessoribus eius Regibus Poloniæ, tam occasio: ne Sa. Ro. imperii, quam clar.ma domus nostræ Austriæ. promitten in fide, et verbo Cæsareo. vt totum id, et quicquid per præfatum fra: trem nostru, modo suprascripto. Cum prædicto Ser.mo Rege Poloniæ, actum, tractatu, conclusum, confirmatu, et innouatum fuerit. nos hoc omne, et quodlibet eoru, omni tempore. ita ratum gratu, et firmu habituros, ac si nos metipsi illa omnia contraxissemus. concludisse: mus, et prouidissemus. dolo, et fraude submotis. Haru testimonio litteraru, manu nra subscriptaru, et sigilli nri appensione munitaru. Datu in oppido nostro Vallisoleti die xviij Marcii. M° D° XX iij°

Carolus Cæsar Christianus.
Adriano Papæ

Beatissime pater, domine R.me Ser.mus Rex Poloniæ, summa neces: situdine, singulariq; beniuolentia, qua inter nos coniuncti sumus faci: le a nobis impetrat, vt eius dignitatem, non secus ac nram, apud omnes, sed precipue eos, tueamur, quorum propensiori voluntate, existimatio Regia, apud populos suos, conseruari, atq; augeri potest. cuius rei cum ratione, reru diuinaru, summa potestas in sanc.te v. sit, mo: nendam duximus, vt quæ ad hunc Regem attinebunt, ita tractet, vt a prioribus pontificibus concessa, non solu nullo impedimento, sed promptissimo S.tis v. studio retineat. id cum nobis gratum, tum a Reip. Christianæ commodo, nequaqua alienu erit. preter enim an: tiquissima pietatem, qua hic Rex religionem, domi forisq;, con: stantissimo animo tuetur. Sanct.tis vra beneficentia incitatus,

facile conabitur, vt parem graciam sacrosanctæ sedi Apostolicæ referre videatur. illud missum faciemus, vt nunc religio, ab armatis, et togatis hostibus tentatur, ad amplitudinem Ecclesiasticam pertinere, ne vlla occasione aliquorum odia concitentur. quod si antea prospectum fuisset, firmiorem religionem proculdubio teneremus. hæc pro dignitate Ser.mi Regis Poloniæ, ac pro nostro diuinarum rerum studio, his litteris scribenda duximus. Cætera ad causam facientia, pluribus orator dicet. Cui fidem a Sanct.te vra haberi rogamus. Bene valeat Sancts v. quam omnipotens Deus, in suo Sanctæ Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ regimine, diu feliciterque conseruet. Ex oppido nro Valisoleti. XXviij Marcii. M° D° XX iij°

Ioannes dantiscus orator Petro, Tomicio Epo Posnanien Vicecancell. Sigismundo polonie Regi

Ser.ma Mtas Regia, et domine, domine clemen.me. Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Ea quæ ex re. et vsu negotiorum nobis commissorum visa sunt. Dominus collega meus, et ego Mti vræ Ser.mæ satis, vt reor copiose descripsimus, non erit incommodum, immo necessarium, vt relicta ambage, recta. ex Veneciis Barium contendamus, ad vrbem in reditu facile iri potest, Sera etenim gratulatio non solet reprehendi. Cæterum quemadmodum mihi iniunxit, vt Mti vestræ Ser.mæ de omnibus, quæ se offerrent scriberem, nihil hoc tempore dignum scientia Mtis vræ hic habetur. Postquam huc applicuimus domini Regentes istius prouintiæ, nomine principis sui, per Doctorem Cuspinianum, honorifice nos exceperunt, miseruntque xenia vinum et pisces, vt fieri solitum est, nos hic propter hæc festa, vsque in crastinum quiescemus, iter nostrum Deo bene annuente continuaturi. Auditur hic a mercatoribus, quod Petricouien constitutio, de viarum occlusione

in Slesiam, male illic audit, apud quosdam Duces, presertim Ligniczen, moliunturq; q eductio salis, ex Regno Mtis vrae rursus prohiberi debeat, et nescio, quas alias minas addunt. De Turcis fertur quod iterum in Croacia quoddam castrum expugnauerint, quod in Hungaria parum curatur, et in vtramq; aurem dormitur. Caesariani, et Gallicani suis fabulis orbem implent, quisq; id quod suae parti accommodum est loquitur, vnde veritatem elicere difficillimum est, sed exitus acta probabit. Agitur etiam hic per Regentes de alio ordine, in omnibus constituendo, qui si fiet, a multis creditur non diu duraturus. In Hungaria, vt fama est, ad sententiam de precio aromatum Mtis vrae Serma acceditur. Ex conuentu Nurubergen. mercatoribus quibusdam huc scriptum est, quod adhuc illic nihil sit confectum, et q post aduentum Carlis, qui centum equos habuisse perhibetur, quidam alii Germani principes expectantur. Si quid aliud inter eundum se offeret, dabitur a me opera, vt mandatis Mtis vrae Serma, videar paruisse. Cui me suppliciter commendo. Datum ex Vienna Austriaca, feria secunda pascae Anno domini Mo Do XXIIIIo.

Ioannes dantiscus Orator Petro,
Tonnicio Epo Posnanien Vicecan.

Rme in Christo pater, et domine domine gromе. humillimam comendacionem. Inter eundum accepi litteras dnis vrae Rmae, et alias ad Iodocum, quas illi perferam. Andreolus alio itinere nos praeterijt, nos huc salui appulimus cum domino collega, praecessi eum, postquam ventum est extra periculum vno die, et veni huc ipsa veneris die sancta. Cras hic rursus equos nros, versus nouam ciuitatem praemittemus, sequuturi feria quarta, in curru Hungarico, continuimus etiam hic senem illum charontem Paulum Bot, si quid se noui offerret post istas, vt per eum scriberemus. Commendo hunc miserum senem,

d^ni^ vestrae R^mae^, et rogo, cum semper benemereri de d. v. R^ma^ studuerit, illum suo patrocinio non destituat, Aliud in presentia scribendum non restat. Commendo me humillime d^ni^ vrae R^mae^, vt domino meo clemen^mo^, et rogo, me et I. sua solita gracia prosequatur. Datum Viennae feria secunda Paschae. Anno dni M^o^ D^o^ xx^o^ iiij^o^.

Ioannes dantiscus, Orator Petro Tomicio Epo Posn Vicecancell^o^

R^me^ in Christo pater, et domine domine gr^mo^. Humillima comendatione. Iam eram ascensurus currum. Allatae sunt M^tis^ R. et d^nis^ vrae R^mae^ litterae, quibus lectis tabellarium qui eas reddidit, ad nouam Ciuitatem nobiscum recepimus, vbi cum domino collega, latuis collocuti super omnibus respondebimus. De litteris ad Ducem Ferrariae, nihil mihi constabat, neque illarum meminerat dominus collega, sed postea dum alias recollegerat, illas etiam inuenit. Mandato d^nis^ vrae R^mae^ libenter pareo, cum domino collega hactenus non dissensi, neque dissentiam, immo vbi opus fuerit, et ex re negotiorum commissorum, in omnibus obtemperabo. Consuetudo, et mores illius, adhuc mihi placent plurimum, neque mihi persuadere possum, quod mihi displicere possit vnquam. Commendo me, dispensationem meam, et hunc bonum senem charontem nostrum d^ni^ vrae R^mae^ suppliciter, vt domino meo gr^mo^. Datum Viennae, vna hora ante meridiem, penultima Marcii. Anno dni M^o^ D^o^ xx^o^ iiij^o^.

Ioannes dantiscus orator Petro
Tomicio Epo Crac Vicecancello

Rme in Christo pater, et domine domine grome. humillima commendatione.
Post nouissimas nihil hic est innouatum, præterquam, quod dominus Doctor, Cuspinianus, ad nos a Regentibus fuit missus, vt a nobis aliquid expiscaretur, retulitque nobis, quomodo huc certo rumore esset allatum, quod Turcarum Imperator, quendam leuem nuntium, pro suo magno oratore, ad saluum conductum impetrandum misisset, ad Sermum dominum nostrum, et quod iste orator venire deberet, ad conficiendas inducias, vel pacem aliquam perpetuam cum Mte Regia, et quod illius Mtas saluum conductum dedisset, et certam spem, de induciis suscipiendis promisisset, quæsiuitque a nobis, si aliquam istarum rerum notitiam haberemus, Multa præterea contra Hungaros querebatur, presertim hoc quod paulo ante, cum eis habuissent conuentum, pro differentiis componendis, quæ vtrinque inter subditos essent exortæ, ipsi vero Hungari nihil tractare voluissent, nisi prius differentiæ principum essent compositæ, cum autem ab hac parte fuisset responsum, quod inter vtrumque principem bona esset concordia, et amor mutuus, et non fore necessarium, quod de principibus quicquam ageretur, sed saltem de iniuriis subditorum, vtrinque illi commoti, et minantibus similes, rebus infectis discessissent, addentes, quod mallent subesse Turcis, quam huiusmodi dissidium ferre. de quo tamen sibi nihil constare Cuspinianus asseruit, sed quod saltem ansam dissidii, inter principes Hungari quererent, et solitis suis moribus vterentur. Collega meus, et ego, respondimus, de Turcarum oratore, nullam nos habere scientiam, Exposuimusque illi statum rerum nostrarum, et quod Mtas R pro festo sancti Georgii, cum omni sua potentia in castra, aduersus Turcas et Tartaros, se esset receptura. quorsum hæc questio tendit facilis est coniectura. ipsi sibi hic male metuunt,

Aliud hoc tempore non occurrit. Comendo me humillime D.^ni^ v. R^mae^. Ex Vienna penultima Marcii. M^o^ D^o^ XX° iiij^o^.

Ioannes dantiscus Orator Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell^o^

R^me^ in Christo pater, et domine domine gr^o^ ^me^. Humillimam seruitiorum commendationem. Nouissimis litteris D.^nis^ v. R^mae^ respondi, non tamen quantum opus fuit, credebam enim ex noua ciuitate, alium tabellarium futurum, quod non euenit, proinde breuibus me expediam. Gratum mihi est plurimum, propter nauigationem quam in reditu facturus sum, quod M^tas^ R. animum induxit, vt rebus id exigentibus, hoc tempore ad oscula pedum non procumbamus, postquam rediero, sicut in Deum confido, ista congratulatio, et si quid se aliud offerret, quod M^tas^ R. agendum censebit satis oportune confici poterit.

De Ludouico Decio, quae ad me perscripsit, illi referam, non poterit, nisi molestissime ferre, quod iste Andreolus hanc moram commiserit, cum ipse alias solitus sit diligenter et fideliter seruire D^ni^ v. R^mae^, quae vult vt obtemperem in rebus agendis domino collegae meo, et idem cum eo sentiam, non grauatim facio, et facturus sum, cum propter illius virtutem et eruditionem, tum etiam quod cognosco, me ad id faciendum obligari, neque vt spero de me testari aliud poterit, et quemadmodum scripsi in nouissimis, hominem ex corde diligo, et obseruo, illosque fallet opinio, qui credebant inter nos conuenire non posse.

Litterae D^nis^ v. R^mae^, quae in vrbe debent reddi, mea opera ex Veneciis, illis ad quos scriptae sunt quanto tutius, et citius possunt dabuntur. neque in illis, quae Veneciis, et Patauii distribui debent, vlla mora futura est. Aliud nunc non restat, quam quod D. v. R^ma^, me suum seruum perpetuum, ea qua cepit gracia prosequatur, et si se casus obtulerit I. non obliuiscatur

Mag.cus dominus Collega, meus, quem d.nis vra R.mæ deditissimu cognovi,
illi se maximopere commendat. Datum ex oppido Villach viii Aprilis.
Anno dni M.o D.o xx iiii.

Ioannes dantiscus Or Sigismundo primo Regi Polonie

SEr.ma M.tas Regia, et domine domine clemen.me. Post humillima
perpetuæ meæ servitutis comendationem, Ex Villaco novissime, quæ eo
tempore nova habebantur, M.ti vræ Ser.mæ descripsi, interea quæ nunc pro
veris feruntur, licet non possint esse sine adiectione, ut sunt temporum nrorum
numismata, quemadmodu illa audivi et a quibus, cum M.tas vra vult
ut de omnibus scribam, sic habent. Cum hic apud Ducem, et Senatu
Venetum, primam cum domino Collega meo, ut vocant, audientiam ha:
buissemus, post alia, retulit nobis Dux, novitates istas ex Siria, de no:
vo Soldano, quas verissimas esse asseruit, utq ex M.tis v. Ser.mæ litteris
intelleximus, iam esse ad partes nostras perlatas, illas repetere superva:
caneum duxi. fuitq hic res hæc omnibus gaudio, et sperabatur alia quæ:
dam Methamorphosis, quæ tamen non successit. Nam paulo post, cum ex:
pediremur, dominus Dux litteras se accepisse dicebat, quibus scriptu fuit,
q postqua primores Siriæ, intellexissent Imperatorem Turcaru classem
instruxisse, et recta ad eos tendere, timentes novu hunc Soldanu, isti:
usmodi viribus non posse resistere, illi insidias parasse, et quodam ad id
oportuno tempore habito, cum in suis balneis lavaretur, ianuas illius ar:
mati obsedisse, quem tumultu cum Soldanus percepisset, fuga per posti:
cum balnei, saluti consuluisse, illis impigre sequentibus, et tandem cu
captus fuisset, cum quinq aliis suis primis complicibus, esse decolatu,
et Capita illoru celerrime Constantinopolim missa (sca), quæ ibidem ab explo:
ratoribus istius domini sunt visa, unde rursus (ll) in illis regionibus esse ~~om:~~

~~nia~~

pacata, et in tuto. timendumque ne hos delectus, et arma ad loca sibi magis apta, et propinqua converteret. qua de re dominus dux celerem Tabellarium ad Ser.mum Hungariae Regem se dixit misisse, hinc forsan etiam, quomodo hae res habeant, M.tas V.ra Ser.ma intelliget. omnia hic plena metus, nemo certo scit, quo Turcus cum his viribus divertet. Timent sibi de Cipro Veneti, habent tamen spem in civitatem Famagosta, quam dicunt munitiorem esse Rhodo, et prope, et procul fit Turcus nunc omnibus formidabilis, dicitur si Siciliae applicuerit, nullo negotio potietur, stantibus his bellis Italicis, habitaque Sicilia, paulopost toti Italiae dominabitur, Nostri interea, sine aliquo iure, de alieno digladiantur. Venerunt huc noua pridie, quae mihi Caesaris Ducis Ferdinandi, et Mediolanen. oratores dixerunt. quod non procul a Nauarra, versus Subaudiam fuisset Caesareorum, et Gallorum conflictus, in quo vice rex Gallorum Almirantus, grauiter fertur vulneratus, et quidam nomine Baiardus, de primis illorum Capitaneis, cum multis aliis occisus, dicuntque ex eo congressu, magnam Gallorum multitudinem desiderari, omnes munitiones, et tormenta esse capta, et reliquos versus Galliam temonem flexisse, insequi cum illorum clade Caesareos, expectarique indies meliora noua. haec illi. Contra ego etiam, ab oratore Regis Galliae quaesiui (fuimus enim iis diebus vna, et in Ecclesia, et bis in prandio apud Ducem) ille fatuitates esse dicebat has nouitates, longeque alias, quam illi assererent, nullumque fuisse conflictum generalem, sed in quodam fluminis transitu, vt fit, duo fortassis tormenta fuisse relicta, et quod inter speculandum iste Almirantus eminus, ex paruo tormento vulneratus, et alter Capitaneus occisus fuisset, quodque omnes copiae, et aliae munitiones saluae essent, et integrae, expectarentque in horas noua, tam ex Gallia, quam ab Heluetiis praesidia, breuique aliud, quod id, quod hic Caesarei fabularentur futurum, neque fore possibile, quod vnquam Rex, et Regnum Franciae statum Mediolanen. deferre possent, priusquam omnia extrema experiri, quam ab hoc statu reprimi, non tamen visus est mihi citra magnum animi dolorem, et citra stomachum ista dixisse. In die ascensionis D.ni hoc nouum fuit allatum, soletque dies iste vltra alios, hic magnis cum cere-

moniis celebrari, tunc enim fit exitus centauri, quod nauigii cuiusdam genus est, quo Dux ad mare ducitur, et desponsationem, proiecto annulo facit. Conuenerantque oratores, et vrbis huius senatores omnes, quisque quanto potuit ornatius vestitus ad palatium. solus orator Gallus, hoc festum non repraesentabat, Dux etiam nuntius Pontificis, et iste orator more insolito, digitis in pectine iunctis, mæstiores eo die visi sunt, hinc coniicio, vtcunque res acta sit, clade tamen aliqua magna non caruisse, cum tot de primis saucii, et occisi feruntur, Estque hic in hodiernum diem fama vigilantissima, Gallos harena cessisse, et domum versus se contulisse, nec tam cito ad Italiam redituros, Cæsarei de iis certas habent litteras, orator Gallus, se nullas accepisse fassus est, propter vndique occlusa itinera. si adhuc cras, vt suspicor hic immorabimur, certiora de istis nouitatibus habebuntur. Cras etiam hoc Centauri spectaculum fiet, superiori die propter ingentem ventorum tempestatem fieri non potuit, et hæc summa, et potissima causa, fuit moræ nostræ, quam hactenus non sine tædio sustinuimus. Facta est tandem, post tot horrisonos flatus, rursum tranquillitas, et fortassis hac nocte, exire potuissemus, si non Dux iussisset, quod triremis cum qua ituri sumus, etiam istis interesset Ceremoniis, speramus tamen, quod nocte crastina Deo bene fauente, hinc soluere poterimus, habituri post vastam hanc tempestatem fæliciora tempora, quibus deduci pro festis Penthecosten Barum nos posse arbitramur. Ex vrbe nihil habetur scitu dignum, quam quod iste Pontifex Pasquilo os, et mulieribus palatium clausit, moliaturque id, quod quisque nouus Pontifex solet. Veneti in his bellorum turbinibus, inter vtrumque volant. Dux ipse Gallisat cum multis, sunt etiam plærique qui videri volunt Cæsarei, et sunt qui nesciant cuius partes sequantur, sic istarum rerum exitus expectatur, multi sunt qui Gallos, non prudenter fecisse dicunt, quod cum tanta auri profusione, circa Mediolanum se occuparunt, cum commode ad vrbem pro creando Pontifice, et pro nerno belli ad Florentiam se conferre potuissent, et tandem cum totius Italiæ viribus, fessis iam Cæsareis æreque decocto, statum Mediolani recuperassent, sed præterita citius possunt reprehendi quam mutari. quod Galli primo impetu faciunt, factum est, postquam refrixerunt, nullum

Pasquinus

vnquam memoratu dignum facinus conficiunt, vnde de illorum retrocessi: one, dubiu esse nequit, alia in presentia se non offerunt. si quid certius quamdiu adhuc hic sumus innouabitur Mti v. Ser.ma non erit incogni: tum. Cui me humillime, vt domino meo clemen.mo commendo Ex Venetiis vii Maii Anno dni M° D° xx iiij°

Fuimus hodie, in istis Centauri ceremoniis, et cum Duce vsque extra illa duo castra, in mare exiuimus, quo cum peruentum fuisset, Dux ex puppi annulum quendam, inflatum tamen, et meo inditio deauratum, in mare pro: iecit, hæc verba dicens: In signum veri perpetuique dominii. Inde ad mo: nasterium sancti nicolai descendimus, et missam, cum musica hic consueta au: diuimus, Orator Cæsaris et Ducis Mediolani adhuc in priori perstant senten: tia, Operam et oleum, vt intelligo, hoc tempore cum magnis impensis Galli per: diderunt. Mæstior hodie quam pridie mihi visus est orator Gallus, dixitque ad me cum gemitu, Ego nullas possum habere litteras, non bene res habet, experiemur tamen paulo post, de ipsa veritate / omnes Gallicarum partium demisse loquuntur. Sunt hic etiam 4 Oratores Magistri Rhodiensis, qui post mediam horam in communi consilio debent habere audientiam / postulauit a nobis Dux, quod velimus interesse. Cum autem aura nobis nunc spirauit secunda, maluimus expeditioni, et itineri nostro intendere, quàm hoc tempus perdere, scimus quid sunt propositur, vt pote, vt consultetur in medium, pro alia insula, quam for: san etiam volunt amittere, et vt illis permittatur in dominiis Venetis, vbi domus habent, prouentus vt prius percipere, et nouas in fratres illorum exa: ctiones constituere, quibus desertam aliquam insulam munire possint, non quod hoc zelo religionis facerent, sed ne eis census, quos hactenus habu: erunt adimantur / In istis Oratoribus tanta adhuc est superbia, quod neque ora: tori Ferrariensi, neque Mantuano cedere voluerunt / Si hoc faciunt victi, quid facerent victores, Deus et natura nihil faciunt frustra / dominus Dux pri: us nobis dixerat, quod nihil certi haberet de induciis, seu pace, inter Turcum et Sophi, haberetur quidem ista opinio, quia Turcus Sophi Oratores, ex

Constantinopoli, magnis honoratos muneribus a se dimisit, ob eam rem vt habetur a Christianis de pace inter eos suspicio. Nunc vero postquam Soltanus iste interfectus est, ad nostram sententiam accedit, et dixit hodie, q̄ timeret hanc pacem esse confectam / non fore itaq; Christianis principibus dormiendū / vigilant quidem, et hac vigilia nulli quam illis obest, cum a mutuis dissidiis non desistunt. Deus opt. Max. sit nobiscum. Post vnam vel duas horas triremem ascendemus, et si hoc tempus nobis durauerit, speramus in quatuor diebus Barii apud sanctū Nicolaum constitui. inde quae se postea offerent perscribam, queso in hac expeditione, tumultuario calamo dari veniam. Commendo me iterū, iterumq; suppliciter Ser.mae M.ti vrae, vt domino meo clemen.mo. Ex Veneciis viij Maii. Anno, vt supra.

Ioannes dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Poloniae

SErma M.tas Regia, et domine domine clemen.me. Post humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Scripsi nouissime, ex Valdolit, xx praeteriti Ser.mae M.ti vrae, quas huc veniens hac hora inueni, vnde quantum mihi temporis dabitur. Cum incolumis applicuerim, quae se postea, obtulerunt perscribam. Ex Curia Caesaris quemadmodū ex adiunctis intelliget, contuli me in Galiciam, ad S. Iacobum, et inde in Coronia, vbi iterum fere Mensem immoratus, ob ventū contrariū cū 4 nauibus, perueni in Selandiam, fui in mari, non sine hostiū Gallorū, et tempestatum periculis duodecim diebus et noctibus. quid ibidem sim passus, horresco memorans, Deo opt: Max: gracia, q̄ hic sum / Postquam veni in Selandiam, aduenerat vna die prius quam ego, illac Rex Daciae cum xv. nauibus, et vna magna, quam Mariam vocant, habens secū coniugem suam, et liberos, quae vna cum illo, cum a domino Veriensi fuerant excepti, amare fertur lachrimasse. Dixit mihi R.mus dominus Tra-

iecten quondam Philippi ducis Burgundiæ naturalis, qui me hic ad honorem Serᵐᵃ Mtis vræ humaniter tractauit, quod Regina nullam virginem pedissequam, preter paruam quandam nanam, secum habuerit, et q liberi Regis filius et duæ Regmulæ, non magis, quam duas anus, quæ illis seruiebant habuissent. Res miranda profecto, attulit expulsus per patruu suu ducem Holsaciæ et suos subditos, omnia quæ in paratis erant, et quicquid secum ferre potuit, desperans in Regnum suum de reditu. Dominus Verien Episcopus Traiecten, et incolæ Selandi, quia in mari diu ante insulam versabatur, illum vt Regis Galliæ confœderatu nolebant in terrā admittere, donec Princeps domina Margaretha, vt admitteretur scripsisset, vnde non diu ibidem immoratus, contulit se ad dominā gubernatricem, vbi nunc agit / Magna illa nauis, omnia onera deposuit, dehiscens rimis, et creditur a multis, q portu amplius non egredietur. Sors omnia versat etc. hic ego Fuggaros inueni, quia nundinæ sunt, quantu illis debeam (Deum testor, q aliter facere non potui) ex nouissimis habunde cognoscet, habeoq eam fiduciam, q Serᵐᵃ Mtas vra, perpensis tam longis moris, et grauibus expensis, quas coactus fui facere, fidem meam ab illis redimi comittet. Nunc iterum mihi sunt equi emendi, et multa quæ spectant hoc quod reliquu itineris est / vnde facilis est coniectura, quid mihi ex istis quingentis ducatis supererit, quos in mutuu accepi. Cras hic soluam Antuerpia, et quia Mechlinia in propinquo est, vbi Rex Daciæ agit, illic me conferam, vt hominem videam, vtq quid rerum cum eo agatur expiscari possim, quatenus refertus nouitatibus, ad Mtem v. Serᵐᵃ Deo bene fauente, redire quantocius valeam, in reditu apud Illustrem ducem dominu Georgiu Misnen constituar, et quod superest legationis meæ conficiam, Non datur tempus, vt sim longior, expectat postarius. Comendo me suppliciter Serᵐᵃᵉ Mti vræ, vt domino meo clemenᵐᵒ. Ex Bergis Brabanciæ xii Maii Anno dni MᵒDᵒXX iij

Christiern 9

Ioannes dantiscus Orator Petro
Tomicio Epo Crac. Viceancell.o

R.me in Christo pater, et domine domine gr.o me. Post humillima mei commendationem, ista hora huc incolumis, per tot terras, et equorum tractus, ex Selandiae oppido Middelborcu applicui non sine magno gaudio, videor enim mihi iam esse Crac. Deo gracia. Inueni hic apud Fuggaros litteras meas, quas ex valle oleti, xx praeteriti dederam. hinc quam Postarii maris tempestatem habuerunt, qui tanto tempore fuerunt, vt ego in itinere, facile intelliget, et cum easdem meas litteras, in vnius horae mediae decursu, Nurubergam per aliam Postam Fuggari mittere decreuerint, non datur mihi spatium longius, cum d. vra Rma agere, hoc, quod temporis reliquum est scriptioni, ad Mtem R. impendam, ex qua latius, quae aguntur intelliget. Vnum hoc oro, et obtestor, d. v. Rma, rerum mearum apud Mtem R. exigentibus id, et laboribus, et periculis meis perpessis, clementem rationem habere dignetur. Cui me suppliciter comendo. Ex Bergis Brabanciae, xii Maii. Anno dni. M.o D.o XX iij.o

Sigismundus Rex Poloniae
Executoribus Testamenti Isabelle
Ducis Barensis.

Antequam nobis allatae essent litterae vestrae, iam mors Ill.mae dominae Ducis n.o fuit nobis nunciata, quae nos magno dolore affecit, et mox expediuimus Oratores nros, qui breui ad vos venturi sunt, ad stabiliendum totum statum istum in fide, et ordine debito, Vobis vero gracias habemus, et fidem vram commendamus, quod in persoluendis iustis, et parentalibus, ipsi defunctae matri nostrae, simul ac in exequendis his quae mandauit,

tam fidelem ac diligentem operam adhibueritis, quam vobis vberrima gra:
cia, et benignitate nostra volumus referre. quod autem ad legata, eiusdem
Ill. defunctae matris nostrae attinet volumus seruitorum illius iustam, et be:
nignam habere rationem, quam per alium nunctium vobis declarabimus, in
huius enim celeri expeditione, et nra circa rem diuinam, quam hi dies
exposcunt occupationem, nequiuimus de his rebus aliquid disponere.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ciuitatibus Ducatus Barensis

Nobiles, et egregii, fideles nostri dilecti. Accepimus litteras quibus nobis
dolorem vestrum, de obitu Illmae Ducis etc. et fidem vram erga nos de:
claratis, de qua non aliter nobis persuadebamus, neque dubitauimus quin
in eo euentu vos ita exhiberetis, vti probos. et fideles subditos decet.
nos etiam volumus, ea erga vos gracia et aequanimitate vti, et tales vo:
bis officiales praeficere, vt nobis subesse nunquam iure paenitere poteritis.
Molestum est nobis, quod Ioannes Franciscus de Crema aerarius, ita male
se in officio suo conseruauit. Et proinde commisimus ne deinceps offitium
ipsum obeat, sed maneat in arce nra Barem constando in sindicatu, et
respondendo omnibus quibus iniurius fuerit, neque posthac ad Ciuitatem ve:
stram redeat. Reliqua ex oratoribus nostris, quos ad stabiliendum totum
istum statum, et ad prouidendum defectibus omnibus, si qui sunt misimus,
clarius intelligetis, iuxta quorum ordinationem vos vti probos, et fideles
subditos decet, conseruabitis. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ciuitatibus aliis

Nobiles et egregii &c. Declarauit nobis nobilis Iustus Decius Secretarius et nunctius noster, quam fidem erga nos defuncta illa matre nostra exhibeatis, de qua tametsi hoc nobis persuadebamus, tamen erat hæc significatio nobis gratissima, hortamurq; vos, vt quemadmodu cœpistis vos gerere non desinatis. Et nos pollicemur vobis, q tam a nobis, quam etiam ab officialibus nostris omnem graciam, et æquanimitatem cognoscetis. volumus enī in omnibus ita nos gerere, et conseruare aduersus vos, vt iustos, et benignos dominos, erga probos, et fideles subditos suos decet. Reliqua ex oratoribus nostris, quos ad stabiliendū totum istum statū, et ad prouidendum defectibus omnibus, si qui sunt, cum plena facultate misimus, clarius intelligetis. iuxta quorū ordinationem, vos vti probos, et fideles subditos decet conseruabitis.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Viceregi Neapolitano

Illustris et Magnifice, domine amice nobis dilecte. Cum intellexeramus Cæsaream Mtem nobis possessionem Ducatus nri Barēn ademisse, et suos illi officiales præfecisse, mirati vehementer quod illius Mtas nobis irrequisitis, nec cognita prius causa, et iuribus nostris, id facere dignata fuerit, aduersus nos consanguineos et necessarios suos, qui eam summo amore, summisq; officiis complexi fuerimus, mitteremq; alioquin oratores in negociis Reip: Christianæ, cum ad alios Reges, et principes, tum vero precipue, ad illius Mtem Cæsaream commiseramus illis, vt et de:

clararent illius Mti ius nostrum ad ipsum Ducatum Barensem, et de restituenda nobis possessione apud illam agerent, quibus auditis eius Mtas, et pro sua virtute loco dato iustis rationibus, ac postulatis nostris, et approbare dignata est iura nostra, et possessionem nobis restitui mandauit, prout Iltas tua latius ex inuestitura, et aliis litteris Mtis Caesareae cognoscet. Itaque postulamus ab eadem Ilte tua, vt tam in restituenda nobis ipsa possessione, quam in aliis isthic negociis nostris, eam erga nos beniuolentiam et studium exhibeat, quod nobis alias officiosissime obtulit et promisit. nos vero, et nichil praetermittemus officii debiti, et obseruantiae nrae, erga Caesaream Mtem, fratrem et consanguineum nostrum char.mum, et tuae Iti quacunque in re poterimus omni studio vicissim commodare, et gratificari curabimus, quae fel.me valeat. Datum Cracouiae

Sigismundus primus Rex Poloniae
Consiliariis Caesareae Mtis

SIgismundus deigracia etc. Illustres, et Mag.ci domini amici nostri dilecti. Cum intellexeramus Caesaream Mtem, nobis possessionem Ducatus nostri Barensis, ademisse, et suos illi offitiales fecisse, mirati vehementer, quod illius Mtas nobis irrequisitis, nec cognita prius causa, et iuribus nostris, id facere dignata fuit, aduersus nos consanguineos, et necessarios suos, qui eam summo amore, summisque officiis, semper complexi fuerimus. Mittentesque alioquin oratores, in negociis reipublicae Christianae, cum ad alios Reges, et principes, tum vero precipue ad illius Mtem Caesaream commiseramus illis, vt et declararent eius Mti ius nostrum ad ipsum Ducatum Barensem, et de restituenda nobis possessione, apud illam agerent. quibus auditis eius Mtas, et pro sua virtute, loco dato, iustis rationibus, et postulatis nostris, et approbare dignata est, iura nostra, et possessionem nobis restitui mandauit, prout vrae d. latius

ex inuestitura, et aliis litteris eius M^tis Cesareæ cognoscent. Itaq; postulamus, ab eisdem vestris d. vt tam in restituenda nobis possessione, ipsa, quam in aliis istic negociis nostris eam erga nos beneuolentiam, et studiu exibeant, quod nobis alias officiosissime obtulerunt, et promiserunt. Nos vero, et nihil prætermittemus officii debiti, et obseruantiæ nostræ, erga Cæsaream M^tem fratrem et consanguineum nostrum char.^m, et vestris d. quarumq; in re potuerimus, cum studio vicissim commodare et gratificari curabimus. Datu.

Sigismundus Rex Polonie Executoribus Testamēti Isabellæ Ducis Baren

Mag^ci et egregii &c. Cum intellexeramus Cæsaream M^tem nobis possessionem Ducatus Barenu ademisse, et suos illi officiales præfecisse mirati vehementer, q. illius M^tas nobis irrequisitis, nec cognita prius causa, ex iuribus nostris id facere dignata sit, aduersos nos consanguineos, et necessarios suos, qui eam summo amore, summisq; officiis, semper amplexi fuerimus, mitten.q; oratores alioquin in negociis reip^ce Chr̄ianæ, cum ad alios Reges et principes, tum vero precipue ad illius M^tem Cesaream, Commiseramus illis, vt declararent eius M^ti Ius nostru, ad ipsum Ducatu Baren, et de restituenda nobis possessione, apud illam agerent, quibus auditis eius M^tas, et pro sua virtute loco dato, iustis rationibus, ac postulatis nostris, et approbare dignata est iura nostra, et possessionem nobis restitui mandauit, inhibet, et vobis eius M^tas Cesarea, ne vigore testamenti, defunctæ char.^ma matris nostræ Isabellæ, vos ad possessionem aliquoru bonoru nr̄oru intromittatis, vsq; dum M^tas sua cognoscet, vtrum ipsa defuncta mater nostra, ita testari, et disponere potuerit. Et proinde postulamus a vobis, vt et mandato Cæsareo, et vestræ erga nos obseruantiæ, quam nobis polliciti estis satisfaciatis. quan:

doquidem nos et erga ultimam voluntatem, eiusdem matris nostræ defunctæ, iuste, pieq̨, et in vos benigne, et æquanimiter conseruare volumus. Datu

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Summo Pontifici

SAnctissime etc. Credimus non latere vram Sttem, ut non pridem Cesarea Mtas nobis possessionem Ducatus nostri Baren reddi fecerit, et inuestituram suam nobis insuper concesserit, et omagiu ratione eiusdem Ducatus a nobis susceperit, verum et moræ, et difficultates tot nobis ingeruntur, ut prorsus quod iure nob debetur consequi non possumus. Proinde supplicamus omni studio, et deuotione vræ S. dignetur suo patrocinio, causam hanc nram iustissimam, adiuuare, agereq̨ per legatos. et litteras suas, cum apud Cesaream Mtem, tum etiam apud alios ubi oportunu est, ut tandem nobis ipsa possessio restituatur, ne ita deinceps indignis modis ducamur, ac iustitia nra labefactetur. quod paternu offitiu, et solitam in nos benignitatem, vræ S. perpetuis obsequiis nris demereri curabimus, quam dominus Deus seruare dignetur, diutissime incolumem et semper fœlicem. Cui nos etiam, atq̨ etiam ex corde comendam9. Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
~~Summo Pontifici~~
Cardinali de Saluiatis

Intelleximus vram d. Rma esse legatum, ad Cesaream Mtem per Sanctissimu dominu nostru designatam. quod nobis summopere placuit. eu mitti, in tantas reru undas et tumultus, qui eas ~~facile~~ auctoritate, et virtute sua speratur facile pacari posse. Rogamus autem illam plurimu, ut cum erit in aula ipsius Cesareæ Mtis commendatam,

habere dignetur, vti alias res omnes habere consueuit, causam nostram Ducatus Baren, cuius possessione, licet in dicta causa spoliati fuerim9. &c. exuere contendunt, vt supra. Et proinde agere dignetur, vra Rma d. vt nobis tandem ipsa possessio restituatur, neqz iuri nro, tanta iniuria, nostraqz existimationi tanta indignitas, et contumelia inferatur, quam nos nullo pacto, aequo animo tolerare, nisqz nostrum, neutiqua deserere poterimus. qua in re, quidquid operae, pro nobis prestiterit. Rma d. vra persuasum habere velit, nos id totum illi, per omnem occasionem, omnibusqz amicitiae officiis relaturos esse. quae foelme valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Oratori Vngarie Broderico

Rde, deuote nobis dilecte. Intelleximus te cum Rmo domino Carli de Saluiatis legato apostolico, ad Cesaream Mtem designato proficisci, quod nobis summopere placuit, vt cognitam habentes fidem et propensionem, qua erga nos geris, te illic rerum nrarum habeamus curatorem, Rogamus autem te, vt cum in Aula eius Caesareae Mtis fueris, habeas commendata causam nram Ducatus Baren, Cuius possessione, licet in dicta causa spoliati fuerimus, ad quam legittime successeramus, licet etiam deinde inuestituram Caesaream, et commissionem illius Mtis, de restituenda nobis ipsa possessione obtinuerimus, et omagium debitum illius Mti fecerimus, tamen hactenus possessionem ipsam, assequi non possumus, ingerentibus nobis, moras, et difficultates officialibus illius Mtis indignas, et indicentes, quibus nos iustitia nostra, et bonis illis, exuere contendunt. Proinde operam tuam adhibeas, vt nobis tandem ipsa possessio restituatur, et si quid aliud Orator, vel procuratores nostri, agendum putabunt, agere non graueris, prout ipsi te instruent, quo tua erga nos merita, et nostrum vicissim erga te fauorem vberrime cumulabis. Scri-

psimus etiam S. d. n. vt et Rmo domino Cardinali de Saluiatis legato et tibi committere dignaretur, patrocinari suo nomine apud Ces. Mtem, ipsi causæ nostræ Baren. quod eius Sanctem facturã non dubitam9. Scribimus pariter Oratori nostro, quem apud ipsam Ces. Mtem habemus, vt consilio, et patrocinio tuo vteretur istic in omnibus. Scribimus item illi, quibus rationibus transigerimus differentiã nostram, cum Magistro Prussiæ, et inducias cum Turco inimus. postulamus a te, vt vna cum illo, quũ illic eris, et vbi de his aliquid ageretur, excuses, et tuearis partes nras. Nam tu ipse scis, quo nos, et Ser.mũ nepotem nrm dominũ Regem Ludouicũ, ista spes generalis expeditionis adduxerunt? et quantas nos hic citra vllius auxiliũ calamitates sustineamus. Cætera committimus virtuti, et industriæ tuæ, quam iam pridem exploratam habemus. Datũ

Ioannes dantiscus Or Sigismundo primo Regi Polonie

SEr.ma Regia Mtas, et domine domine clemen.me. Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Pauloante, significarunt mihi Velserorum factores qp in Flandriam Secretum tabellariũ mitterent, qui infra horam hinc exiret. Proinde, vt saltem Mtas vra Ser.ma sciret, me iam huc applicuisse .xxv. præteriti, has subito exarani. Non sum hic acceptus hoc tempore, vt prioribus duabus vicibus, suspicantur, nescio quid de Gallis, hic passim prædicatur quæ cum Rege Galliæ nomine Mtis vræ per dominũ Palatinũ Siradienũ sunt tractata, et plura adduntur, quæ forte in rerũ natura nunquã fuerunt. xix præteriti, perueni ab hinc duo miliaria, et misi pro hospitio more solito, data mihi fuerunt tria, vnũ apud quendam sacer:

dotem, vbi neq stabulu, neq culina fuit, alia duo, apud mulieres, quas Cortisanas vocant, ibi penitus, neq pro equis, aut pro seruis vlla fuit commoditas, Conduxi hic igitur hospitiu, proqualibet septimana soluo tres Ducatos. | Cum magno Cancellario, fui aliquoties, et in prandio, et in negociis. pollicetur aegre operam suam: nihilominus pollicetur. sed Sobellos sine Caesaris voluntate accipere non vult, sunt adhuc apud me, neq dabuntur frustra. | Caesar huic recuperandae valetudinis gracia, et vt sororem iuniorem Catherinam expediat in Portugaliam, vbi matrimoniu contractu est, superioribus diebus ad quinq miliaria discessit, et hanc illius quartanam, qua laborat causam esse ferunt, q adhuc in colloquiu non admitteret | De Sequestro status Bareu, egi cum magno Cancellario ad longum, addens: Si non restitueremur in integrum, futuru, q omnis amor et obseruantia Mtis vrae erga Caesarem certo corrumperetur, et alia, quae videbantur huic negocio expedire, Respondit. Amorem Mtis vrae, remansuru, et Caesarem nihil aliud hac in causa, quàm quod aequitatis sit facturu. Aliud ex illo hactenus extorquere non potui. versor itaq in his turbinibus, vsq ad vertiginem, quae, et nunc me male habet, scribo tamen, Cum auditus fuero a Cesare, latius de omnibus scribam, etiam diffusius, quae hic aguntur | paulo post intra duos dies Posta Romam mittetur, illac dirigam meas, quae venient in manus Collegae mei Neapoli.

| A Christianissimo Rege Galliae in Lugduno, humaniter et auditus, et habitus sum. Illius Mtas libenter mihi dedit liberu transitu, ibidem a quodam amico, vt vlterius progrederer centu ducatos accepi in mutuu, quos acceptis a Fuccaris peccuniis hic solui. Polliciti mihi sunt pro sustentatione, quae erunt necessaria, alias nescio quomodo mecum hic ageretur. Bellatur ab hac parte, atq egetur acriter, nunqua maiorem penuria in hac aula cognoui quà hoc tempore. et haec pars spero breui facient pacem. Habita liberiori oportunitate, scribam de omnibus Mti vrae Ser.ma Cui me suppliciter commendo.

Ex valle oleti 3 octobris Anno. M°D° XX IIII°.

Ioannes dantiscus orator Chrophero
schidlowieczki Castellano Crac
Regni Poloniae Cancellario

Magnifice, et graciose domine. Humilem seruitiorum meorum commendationem, In discessu meo, nescio quem grauem animum M. vra contra me conceperat, ob importunam fortassis expeditionis meae sollicitationem, dolui profecto vehementer hoc accidisse, petiiq subito veniam, et domino Nibschiez postquam Cracouiam exiueram iniunxi, cum mihi sit in Aula Mtis Regiae singularissimus amicus, et Magcia vra cum libenter sua gracia prosequitur, vt me illi modis quibus posset commodioribus reconciliaret, quod quamuis factum non dubitem, cum M. vra sit, preter alias virtutes, quibus predita est, humanissima mente apud omnes nobilis, tamen et in presentia per tam longam inter nos intercapedinem, si vnquam deliqui, queso ~~fasso~~ fasso ignoscat, Nihil enim gracia et fauore M. vrae mihi potest esse iucundius, et in illo me velim oblectare semper. Non potui igitur mihi temperare, licet tam procul absim, quin saltem hunc meum affectum, per tantam distantiam, quae inter nos est, M. vrae significarem, et is mihi ad illam scribendi prebuit matheriam, De negociis mihi commissis, quo sint in cardine, et quae hic aguntur, habunde, vt reor, M. vra, ex meis ad Mtem R. intelliget, hoc tamen addendum censui. M. vra, me fauentem partibus Caesaris semper cognouit, hinc fuit quod nulla inter me, et D. Antonium Rinconem erat consuetudo. Cum autem nunc video mutari auram, et ego vela contrabam. Placuit mihi mirum in modum Chrianus Rex Galliae, cum propter illius personae prestantiam, et humanissimos mores, tum etiam quod illum res Sermi domini nri summopere cordi habere cognoui, et si secus euenerit, quam speramus, et ego capiti meo cristas imponam. Alia

non restant. Commendo me M^ti vrae, et dedo totu^m quesoq^z gracia sua qua olim consueuit, me prosequatur, et vbi per occasionem poterit, rebus meis, apud M^tem R. faueat. Ex valle oleti, xii. nouembris. Anno dni M^o. D^o. XX iiij

Ioannes Dantiscus Orator Petro Tomicio Ep^o Posnanien Vicecan^r:

R^me in Christo pater, et domine domine gr^o^me. humillima commendationem, Ea quae potui, pro temporis angustia M^ti R. descripsi. Apli: cui hic sanus, confecto longissimo itinere, octingentis et quindecim miliaribus, oblitus omniu^m discriminu^m laboru^m et incommoditatu^m cum hic sam, Pontifex, misit huc breue oratoribus Florentinis in negotio status Baren, si proficiet experiemur, a me nihil omittetur quantu^m se intellectus meus extendet, vsq^z ad extremu^m. Bonu^m tamen esset, q^d cum primis litterae Regiae huc venirent, mentem, et animu^m suu^m hac in re declarantes, quibus mihi et animus adderetur, et in dicendo, fides firmior adhiberetur, Suspicor, hoc Sequestru^m, non esse ob aliam rem magis factu^m, quam, vt Castrum Baren acciperetur, q^d factum est ob metum Gallor^u fortassis, ne illis in manus daretur, hoc quod timui et coram dixi accidit, ista legatio ad Galliam fecit sequestru^m, si hoc vel precibus, vel minis soluere poterimus, ex vrbe illac scripturus sum de omnibus latius, meas accipiet paulo post. Ser.^ma M^tas R. et d. vra R^ma dabunt celeritati veniam, et presertim Mag.^cus dominus Palatinus Crac. q^d illi in presentia, non scribo. Ad comissionem Georgii Hegel, nomine D.^nis vrae R^mae accepi trecentos Ducatos a Fuccaris, cum chirographus meus ostenderetur, queso D. vra R^ma det apud M^tem R. operam vt soluantur. R^mo domino Premisliensi, me plurimu^m commendo. Domino Tribschicz, et

domino Samboczki, mille, mille, salutes dico. Et me in graciam d. vrae Rmae dedo, et trado totum. Ex valle oleti. 3 octobris. Anno d. M° D° XX° iiij°.

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie, ad
Carolum Quintum. Romanorum Imperatorem.
Data
Stanislao Borek Doctori, Canco Cracouiensi

SAcra Cæsarea, et catholica Mtas, Ser.mus princeps, et dominus Sigismundus Poloniæ Rex, et magnus Lithuaniæ dux, dominus meus clemen.mus mittere me dignatus est ad Mtem vram, cui in primis plurimã salutem, perpetuam fælicitatem, et omnium bonorũ incrementũ dicit et optat.

Vtq3 Mtas vrã, votis suis omnibus fruatur, proveheturq3 indies magis in omnem honoris, gloriæ, et nominis sui accessionem, id illius Ser.tas, semper, et ex animo audire desiderat.

Dedit deinde mihi in mandatis illius Ser.tas, vt referam, et agam nonnulla, cum vrã Mte Cæsarea, suo nomine, prout ex his litteris abunde Mtas vrã cognoscet.

Offerendæ demum litteræ, quibus lectis dicendũ.

SAcra Mtas, domine clemen.me. Si cui fortasse mirũ videretur, quæ causa mouerit Ser.mi domini mei celsitudinem, vt me ad vram Mtem, tanto locorũ interuallo distantem, hac tempestate, qua pene totus orbis flagraret bello, legare dignata sit, mox mirari desinet, audita ipsa causa eiusce profectionis meæ, cui non aliqua res parui momenti occasionem prebuit, sed veri amoris solidæq3 beneuolentiæ vis, cum quadam priuata necessitate coniuncta, quæ ob id longam moram non paciebatur.

Regia celsitudo, domini mei clementissimi, auditis tociens his bellorum tempestatibus, quibus iam pridem vra Mtas distringitur, ex hac in primis causa, mei mittendi sumpsit exordium, vt eius visa incolumitate, atq; quo in statu sint res eius, rediens referam, quæ omnibus secundis vræ Mtis successibus, perinde ac propriis gaudet, et gratulatur, partim amoris et beniuolentiæ mutuæ coniunctione se impellente, partim vero ea spe freta, q magna pars defensionis reipublicæ Christianæ, in vra Mte, summo et precipuo eius duce, et rectore sita est, hoc potissimum turbulento tempore, quo pene omnia Regna Christiana, mutuis inter se odiis, certare et digladiari videt, hostibus crucis Christi vires suas augentibus, et in Regna suæ Ser.tis, ac Ser.mi nepotis eius domini Ludouici Hungariæ, et Bohemiæ Regis grassantibus, et omne genus crudelitatis exercentibus, Cum quibus tametsi perpetua bella gerere coguntur, cum sint ex vtroq; Regno eis finitimi et contermini, nunc tamen auctis viribus multo vehementius, multoq; acrius ipsa sua Regna armis vrgere, et premere non cessant, quæ nisi singulari diuina clementia, adiuta et releuata fuerint, non satis est verisimile, tot et tam magnis viribus infidelium ea sine clade sua, quod deus omen auertat, immo vero totius rei Christianæ resistere posse.

Quandoquidem ista ipsa diuturni belli perpetuitas, vires ipsorum Regnorum magna in parte iam attriuit, et debilitauit, aliis Regnis primatis odiis inuicem laborantibus, et inter se bella serentibus, quæ potius pacatis rebus, et odiis suis domesticis, illis Regnis subuenire deberent, eisq; talia ferre auxilia, vt possint stare inuicta aduersus eos hostes, qui inflammato odio, ad id rapiuntur, vt omnia Regna Christiana debellata suo imperio adiicere possint.

Accedit, q cum proximis his Mensibus, illustrissima domina Isabella de Aragonia dux Mediolani et Barii, suæ Ser.tis mater, et Socrus ab hac vita discessisset, relicto iusto et hæreditario iure Ducatu Baren, Ser.mæ coniugi Ser.tis suæ domina Reginæ filiæ suæ, ad capiendamq; possessionem, eiusdem Ducatus, Ser.tas sua ipsius Ser.mæ coniugis

suæ nomine nunctios et procuratores, nulla mora facta misisset, illiq; ea ipsa possessione accepta, et aliquanto tempore continuata, rerum et negotiorum eiusdem Ducatus curam et administrationem suscepissent, Vicerex vræ Mtis Regni Neapolitani, eandem possessionem illis ademit, et Sequestrem constituit, qui ad causæ diffinitionem eidem Ducatui præesset, quasi lis esset sub iudice, cum re vera, nulla vnquam fuerit nec esse possit.

Totum enim Jus ipsius Ducatus apud Ser.mam dominam Reginam est, ex legittima successione, cuius vim et seriem, ex litterarum et priuilegiorum exemplis, quæ mecum attuli, vra Mtas probe cognoscet.

Miratur autem vehementer Ser.mi domini mei celsitudo, cur, et qua ratione, tanta iniuria sit ei irrogata, cum totius orbis hominum ius esse peculiare non ignoret, possessionem bonorum nemini, nisi ad disquisitionem vocato, iureq; victo adimi solere.

Si enim Ill.mus dominus Mediolani Dux aliquid iuris haberet, quo sibi persuaderet, hunc ipsum Ducatum, fore suum aliis modis, quam vi, iustitia sua, sibi querenda erat.

Ea itaq; spe ducta, domini mei Ser.tas, q; de iure, nulla inest dubitatio, qq; item per omne tempus Regni sui, cum summo discrimine suo, et incredibili iactura sua, Regnorumq; suorum Thurcorum, Tartarorum et aliorum infidelium immensam molem, absq; auxilio vllius suis humeris sustinuit, et ab aliis Christianorum Regnis ac dominiis arcere curauit, id sibi de vra Mte pollicebatur, q non solum, nullam vim quantum in ea est, suæ Ser.ti afferri permitteret, sed etiam accessionibus eius plurimum faueret, atq; ideo rogat, et obtestatur Ser.tas sua, vram Mtem Cæsaream, vt his omnibus supradictis rationibus, ad animum reuocatis, ea qua par est æquitate, et amore, erga suam Ser.tem se gerere, ac iustitiæ in primis, deinde beneuolentiæ mutuæ, fraternique amoris et vinculi, quod sanguinis coniunctio, inter Mtes vras, ac earum maiores fecit, et confirmauit, debitam rationem habere, suisq; presidibus Regni Neapolitani iniungere, et demandare dignetur, vt eiusdem Ducatus Baren, possessione nunctiis, et

procuratoribus Ser.tis suæ libere cedant, nec aliquid agant, sive a-
perte, sive per indirectum, quod sit allaturum impedimentum, quo minus ipsi
procuratores e re suæ Ser.tis illum administrare secure, et guberna-
re possint, pro quod officium et benivolentiam M.tis vræ Cæsareæ, vult, et
pollicetur Ser.tas sua, vicissim illi omni studio, viribus, et facul-
tate sua, quacunque poterit semper referre.

Sed ne longa verborum serie, aures vræ M.tis, multis et magnis actioni-
bus addictas, et occupatas obtundere videar, mox finem dicendi fa-
ciam, priusque Ser.mi, et clementissimi domini mei celsitudinem, et Ser.
mam coniugem suam dominam Reginam, liberosque suos char.mos,
vræ M.tis favori comendabo, quæ cum omnibus rebus et fortunis, ac
denique cum Regnis suis, vræ M.ti se offert, quibus vra M.tas, ex ar-
bitrio suo, dum volet, et quotiens volet, æque uti poterit, ac suis pro-
priis, vel eorum quorum fidem et amicitiam, sine controversia,
perspectam habet et exploratam.

Privatim agenda & dicenda.

Nunctius noster, hoc aget diligenter, quod simus restituti in possessionem
Ducatus Baren., qua in re utetur patrocinio nuncii Apostolici, qui
est in Curia Cæsaris, cui non dubitamus S.mum d. n. negotium hoc com-
missurum esse. et si Dux Mediolani, aut quivis alter prætendit se ali-
quod ius habere ad Ducatum ipsum Baren., cum vocabit nos, aut Ser.
mam coniugem nram dominam Reginam in ius, stabimus paratis-
simi omni iudicio.

Et cum M.tas Cæsarea, vult ministrare iustitiam, Ill.mo domino Fran-
cisco duci Mediolani de Ducatu Baren., roganda erit, ut similiter
administrare velit nobis iustitiam in Ducatu Mediolanen., et in doti-

bus auiæ Ser.mæ Coniugis nostræ dominæ Reginæ, hoc est in ciuitate Cremonen., quoniam M.tas sua Reginalis plus iuris habet ad Ducatum Mediolanen. et Cremonæ, quàm habeat dux Franciscus in Ducatu Baren., æquum enim est, et valde conueniens, vt cum M.tas sua Cæsarea quæ est iustissima, vult ministrare iustitiam in vno, velit etiam ministra: re illam, et in alio

Item excusabit nos nunctius, quòd tam diu omagium debitum Cæsareæ M.ti non prestitimus, nam id non negligentia vlla, sed cum propter lon: ginquitatem itineris, tum propter multas occupationes bellicas, et cu: ras, quibus ad hoc tempus districti fuimus. facere distulimus, nunc vero mittimus mandatum sufficiens, ad illud præstandum, nam de iure, viuente Ill.ma olim matre nostra domina Isabella, præstare illud non attinebat, nec eramus obligati. iurabitque nunctius omagium nomine Re: ginalis M.tis prius, et demum si necessarium erit, iuramentum etiam præstabit nostro nomine postremo.

Quamuis autem in vita eiusdem Ill.mæ olim matris nostræ, populi, et vasalli Ducatus nostri Baren., promiserunt et recognouerunt, solemni stipulatione, quòd Ser.mam dominam Reginam post mortem, et fælices dies dictæ Ill.mæ dominæ Isabellæ ducissæ habituri essent, in suam veram, et vtilem dominam dicti Ducatus, ac Ciuitatum et terrarum ad illum spectantium, tanquam legitimam vnicam, et vniuersalem hæredem, ipsius Ill.mæ dominæ Ducissæ, eique presenti recipienti et stipulanti, ad sancta dei euangelia,, corporaliter manibus iunctis tacta, sponte iurauerunt, et iuramenta corporalia prestiterunt. quia tamen id fe: cerunt, absque consensu Cæsareæ, et Catholicæ M.tis, roganda erit M.tas sua Cæsarea et catholica consentire dignetur, et admittere vt dicti va: salli, et populi, denuo iuramentum faciant, et promittant modo quo supra, dictæ Ser.mæ dominæ Reginæ, quod eam recognoscent veram dominam et patronam dictarum Ciuitatum, et terrarum, eique de omni: bus, et quibuscunque fructibus, redditibus, introitibus, et prouentibus illarum respondebunt, et responderi facient, secundum iura, et constitu: tiones Regni Neapolitani, sicuti decet vasallos facere, et exequi.

Item impetrandæ erunt Commissiones validæ et efficaces, q prefecti Cæsareæ Mtis non molestent deinceps nos in Ducatu ipso Baren. sed vt deinceps securu illum semper habeamus ab omni perturbatione.

Item, quoniam Ilma olim mater nostra moriens, multas donationes, et legata fecit testamento suo seruitoribus suis, et aliis multis personis, etiam ad vitam illaru alienando multos prouentus ducatus nostri Baren. quod facere non potuit, obstantibus pactionibus, et conuentionibus matrimonialibus, quæ inter nos, et illam intercesserunt, roganda erit Mtas Cæsarea, ne eiusmodi testamentu et legata approbet, et confirmet, et si forte iam confirmauit et approbauit, ignara existens de iure nro, et pactione prædicta, cassare et inualidam facere, priorem suam confirmationem surreptitie obtentam, nra et iustitiæ cã dignetur, prout apparet in capitulis matrimonialibus, quæ ostendentur.

Item, petet nuntius noster a Mte Cæsarea, q restitui faciat quatuor pascua montis Serici, quæ sunt ablata nomine Mtis suæ Cæsareæ, eo prætextu, q prius ad vsum suæ Mtis tenebantur. Si tamen in hoc esset difficultas, et sua Mtas hæc ipsa pascua pro se habere vellet, vt pro his honestam nobis daret recompensam.

Omnia autem supradicta aget nuntius, et tractabit communi consilio et opera, cum Joanne Dantisco nunctio nro, quem antea ad Mtem Cæsaream misimus.

Si vlla fieret mentio, per d. Cancellariu, aut quemuis aliu Consiliariu, aut hominem Cæsaris, de Legato Regis Franciæ, qui hic fuit, similiter et de nostro, qui ad eundem Regem missus est, nuntius noster, ad hoc respondere, et dicere poterit, vt res se habuit, q videlicet ille Regis Franciæ orator, hoc solum egit, admonendo nos, vt cura Ser.mi nepotis nostri, d. Ludouici Hungariæ et Bohemiæ Regis, et Regni eius Hungariæ gereremus, quod magna vi immanissimoru Thurcoru premitur.

Addidit et excusationem, q libenter præfatus Rex, Regnum Hungariæ iuuaret, sed pro hac vice id facere non posset, propter bellum, quod nunc gerit cum Christianis acerrimu. Nos vero ea

accepta occasione, ad dictum Regem Franciæ, nostrum legatu misimus,
qui exponeret difficultates istoru Regnoru quæ immensam molem infi:
deliu, absq cuiusuis auxilio sola sustinent, peteretq vt sua Mtas,
pacem cum suis hostibus componeret, et ad Regna hæc christiano:
rum labentia, opes atq arma sua converteret, et in ista legatione
nihil agendu aliud commisimus, quam vt esset pax, confæderatio,
concordia, et amicitia, inter suas Mtes, et nos qui feritati barba:
roru sumus prorsus expositi iuvarent, quia et hoc nos nil mouet,
q Cæsarea Mtas, ad hostem nostru Moscouitam legatos misit, quod
non solu non impediuimus, sed etiam illis liberum transitu per ter:
ras nras concessimus, eosq honore, ac beniuolentia, qua par est, pro:
sequuti sumus, et prosequi volumus,
Iustitia autem, quam Ser.ma coniunx nra domina Regina habet ad
ciuitatem Cremonam est ista, (Ca enim) ciuitas Cremona data fuit in
dotem, ab Illmo Duce Philippo vicecomite, Illmæ dominæ Blancæ,
filiæ suæ naturali, quæ collocata erat in matrimoniu, Illmo Comiti
Francisco Sfortiæ, proauo suæ Mtis, ex quo connubio, nati sunt fi:
lii multi, qui omnes habuerunt dominiu, et prouentus dictæ Ciuitatis
pro rata parte, / ex istis autem successoribus, non extat persona ali:
qua legittima, nisi ipsa Ser.ma domina Regina, et dux Franciscus,
propterea medietas est, de mera iustitia suæ Mtis, immo, et plus qua
medietas, ea ratione, q fælicis memoriæ, Illma domina Isabella,
Ducissa suæ Mtis mater, fuit filia Illmæ dominæ Yppolitæ Sfortiæ,
Ducissa de Calabria, filiæ legittimæ dictæ dominæ Blancæ, et ob id
id dicta Ser.ma domina Regina, haberet iustitiam, et ius in dua:
bus partibus, ex tribus dictæ Ciuitatis
Cæterum, visendus erit, nomine nro Ser.mus princeps dominus Fer:
dinandus, maiori qua fieri poterit amoris nri testificatione, ver:
bisq honestissimis a nobis salutandus ac prospera omnia illi pre:
canda.
Deinde, agendæ illi gratiæ, q tam diligenter, causam nram Barensem
Cæsareæ Mti commendauerit, et roganda eius Ser.tas, vt postqua

Vicerex Neapolitanus, ademerit possessionem nobis Ducatus nostri Ba:
ren. cum summa iniuria, et preter spem nram, agere velit denuo, a:
pud Caesaream Mtem, per suas litteras, vt in possessionem ipsius Duca:
tus Baren. nobis ablatam restituamur, cognita iuris nostri serie, Illmus
autem dominus dux Mediolani, ad cuius instantiam haec iniuria est,
nobis illata, facile consequi poterit ius si quod habet, nos enim, et
Ser.ma domina, coniunx nra domina Regina, paratissimi sumus stare
omni iuditio.

Et vt in ea re Ser.tas sua, ita propensam se, et beniuolam exhibere digne:
tur, vti amor et coniunctio nostra postulat, quod vicissim illius Ser.ti
omnibus officiis nroque fraterno amore semper referemus.

Visendus etiam erit Rmus d. Cardinalis, Campeius, legatus apostoli:
cus, declarandum illi nobis esse gratissimum eius ad Regna haec ad:
uentum quod speremus eius consilio, ac ope summi Pontificis, nobis la:
borantibus multum accessisse,

Declarandum ei, quod cum nos duo, cum Ser.mo nepote nro domino Lu:
douico, Hungariae et Bohemiae Rege, soli tantam molem Thur:
corum et Thartarorum sustineamus, opusque sit, iam auctis in immen:
sum viribus ipsorum infidelium, et nobis laborantibus, omnium Christi:
anorum viribus, ad tantum incendium extinguendum, hortaretur ipse d.
legatus, summum Pontificem, vti Christianos principes, inter se dissiden:
tes quantotius vniret, ac nobis oportuno subsidio adesset, Alioquin
breui de re christiana actum videbitur.

Preterea exponendum illi, quod Vicerex Regni Neapolitani possessionem
Ducatus nostri Baren. nobis accepit, iussu fortasse Caesareae Mtis, ad
instantiam Illmi D. Francisci ducis Mediolani, et rogandum vt hanc in:
iuriam nram declarare velit Sanctissimo domino nostro, et rogare eius
sanctitatem committere dignetur per suas litteras nuntio suo, quem
habet in Curia Mtis Caesareae, vt vna cum nostris nunctiis, quos in
Hispaniam misimus, id agat, idque curet, quo nos et Serma Coniunx
nostra, ad possessionem eiusdem Ducatus nostri Baren., citra omnem
difficultatem, et moram restituamur, quam operam nos ipsi domino

legato, curabimus omnibus amicitiæ officiis, semper referre.
Quod reliquum est, erit prudentiæ nuncii nostri, ita operam, studium, et sermones accommodare, et dirigere, prout res, et dignitas postulabit nra: quod totum illius fidei, et industriæ committimus.

~~Joannes Dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Poloniæ.~~

SEr.me Rex, antequam has claudam, non abs re censui Mtem vram Ser.mam, quomodo Mtas Ces: in sua ægritudine habeat, certiorem reddere, fuit quidam Siculus, qui illius curam susceperat, et qui multos eadem ægritudine, suis pharmacis liberauerat, ille admissus Mtem Ces: quodam oleo, in spina dorsi vngere consueuerat, vnde melius habere cœpit, et non tantis horis, vt prius cruciari, tamen morbus ille abigi nequit, et adhuc statis temporibus, Mtas sua eo impetitur, miranturque hic plurimi, quod Siculus iste, vt compertum est tot curauerit, et Mtem Ces: sua arte iuuare non potest. hoc volumen, quod Mti vræ Ser.ma descripsi, queso Mti Reginali cum primis mittatur, nam illi de rebus istis scripsi in compendio. essetque non incommodum quod etiam Ill.ri domino Henrico Comiti de Nassau, et Marchioni de Zenete &c nomine Mtis vræ Ser.mæ scriberetur, et si fieri posset, aliquot Sobellorum quadragenæ, bonæ mitterentur, quibus ad Castrum Barcum, scalas admoueremus, vt cum tempore intercipi possit, De Relevio a Cancellario, dominus Doctor Bork, et ego intelleximus, quod illud Mtas Ces: nulli vnquam remiserit, et quod mallet dare, ex aliis prouentibus triplum, quam id, quod iure superioritatis ad eum spectat, dabimus nihilominus operam, et tentabimus omnia, si illud impetrare non poterimus, dilatio solutionis, per vnum annum, vt spero, nobis non negabitur, Alia hoc tempore non restant, Deus

finis est ep.læ sequentis.

opt: Max: per sanctissimi patroni nri sancti Stanislai intercessionem, det Mti vra Ser.ma, prosperam, et longaeuam valetudinem, atque contra atrocissimos nros hostes, suam diuinam protectionem, et faelicitatem.

N

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo Regi Poloniae

S.er.ma Mtas Regia, et domine domine clementissime.

Post humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Paulo ante per binas postas, et per ea, quae in Flandriam, et illam, quae ad vrbem hinc mittebatur, haec quae in hac temporis angustia potui Mti v. Ser.ma descripsi, quomodo huc xix Septembris applicui, et quam diu hospitium, neque colloquium, quod audientiam vocant, a Mte Ces: habere potui, et qualiter omnia hic infecta offenderim, sic etiam, quod magnus Cancellarius, has tres quadragenas sobellorum, sine Mtis Ces: consensu, nequaquam nomine Mtis vrae Ser.mae accipere voluit. Data tandem a me est opera, modis quibus potui omnibus, pro audientia hac habenda, quae habuit multos obices, in primis Ces: Mtis aegritudinem quartanam, quae ita morosam, et taediosam illius Mtem reddebat, quod etiam propriis negotiis, et non parum vrgentibus omissis, se in locum solitarium contulit, ad Cartusienses tribus ab hinc miliaribus, et deinde vlterius ad matrem in Tordesillis, vbi etiam audientiae meae, tractatus matrimonii, inter Catherinam sororem iuniorem illius Mtis, et Regem Portugaliae impedimento fuit. Post longam demum sollicitationem meam, in colloquium illius Mtis, x Octobris sum admissus, quod sic se habuit. Dominus magnus Cancellarius ad Tordesillis, vocatus hinc a Mte Ces: concesserat, ob hanc vt intellexi audientiam, quo cum peruenisset, scripsit mihi, vt ex inclusa copia ostenditur, quod Mtas Ces: gratum haberet

N

aduentu meum, quem hactenus ignorasset, si credere dignum est, cum
toties toties Comitem de Nassau, ipsum etiam magnu Cancellariu, atq;
alios officiales, de habendo hospitio, et per litteras, et per nuncios me-
os hortatus fuissem, perueni tandem, quemadmodu Cancellarius in lit-
teris suis voluit, pro tempore praefixo, ad Tordesillis, et illic ante
portam, nepotem domini Cancellarii, cum aliis quibusdam equitibus
inueni, qui me exceperunt, et ad diuersoriu Cancellarii perduxerunt,
cumq; cum illo per decursu fere vnius horae consedissem, et nunctios ali-
quoties ad Caesarem, quando venire deberemus misisset, data nobis
fuit adeundi facultas, et postquam foribus vbi erat Caesar appropinqua-
bamus, misit ad me illius Mtas bis, antequam fuissemus intromissi, vt
ea quae per me, nomine Ser.ma Mtis vrae essent dicenda, in compendiu
redigerem, nam illius Mtas, propter medicinas acceptas, diu occupa-
ri non posset, hoc etiam Cancellarius a me rogabat aliquoties, data de-
super fide introiui, vidi Caesarem stantem pallidu, macerrimu, vt vix
a me dinosci poterat, statim me viso, manu extendit, deinde, postqua illius
Mtem, nomine Mtis vestrae Ser.ma salutassem, exhibui illi creditiuas
addens, si commissa mea audire posset, me illa, quanto breuius daretur
relaturu. Mtas illius rogabat, vt cum magno Cancellario omnia con-
ferrem, et illi singula exponerem, qui mihi desuper respondere, et me
tandem absoluere deberet, Germanice postea Mtem illius allocutus, rem
totam legationis meae, ex compendio illi retuli, et rogaui, se in his om-
nibus, quemadmodu ipsa aequitas, et mutua sanguinis necessitudo, cum
Mte vra Ser.ma exposcit, exhiberet, et quod non crederet delatoribus, qui
niterentur fortassis variis suis fabulis, quae passim in aula Mtis suae fe-
runtur, hunc mutuu amorem, atq; coniunctionem inficere, Respon-
dit illius Mtas, se nunquam aliter sensisse, de Mte vra Ser.ma, quam
de fratre, et amico integerrimo, et se nullis delationibus moueri immo
se semper Mti vestrae Ser.mae, et in his rebus a me expositis, bonum
fratrem, et amicum exhibituru, et sic quasi venia petita, vorzeit
mir, dicens, se in conclaue suu contulit, non potui certe, non condolere,
huic bono iuueni, sic male hac aegritudine affecto, inde rursus post

prandiu, a magno Cancellario in Valle oleti, confectis decem miliaribus
nostris redii, nam locus ibidem, non erat in diuersorio. rediit etiam
die sequenti Cancellarius, qui ea quæ Mti Ces. exponere debui, in scri:
ptis a me postulauit, et accepit, et se desuper, cum aliis Consiliariis,
ad hoc deputatis consulturu dixit, paulo post misi rursus ad eum, que:
rens, si Cæsar, vt Sobellos acciperet, iam consensisset, ad quod mihi
respondit, vt in copia inclusa habetur, vnde Mtas v. Serma, quo mo:
do hic negotia tractantur intelliget, postero die illum accessi, hortans,
vt pelles illas susciperet, promittens me germanice, cum Cæsare seorsu
ea de re loquturu, cum primu admitterer in colloquiu, ille vero, nequa:
quam annuere voluit, nisi prius Cæsar illi mandaret, et etiam dixit,
si essent plures centu vicibus, quod eas contra iuramentu suu Cæsa:
ri, de hoc officio præstito non acceptaret. re, hoc in cardine stante,
aduenit huc mihi multu desideratus, et de quo etiam in litteris meis
ad vrbem missis memini, Dominus Doctor Borg, qui quanto me gau:
dio, suo aduentu affecit, neq scribi, neq dici potest, hærebam enim non
in paruo rerum gerendaru dubio, presertim cum de hæreditate Ser.
ma Reginalis Mtis, nulla mihi certa data fuisset instructio, et
hic ego rem aliter se habentem, quam in Neapoli fui edoctus, inueneram,
habitis tot cum magno Cancellario, de sequestro interposito disputa:
tionibus, de quo hic primu ab illo habui notitiam, illeq iure inter:
positu, et reuocari non posse assereret/. Quibus modis hoc in turbine
versatus sum, vt is qui libenter in rebus commissis bene seruiret,
Deo notum est, habet hic continuu suu sollicitatorem Dux Mediola:
ni, quenda nomine Camillu, hominem bene industriu et doctu, qui nul:
lam omittit operam, quo sequestrum fixum maneret, fuitq apud me,
et ad longum est mecum de his rebus collocutus, volens quippiam
expiscari, interogabat etiam, si mandata haberem, ad ineundam
amicabilem compositionem, qui sibi dignum responsu reportauit/.
Illustris dominus dux Calabriæ, cum quo nuper fui in prandio, apud
magnu Cancellariu, non videtur contra Reginalem Mtem, quicquam
duriter sollicitare, ibidem ad tabula magna cum diligentia, de fæ:

licitate, et prospera valetudine Mtis vestræ Ser.ma et Reginalis
quærebat, et se obtulit, vt moris est, verbis generalibus. videtur
ista Tragædia de sequestro, ex alio fonte manasse, et quod forte
non ob aliam causam sit factu, quā vt sub hoc colore Castru habe:
ri possit Baren. de quo timebatur propter legationem facta in Gallias,
ne in manus Gallorw traderetur, vnde omnes istæ difficultates cer:
to habent originem, si Castru hoc fido Castellano fuisset custodi:
tum, hac nunc careremus molestia &c. Dominus Doctor Borg. huc
appulit, et in hospitiu meum, qualibet septimana pro tribus Ducatis
conductu, diuertit quindecima octobris, et xxiiij eiusdem Mensis,
post sedulam nram solicitationem, vtrinqz factam in Tordesillis, a
Mte Ces: habuit audientiam, quam ego eo modo, et apud Cancellariu
et apud comitem de Nassan, procurabam, vt sine tedio, re, et necessita:
te id exigente, a Mte Ces: præstaretur, quod cum illius Mtas iam
habere melius cœperat, impetrauimus. Perorabat itaqz dominus Do:
ctor, luculenta oratione, ea quæ in mandatis habuit, ad quæ in summa
responsu, q super his rebus etiam per me ante expositis. per Consilia:
rios iam tractaretur, vnde breui expeditionem sperare deberemus, sic
iteru dimissi, et cum Cancellario pransi, decem hæc miliaria rursus
in vallem hanc oleti confecimus, et ne quicqua intentatu relinquere:
mus, xxviij prædicti Mensis, me iteru in Tordesillis ad magnu Can:
cellariu, et comitem de Nassan contuli, a quo pecii, vt me seorsum
in colloquiu admitteret, in quo cum essemus, ad spatiu temporis sa:
tis longu. illi iustitiam, et iura Ser.ma Reginalis Mtis ab ouo
vt dicunt exorsus exposui, et quomodo contra omnem iuris ordinem
causa indicta. Ser.ma Mte vra, et illius coniuge non requisita,
neqz ad hoc vocata, in continuata possessione, fuisset factu sequestru,
omni æquitate, et sanguinis necessitudine posthabita. quod Mtas
vra pro insigni iniuria, non abs re egerrime ferret, misissetqz hunc
mihi dominu Doctorem pro collega, ad tractanda hæc negocia, apud
Mtem Ces: quo res hæc curæ, et cordi esse. Mti vræ Ser.ma liqui:
dius cognosceretur, vnde cum inter omnes alios illius Il.tas Mti Ces:

esset acceptior, et in quem plurimu confideret, pro sua fide, qua Mti
Ces: devincitur, velit apud illam dare operam, vt huiusmodi sequestru
deponeret, et vt Ser.ma domina Regina, in integru restitueretur, ne
inde Ser.ma Mtas vra, quæ nunc magis, quam vnquam ante, cum infideli:
bus occuparetur, graviorem animu conciperet, vnde forsan cogeretur
pacta, et fœdera cum Turcis presertim, inire, toti Reip. Christia:
næ plurimu nociua, perpenderetq, cum Turcus a parte nra esset se:
curus, nec a nobis quicqua metueret, quo arma, et vires suas, foret
conuersurus? quod facili posset coniectura consequi, Italia cu et Sicilia
citra, et vltra pharu, illi esset vicina, precipue his intestinis bellis sic
stantibus/ perpenderet etiam, q Ser.ma Mtas vra, Mtem Ces: omni
semper amore, atq obseruantia, quod clare in electione est testata, pro:
sequitur, et quod illi inter alios amicos non vulgaris est, et esse semper
potest, daretq operam, ne istiusmodi amor, et obseruantia, per tam in:
signem iniuriam corumperetur, immo potius efficeret, vt status iste Baren.
Ser.mæ Coniugi Mtis vræ, quemadmodu omni iure debet, redderetur.
et quod si conficeret, vt status integer cum castris suis restitueretur, pol:
licebar illi, saltem ob quandam Mtis vræ Ser.mæ erga illu gratitudinem,
quingentos Ducatos, et sobellos a Mte vra pro Regia veste, et adhuc
in futuru maiorem Mtis vestræ munificentiam, cum verbis consuetis.
hæc cum a me longiore sermone, cum accurata diligentia audiuisset,
respondit, se prius istius negocii, sic ad vnguem fundamentu non sciuisse,
et quod crederet Mtem Ces: hac de re, non bene fuisse informata, q in se:
questru huiusmodi consensisset, velletq cum Mte Ces: et consiliariis de:
super colloqui, et speraret, qd illius Mtas omne id factura esset, quo
Mti vestræ Ser.mæ, quam pro singularissimo fratre haberet complaceret,
et morem gereret, et addidit q a Mte vra Ser.ma, nihil vult, nec
habere cupit, qua illius fauorem et beniuolentiam, et vbi Mti vræ
Ser.mæ inseruire posset, se semper presto futuru, et in fine a me que:
siuit, si etiam cum magno Cancellario, de hoc negotio essem loquutus,
et cum retulissem, q sæpius, respondit, et ego cum eo colloquar, et spe:
ro, q voti compotes redibitis./ Paulo post, vocauit me dominus Can:

cellarius, et interrogauit me, Si fuissem in Aula, fatebar, et dixi illi ea
quæ cum comite de Nasau, fueram loqutus, inde quodam rubore suf:
fusus, inquit Mtas Ces. non negabit inuestituram Ser.mæ dominæ Re:
ginæ Poloniæ, saluo tamen iure tercii, quod semper in inuestituris in:
telligitur, etiam si non exprimitur, et de omnibus planius quam prius
mecum loquebatur, dixitq; se ad Consiliarios huc scripturum, vt his re:
bus finem imponerent, et postquam scripturas haberet, vellet eas de:
cretatas, ad me remittere, sic fuit inter nos discessum, et ego ad Vallem
oleti, ad dominum Collegam meum, hac nocte eadem redii. Secunda die
nouembris, misit ad me scripturas decretatas, quarum copias his in:
clusi, ac etiam copiam litterarum, quas desuper ad me scripsit. ex his
omnibus Mtas v. Ser.ma liquido intelliget, in quibus adhuc res hæret,
Cum itaq; cum domino Collega, decretationes illas accurate perlegis:
semus, inuenimus castra, sub specie quadam iuris detineri, et Mtem
Regialem, ad cautionem de stando iuri, et iudicatum soluen astringi,
quo moti iterum Cancellarium, in Tordesillis conuenimus, antequam Mtas
Ces: versus Madrillis 33 Miliar, hinc discederet, et de Castris, cum
illo multa contulimus, et hanc scripturam per modum supplicationis, cuius
etiam copia his nectitur, illi dedimus. Sed cum Mtas Ces: in præcin:
ctu exitus fuerat, nihil effici potuit, remissumq; est hoc negotium in
Madrillis, vbi inuestitura more solito, et homagium per nos de hoc sta:
tu Mtis v. Ser.mæ nomine fieri debet. Nosq; huc pro litterali expedi:
tione, ad Cancellariam sumus reuersi, post biduum aut triduum ad Cæ:
sarem ituri. Hæc sunt, quæ hactenus per me, et dominum Doctorem col:
legam meum, multo labore, et tædio, acta sunt. Cum autem vterq;
nostrum intelligit, quod hæc expeditio non erit ita clara, quin necessari:
um sit, rursus huc, vel scribere, vel mittere aliquem, perpenden
tam longam viarum intercapedinem, et periculosam stante hoc bello
profectionem, Et ne maiores expensæ fierent, ex re et ex vsu negocio:
rum nostrorum commodum putauimus, quod vnus nostrum hic remaneret, donec
causa in quietum perueniret finem, quapropter alter alteri persuadere
nititur, vt hic maneat, quod ego adhuc suscipere non ausi, licet

res id expostulet. Nunquam enim Ser.me Rex, ex mandato mihi a Mte vra Ser.ma praescripto discessi, et quamuis expediat, neqz in presentia mihi integrw id facere censeo. in primis quia in litteris Mtis vrae Ser.mae, quas dominus Doctor mihi attulit, nihil scribitur, quod hic immorari deberem, neqz oretenus, a vra, et Reginali Mte, nulla eadere, ad me commissionem habuit. Meminiqz in discessu meo, a Mte vra Ser.ma illius verbi, quod mihi dixit, vt operam darem quod quantocius a Mte Ces: expedirer et reuerterer, quod etiam in Creditiuis meis, ad Mte Ces. clare est expressw. accidit praeterea, q adhuc cum domino Secretario Ludouico Aliphio, legatio ad pontificem, ex mandato Ser.mae Mtis vrae, mihi restat peragenda, quo modo igitur contra voluntatem Mtis vrae Ser.mae, cum mihi nihil, neqz in aliis, neqz in nouissimis suis litteris iniunxit hic manere debeam? penitus metuo, ac haereo. Nollem etiam videri, quod vltro me in huiusmodi moras ingererem. Deus mihi testis est, quam libenter hic hucusqz fuerim. Satis superqz mihi Hispania nota est, essetqz tempus, q aliquan post tot, et tantas incommoditates perpessas, post tot discrimina atqz defatigationes, tandem quiescerem, quae adhuc singula, et maiora in seruitio Mtis vrae Ser.mae nauci facerem, modo illius voluntas mihi cognita esset, quo fit, q totus animi pendeo, neqz quid mihi faciendw, in hoc dubio satis certus sum, mallem enim me nunqua in viuis fuisse, quam fidem meam bene conseruatam, in minimo suspectam fieri. quam vt in Deum meum confido incorruptam sepulchro mecum inferam, quicquid erit, cum apud Cesarem in Madrillis constituemur, hoc a me quod expedire seruitio Mtis vrae Ser.mae videbitur, et quod necessitas postulabit fiet. mutuoqz cum domino Doctore collega meo, homine gerendarw rerw perito, et singulari inditio praedito, consultabimus, et id agemus, quod fieri oportebit. Sic mihi in fatis esse suspicor, q nunquam in vno anno, ex Hispania redire possw. His omnibus Mtas vra Ser.ma, pro incomparabili sua prudentia, et clementia in omnes bene meritos precipua prouidebit. | Visum hic est quibusda, quod preter multorw opinionem, hic multa hoc tempore expediuimus, preser:

tim hanc investituram, et sequestri revocationem, sed quantum ego conij-
cere possum, temporum haec mutatio, non parum nobis profuit, alias ma-
iores adhuc difficultates habuissemus, In Castro Baren omnis vis est.
Si illud extorquere possemus, Salua res esset. Dabitur quantum in nobis
est omnis opera, precio, precibus, minis, conuenientibus, et aliis modis
omnibus, vt illud expugnare possimus. In magno Cancellario adhuc
periculum faciemus, quamuis in muneribus capiendis sic se reddat dif-
ficilem, Septima huius Mensis, primum accepit Sobellos, habito Mtis
Ces: assensu, quam cum dominus collega perorauerat, germanice roga-
ui, ne illi foret aduersum, quod dominus Cancellarius hoc munus a Mte
vra Ser.ma susciperet, cum non ob aliam causam daretur, quam, vt
mutuum amorem, ac beniuolentiam, inter vras Mtes, indies redderet
auctiorem, sic illius Mtas Ces: vocato rursus Cancellario, qui pau-
lisper secesserat, iniunxit ei coram, vt sic faceret, missis itaque illi su-
periori die Sobellis, nos in prandio habuit, et Mti vrae Ser.mae ingentes
gracias egit, seque semper bonum seruitorem illi futurum pollicebatur,
illic etiam cum eo de litterali expeditione contulimus, vnde statim, pro
Secretario Regni neapolitani, Petro Garcia misit, illique commisit, vt
cum diligentia omnia conficeret, iuxta Decretationem factam, Cui copi-
as omnium priuilegiorum auctenticas Reginalis Mtis dedi, sub quorum
tenore inuestitura, et confirmatio desuper conscribi debet, litteras pro
tollendo sequestro, adhuc vsque ad Madrillis distulimus, vbi de castris
agendum erit, vt illa asserere possemus, omnia alia hic conscribentur,
ne cum ad Caesarem venerimus, pro his expediendis noua mora sit necessa-
ria, facto ibidem sub consuetis ceremoniis, de statu Baren homagio, et
habitis litteris inuestiturae, confirmationis, et tollendi sequestri ad vice-
Regem, ac collaterale consilium deinde pro iuramento fidelitatis, prae-
stando, ad vasallos status praedicti, vnus nostrum neapolim redibit. Si res
haec Reginalis Mtis ibidem in inditium venerit. Summa omnis in hoc
puncto consistet, quemadmodum disputando, a magno Cancellario, iam
saepe intellexi, an verbis enunciatiuis Regis Federici, qui hanc cessio-
nem, per ducem Ludouicum factam in priuilegio suo testatur, standum sit

N

nec ne. Erit itaq; illic caute agendu, cum omnia illic, vt expertus sum sint venalia, Quæ sunt ad principale negotiu responsa. quod spectat suppetias contra infideles Mtas vra plane intelliget, ex copia legationis meæ, et responsi. Superiori anno, cum hic idem agerem, remittebatur Mtas vra Ser.ma, ad summu pontificem, nunc vero ad ipsum Deum, in illo solo spes nra esse poterit, hic nulla, etiam si facibus quæreretur inuenio. Inuenio hic nudam paupertatem, et reru omnium inopiam. Soror Mtis Ces: quæ in Portugalia mitti debuit, et alia multa negotia, quæ ipsu concernunt Cæsarem, ob istam perpetuam egestatem impediuntur. Tractatur iterum pro pecuniis modis omnibus, et curte, quas nos conuentiones vocamus, in Arragonia, et valentia seruari debent, hinc est q in Madrillis non diu stare Cæsar poterit. Erat hic bona spes pacis, si frater Nicolaus, de Schenberg Capuanus hic appulisset, quem fortassis non abs re Galli retinuerunt, sicq; istius belli finem nondu video. Fertur xxvii octobris Ser.mus Rex Galliæ, cum omni sua potentia, atq; ingenti exercitu, iam Transalpes peruenisse, vsq; ad oppidu Astsubandiæ, xx forsan miliaria a Mediolano, et si partes in Italia habuerit, vt hic suspicantur, facile illa potietur, tamen iste ludus, nondu habet finem, Est hic quidam homo medii, vt multi autumant cerebri, Sophi Regis Persaru nunctius, qui Cæsarem, et alios Christianos principes, ad fædera contra Turcas hortatur, decreueratq; Cæsar, vnum de suis, cum illo ad Sophi remittere, quod illius egritudo, et alia grauiora negocia, obiter incidentia non admittunt, et sic adhuc ille hic detinetur.

N

Summus Pontifex, in hoc negotio status Barew duo oratoribus Florentinis misit breuia, cum mandatis vt ipsi fassi sunt, serio eis iniunctis, qd cum diligentia hoc apud Mtem Ces: sollicitarent, sed sicut ab illis edoctus sum, coram Cæsare istius rei nullam fecerunt mentionem, asserentes se non habuisse, de rebus magis arduis, cum Cæsare colloquendi commoditatem, vnusq; eorum, nuper coram domino Cancellario protestatus est, q cum illo de ea re contulisset, id Cancellarius quasi non audisset transiit, nos credimus q nra negotia, omnibus curæ essent,

non secus atq nobis, sed interdum res se longe aliter habet. hae tempo:
ra multum profuerunt, caute tamen illis est vtendum. Inueni hic domi:
num Doctorem Samsonem Ser.mi Regis Angliæ oratorem, qui ante duos
annos etiam hic fuerat, et cum quo mihi fuit singularis consuetudo, au:
diui eum tam bene conquerentem, de hospitiis, atq ego sum conquestus,
stetit etiam octo diebus, antequam commodum habere potuit, in villa hic
vicina, neq ordo, neq respectus hac in re hic habetur, bis cum illo fui
in Tordesillis, et quia diuersorium habere nequiuimus, semper versus no:
ctem redire cogebamur. Est nunc quædam displicentia, inter Cæsarem,
et Regem Angliæ, quod ille non ingressus sit Gallias, vt forsan promisit.
Anglici conqueruntur rursus, quod Cæsar illorum auxilio, multa accepit,
et occupauit, de quibus non æqua datur porcio, sic nihil ab omni parte
beatum est, sed vt redeam de hospitio, datum est tandem mihi cum
Collega satis commodum, vt vbi illud eum admodum instruximus vt volui:
mus, iterum discedere compellimur, misimus pro alio, versus Madrillis,
quale id futurum est experiemur, Creditur a plærisq de nostris, quod in sum:
mis hic viuatur deliciis, gaudeo plurimum me testem hic nactum, qui ali:
quando exponet quales sint. videtur mihi multum fortunis meis accessis:
se, quod illum Deus, et M.tas vra Ser.ma huc miserit, quo mihi facilius cre:
detur. Aliud est esse oratorem, apud M.tem vram Ser.mam, aliud hic,
apud nos ducuntur, conducuntur, reducuntur, ab omnibus honorantur
Oratores, et nemo est qui talis esse non cuperet. hic est currendum, solli:
citandum, expectandum, et ante fores standum, et interdum sine admissio:
ne redeundum, presertim in odiosis, quæ mihi fatalia sunt, sed de his hac:
tenus, Aula ista, ab ea, quam nouissime videram, multum decreuit,
hinc fit, quod Marchio Joannes Brandenburgensis, cum vxore sua, totus
vxorius, agit Valentiæ, neq hic verbum quidem de eo auditur. De re:
bus uris Prutenis, nihil hic intelligere potui. Dominus Joannes Hannard
qui, vt a Cancellario intellexi, M.ti vræ Ser.mæ Vellus aureum portare
debuerat, nondum rediit, Ille res Germanicas, cum Maximiliano
Transsiluano, qui etiam, quod in Curia viuere non potuit, discessit, dirige:
re solebat, in locum illorum dominus Præpositus de Valtkirchen

assumptus est, nihil hic aliud de magistro Prussiae intelligere potui, quam q inter principes Germaniae pro luthero ligam fecisset, et quod uxorem ducturus esset, haec a magno Cancellario habui, et quod se Joannes Hannard excusasset, non potuisse, ad Mtem vram Ser.ma peruenire, quam pro Mense Julio, in finibus remotissimis Tartarorum agere scribebat, quo vellus hoc aureum illi presentasset, et quod ea de re Caesar non esset contentus, mandassetque denuo, vt per alium ad Mtem v. Ser.mam perferretur. Ad ea, cum nihil in mandatis habui, tantum respondi. Aliud fortasse subest, cur perlatum non sit. Eo enim tempore Mtas v. Ser.ma, quod etiam Cancellario dixi Cracouiae agebat. Reliquiae adhuc sunt germanicarum machinarum, vtque semel finiam, Si in tam longo scribendo volumine fui morosior, peto veniam. Et me humillime, vt domino meo clemen.mo Mti vrae Ser.mae commendo. quesoque cum me hinc reuocare dignabitur, mihi ad Ser.mum Galliae Regem litteras mittat, quibus redeundi, saluum conductum impetrare possim, illum quem pro tribus Mensibus habui. dudum expirauit. Ex valle oleti Castiliae xij. Nouembris. Anno. M°D° XX iiij°

Ioannes dantiscus Or Petro Tomicio Epo Crac Vicecan

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me. Humillimam commendationem. Dominum doctorem Borg et litteras d.nis v. Rme, ita libenter vidi et excepi, vt vnquam aliquid, quod in hoc mundo mihi fuit gratum, ea omnia quae cum illo hic egerim, ex litteris meis satis prolixis ad Mtem Regiam intelliget, intelliget etiam difficultates meas, in quibus hic versor, cum mihi neque redire, neque manere satis sit integrum. Potuisset mihi saltem d. vra Rma, pro solita sua in me gra aliquid significasse, si aliqua difficultas se in his rebus offerret, presertim de

mora hic facienda, quid mihi sequendum foret. Nusquam profecto in animo meo sic fui turbatus et perplexus, Et quemadmodum hanc profectionem huc non ambiui, vt d.^ni v. R.^mae cognitum est, Sic etiam ferre potuissem, vt quisquam alius, qui largitionibus id quærebant hic pro me fuisset. hoc quod ego semper timui, et cum d.^ne vra R.^ma loquutus sum aliquoties euenit. Omnes enim has difficultates per D. habemus, Omnes tractatus hic passim a pueris canuntur v X x 6 φ d 2 3 φ B L x φ9, vlterius itaque caute erit ingrediendum, ne vel hunc Regem Franciæ, vel Cæsarem offendamus ff ƀ 6 9 Ǝ π H A B o φ ≠ x 2 adhuc nondum est finis D apud ff se dixit ad summum pontificem esse missum W A 2 2 6 ≠ o, 2 2 ƀ ≠ vt tanto (melius et expediretur) ≠ 6 9 o x 6 v X 6 o d φ 6 L ƀ φ, et multa ibidem promisit X φ π ≠ o 2 d L, et cum hoc non eueniet, nouæ erunt suspitiones, et timendum est, ne postea vtrumque amittamus B 6 X L 2 L 6 φ ƀ L φ x ≠ ʃ ƀ 6 v ≠ o LL φ ≠ x 2, quod pro sua prudentia incomparabili, d. vra R.^ma melius quam ego describere possum intelliget / nusquam tuta fides / ego hic cum sic mihi est in fatis manebo, velim tamen. Si cum gra Regiæ et Regialis M.^tis fieri possit, vt cito reuocarer, et alius etiam periculum faceret, quid hic agitur, Non tamen vt ego volo, sed fiat voluntas dni.

/ queruntur mirabiles viæ, vt reor a principibus quibusdam Germanis hoc potissimum tempore, quibus amicitia, et beniuolentia, inter M.^tem Ces: et Ser.^m dominum nostrum, infici, et penitus tolli possit, quo factum est, quod hactenus ʃ ƀ 6 9 9 x 2 v x φ 6 ƀ ≠ non est X 6 φ 9 v L ƀ ≠. nuper etiam audiui in Simposio vna cum domino Doctore Borg. a præposito, de Waltkirchen, qui hic nunc omnia Imperii, et Germana negocia dirigit, quomodo huc fuissent missæ litteræ Ser.^mi domini nostri, quas ad Regem Hungariæ scripserat, et ipse dominus Præpositus gloriabatur se eas legisse, in quibus continebatur, quomodo Ser.^mus dominus noster Regem Hungariæ hortabatur, vt pacem faceret cum Thurcis, si viribus suis diffideret, modis quibuscunque ƀ L X v 3 6 ≠ + v 3 A φ 6 L 3 x ≠ L ƀ φ 3 o 2 2 o x d φ o 7 x 2 2 ƀ d 2 o o + + d o 6 φ 6 L ≠ π o o 2 ʃ ƀ o 7 x 2 3 ƀ ≠ ʃ ƀ 6. quod

hic factum contra Caesarem sunt interpretati, hinc perpendat d. v. Rma qua secreto res nostrae, apud illum bonum Regem seruantur, et qui sunt qui haec secretiora partim nrarum huc mittant, tales tractatus meo rudi inditio per litteras fieri non deberent, cum sic periculosum sit, et haec Curia boni Regis tot malis hominibus regatur. Amisimus nra incuria Castrum Barem, unde omnes has difficultates habemus, + δ σ1 L d β б l C 3 x 4 ∱ x v o ꝓ φ 5 σ1 β L v 2 x σ1 2 3 π 8 o δ 3 L d 2 2 L d ᵽ б 6 o φ ꝓ σ1 d 2 ᵽ π L x σ1 L o A ᵽ l б 6 ꝓ б 3 v 2 l б 9 9 φ β δ 4 A L β π β + б 3 d L 3 A ꝓ L б 3 δ 9 ᵽ v 3 φ ꝓ б ꝓ A β б ∱ x σ1 L hoc non scribo, ut σ1 9 9 d β π 3 б ꝓ б 4 2 A o + σ1 o б 2 4 A v б l δ A ꝓ σ1 L φ 2 4 б 3 δ 4 x σ1 d 4 ᵽ A 9 9 x β L, sed de his aliquando coram latius, haec summa fuit Caesarianorum practica, ut castrum hoc, mox post mortem Illmae dominae Ducis haberent, dubito valde, de restitutione, hinc nos fortassis cogeret, si iure statum hunc habere nequiuerint, ut per huiusmodi difficultates cum vendamus. Intellexi etiam Neapoli a domino Secretario, Ludouico, quod Illma domina Dux б δ 9 9 x 4 2 x ᵽ б ꝓ δ 4 σ1 δ 2 habuerit, bene fuit instructum, et optimis machinis munitum &c. Status Italiae mutatus est vehementer, postquam Dux Borbonensis neruo carens secedere fuit coactus, aliqui hic dicunt, quod W 2 б β 3 σ1 v L 3 x 4 ∓, quod si sic fuerit, actum est. Alia hoc tempore hic non habentur, ea quae postea se offerent, cum hic remanere debeo, scribam copiose, et sedulo. Interea d. vra Rma mei dignetur habere rationem, ut cum viatico mihi prouideatur. Los trecentos Ducatos, quos ex dispositione Georgii Hegel, ad fidem Dnis vrae Rmae accepi, queso apud Mtem Regiam efficiat ut soluantur, illos habeo in deposito, pro meo reditu nam hic nihil spero. Cum Rmo domino Doctore Borg. latius de omnibus. Comendo me et sacellum meum humiliter dni v. Rmae. Deus opt. Max. faxit, ut illam breui saluam, et incolumem videre possim, et ab illa neque latum unguem dimoueri amplius. Ex valle oleti Castiliae, xij. nouembris. Anno dni Mo Do xxiiij.

Joannes Dantiscus: orator
~~Petrus Tomicius Eps Crac Vicecancell~~
Chrophero à Schidlowiecz Palatino et
Capitaneo Crac Regni Poloniae Cancell.o

MAg.ce, et gro.me domine. Humillimam servitiorum commendationem. Cum certo sciam ea in notitiam M. vrae ventura, quae ad longum Ser.mae Regiae M.ti descripsi, nolui prolixis meis litteris M. vrae esse morosior, sed illa in compendium conferre, in quibus gracia et adminiculo M. vrae plurimum egeo, cum adhuc totus essem Caesarianus, nulla mihi cum domino Antonio Rincone potuit esse consuetudo, qua de re, cum nuper in Curia Christiani Regis Franciae, cum ipso domino Antonio multa sum loqutus, obtinui ab eo, ne hanc meam inofficiositatem, si dici potest, aegre ferret, rogavitque me, cum aliquando ad M. vram scriberem, illi eum summopere commendarem, unde postquam hac in Aula mihi est immorandum, et salvus Conductus, quem a Rege Christiano habui evanuit, alius mihi pro reditu erit impetrandus, pro quo a M.te Regia, ad illum Regem litteras pecii, et a M. vra alias ad dominum Antonium peto, quibus ille facilius operam suam apud M.tem Christianam impenderet, ut liber mihi transitus per Gallias in reditu daretur. Dominus Antonius de mea erga illum excusatione fuit contentus, quae haec fuit. eo tempore cum esset apud nos mihi fuit incognitum, quid nomine Regis sui apud Ser.mum Regem nrm tractaret, Cum autem postea mihi res haec in notitiam venisset, presertim de ista coniunctione, et affinitate utrinque composita, non potui nisi illi favere cui Ser.mus dominus meus bene vellet, quo fieret. Si prius illi fortassis fuissem adversus, nunc velim deinceps illi semper esse addictus. Collaudavit hanc purgationem meam, et se posthac ea de re nunquam mecum expostulaturum promisit. quomodo a Christiano Galliarum Rege fuerim exceptus, et quam humaniter ab illius M.te in Lugduno habitus, aliquando coram referam. Interea me D.ni v. Mag.cae, ut domino meo gro.mo commendo.

Et rogo rebus et fortunis meis, post tam longam duram seruitutem, vbi occasio se offeret, coram Ser.ma M.te Regia fauere velit. Datum ex valle oleti villa Castiliæ xij nouembris Anno d.ni M.o D.o XX iiij.o

Ioannes Dantiscus Orator /
Petro Tomicio Ep.o Crac. Vicecan.o

R.me in Christo pater, et domine domine gr.o(sissi)me. humillimam commendationem, superiori die xij præteriti M.ti Regiæ omnem historiam, quæ eo tempore habebatur, per multam papirum descripsi, et d.ni v.ræ R.mæ seorsum, aliqua in ciphris, quarum scriba meus exemplum non fecit. quæ omnia per postam ad vrbem expeditam transmisi, et illarum litterarum, si forsan non essent perlatæ, iterum copias mitto, ex quibus intelliget d. v. R.ma, in quibus hactenus cum domino Doctore Borg difficultatibus versati sumus, et quo tandem rem perduximus, si Dux Mediolani iam in Cremona quodammodo captus, iuridice contra hunc statum Ser.mæ Reginæ dominæ nostræ agere non poterit, presertim si standum erit priuilegiis Ser.mi Frederici Regis, status iste, iam sic per M.tem Ces. confirmatus, deinceps Reginali M.ti erit pacificus, quemadmodum illum Ill.ma dux mater tenuit et possedit. Cum autem aliquando inter os et offam aliquid intercidere solet. Dominus doctor, et ego, commodum censuimus, vt vnus hic nostrum donec omnia per nos expedita firmarentur maneret. Sors autem super me cecidit, non tamen eo modo, quod me vltro ingessferim, vt dominus Doctor testabitur, sed ne quicquam per me stetisse videretur, vnde cum aliter fieri non potuit, hic maneo, et pro solita mea fide, donec M.ti Regiæ visum fuerit, manebo, modo ista mansio, non ex me ipso prouenisse censeatur, iam ego fere possem ab omni ambitione liber, quod alicubi in angulo non procul a d.ne v.ra R.ma inglorius delitescerem, quod nemo mihi post deum, quam d. v.ra R.ma efficere potest, in quam hic in

in terris omnis mea spes sita est / nihil est quod magis me hic angit, quam ꝑ
multas peccunias exposui, et in dies expono. ne mihi aliorsum, quam fidei
meæ conuenit ascriberetur, qua de re pauca annotare libuit, ex quibus pre:
ter expensas, non parua summa exposita dinoscetur. Postquã cum do:
mino Ludouico Aliphio, collega meo Veneciis primũ applicuissemus, illi vi:
sum fuit, vt in vestibus luctus illic alloqueremur Ducem, vnde quisq; nos:
trum eiusdem valoris pannum, pro superiori veste, et subtus de serico raso,
quod atlas vocant pro saione emimus, Constabat enim 33 ducatis,
quæ vestis adhuc est Neapoli apud dominũ Ludouicũ. Si meminit d. vrã
Rma, antequã Crac. exirem: dixi, me pro expeditione de peccuniis mihi
pro expensis datis xxxx ducatos exposuisse / immorati Veneciis, et Fer:
rariæ, pro pompis nostris illis qui nos curarunt, nomine istorũ principũ
et Cimbarũ ductoribus, pro parte mea 21 ducatos voluimus lucrari, in e:
quis antequam triremem ascenderemus, postea vix nobis tantum pro
eis solutum est, quantum in hospitio consumpserant, pro triremi, et iti:
nere Veneciis emi lectũ portabilem ligneũ pro 3 Ducatis, et quæ ad le:
ctum spectant 6 Ducatis. dominus Ludouicus soluit pro naulo patrono,
Postquam Bariũ venimus, et dominus Ludouicus Neapolim iuisset, meq;
ad se vocasset, pro conductis equis vsq; Neapolim exposui ducatos xvi,
quando illic erat exeundũ, versus Hispaniã relicto lecto, vt voluit
dominus Ludouicus, pro aliis equis dedi Duc. 50 per Italiam, et vlterius
/ pro bolletinis et conductoribus viarum expertis exposui ducatos 30 huc ve:
niens, pro alio lecto ducatos 5. pro apparamentis, et duabus auleis, pro
vsu cameræ, et quibus equi, qui portant sarcinas teguntur ducatos x. pro
scutellis, discis, Mensalibus, et aliis ad quottidianũ vsum necessariis duca:
tos xii, pro quatuor peciis argenti, vase quo aqua funditur, et 5 pateris,
45 ducatos, pro panno, quo famulos ad hiemem, et me vestiui, 24 Ducat.
pro pellibus ouinis, quibus tres vestes subduxi 26 Ducat. alia quæ mino:
ra sunt, et quæ ad quottidianũ vsum emuntur, omitto. hic enĩ in hospiciis
et in itereundum, nihil reperitur, quã id, quod quisq; secum portat. Sum:
ma istorum expositorum facit 318 ducat. De expensis nisi esset moro:
sum, etiam dari ratio posset. Sed hæc deo bene fauente aliquã coram,

ne cuiquam ansa calumniandi me relinqui possit. hæc ideo d.mi v. Rmæ de:
scripsi, et ingenue in illius notitiam peruenire volui. si forsan alia de me a:
pud principes nostros haberetur suspitio, vt illam diluere possit. nollem e:
nim, donec spiritus iste, in hoc est corpore, q d. v. Rma propter me ruborem
aliquem habere deberet, potius mallem me nunqua esse natu. Scio etia q
non mihi, sed d. v. creditur, quæ vt fortunis meis, aliqua accessio fieri pos:
sit, in has legationes me struxit, in quibus Deo bene fauente, cum sic mi:
hi est in fatis ita me geram, q nec mihi, nec d. v. Rmæ, quicqua honesto
contrariu impingi possit, cum hoc semper vtili preponere consueuerim.
Proinde d. v. Rmæ, vt domino meo vnico, et clemen.mo humiliter supplico,
si cognouerit, q hoc duro, et fideli meo seruitio, per nescio quas delatio:
nes, quas non metuo, vel in principu meoru indignationem, aut aliquam
suspitionem fidei meæ non conuenientem, incidere deberem, velit effi:
cere, vt cum primis reuocarer, vt me inde exonerare possem, nullus est,
cui non hunc honorem faueo, in quo sum hic, et certo etiam per salutem
animæ meæ. Mihi credat d. vra Rma, q mallem esse minimus apud
d. vram Rmam scriba, vel stabularius, quam hic agere, et sinistræ sus:
pitioni esse obnoxius. Scripsi in litteris, ad Principes meos, q mihi re:
starent, de omnibus hic, et a domino Doctore acceptis pecuniis, quin:
genti Ducat. De quibus vt dominus Doctor scit, quinquaginta iam desunt.
Accepi igitur ad fidem meam, ab illo in mutuu centu Ducatos, prius eti:
am centum de meis exposui, illos libenter impendam, saltem vt aliqua
iniqua nota caream. De omnibus me ad d. Doctorem refero, qui vt vir pro:
fecto bonus, et integer est, quicquid de me dixerit Oraculum esse volo. ille
etiam aliquando referet, qua ego ex mandato d. v. Rmæ cum collega
meo pacientiam habui &c. non scripsi, neq scribam, sed coram vt in Deu
spero intelliget. nihil est ab omni parte beatu. Alia non restant. Comen:
do me humillime, fauori, et graciæ d. v. Rmæ, et rogo me Mag.co do:
mino Palatino Crac. excuset, q non scripsi, tot eni in Doctoris expe:
ditione se obtulerunt agenda, quæ mihi fuerunt impedimento. Rmo
domino meo Crirvio Premislien. omnia fausta precor, et me illi, et d.mi v. Rmæ
iterum atq iteru commendo. Ex Madrillis oppido Regni Tolleti. xix

Decembris. Anno dni M°. D°. XX iiii°.

Joannes dantiscus Orator.
Sigismundo primo regi Polonie

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me. Post humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem, xii Mensis praeteriti, per postam, quae ad vrbem hinc dirigebatur, descripsi ad longum omnia, quae eo tempore per me, et dominum Doctorem Borg, collegam meum erant acta. Interea, nos huc Caesarem sequuti xxv praedicti Mensis venimus, duobus diebus, priusquam magnus Cancellarius applicuisset, in amplum et Mag.cum hospitium locati, in quo nihil aliud, quam nudos habuimus parietes. Erant nobis Mensae, scamna, lecti, et praeterea quicquid ad vsum domesticum spectat emendum. paulopost etiam aduenit Archieps Capuanus ille de Schenberg, et cum apud magnum Cancellarium, et comitem de Nassau, de castrorum recuperatione, spectantium ad Statum Barensem multa egissemus, ad illum etiam fratrem, si ea in re a pontifice quicquam in commissis haberet, nos contulimus, qui in primo congressu, statim de rebus illius status, quae sunt, dicens, se habere mandata desuper Pontificis: et cum illi rem in compendio retulissemus, et quod castra in sequestro essent retenta, subiunxit, non bene posse aliter fieri; cum castra illa essent in limitibus Regni; sequi necessario: Castellanos illis debere praefici, qui Caesari grati et fidi atque iurati essent, omneque id, quod nobis erat aduersum proposuit, perinde atque ab alia parte, ad tractandum fuisset institutus, addens etiam, quod res aliter, quam apud nos ageretur, et non omnia, quae sunt de iure posse fieri, aliter etiam ageretur in Anglia, alludens ad hoc, quod frater eius Joannes ibidem fuisset, cum ego eram. Respondimus, si quid in commissis haberet rebus nostris commodum, id nomine Pontificis Mti Caesareae referret, Si postea de Castel:

lamis res in tractatus deueniret, nos hoc suscepturos quod necessitas doceret,
ipse modo negotium nrm, sic haberet comendatum, quemadmodum de Pontifice,
Mtas vra Ser.ma sibi polliceretur. promisit, vt fieri solet; nos desuper sedu:
lo, ex consilio comitis de Nassau, vt in colloquium apud Mtem Ces. admitte:
remur sollicitauimus. tandem 2 istius m nocte ad nos misit Cancellarius,
quod mane ad missam Cæsaris venire deberemus, homagium prestaturi, et de
omnibus audientiam habituri, quod cum fecissemus, Cæsar post missam in
sede residens, presentibus multis, et oratore Regis Angliæ, circumstanti:
bus aliis Consiliariis, et genu flexis magno Cancellario, et Secretario
Petro Garcia, proposita ad partem libro Euangeliorum et cruce, nos coram
se ad flectendum admisit, et cum homagii iuramentum fecissemus, cuius e:
xemplum presentibus, cum aliis adiunxi, et ad ea verba oribus, et manibus
peruenissemus. Cæsar digittos in pectine iunctos vtraque manu exhibuit, inter
quas, quilibet nostrum seorsum manus suas, sic etiam coniunctas inclusit, et tan:
dem vltimum ar.lum postquam ter legissem. Dominus Collega omnia per me lecta ra:
ta habuit, desuper dictus Secretarius vt Notarius publicus, instrumentum per
testium vocationem confecit, acceptis a nobis prius mandatis, et facultatibus
nostris / Inde surgentes pauca propter tumultus (Cæsar enim venatum ire de:
buit) cum illo loqui potuimus. sed nos de omnibus ad Cancellarium remisit,
cui singula quæ adhuc erant expedienda, presertim de cautione præstanda,
et castrorum custodia, in scriptis, per modum supplicationis dedimus. quæ
vt hic mos est, ex commissione Cæsaris, ad quemlibet ar.lum subscripsit,
et decretauit ac nobis reddidit. Cum autem in illis inuenissemus, quod
tam de cautione, quam etiam de castris, ad collaterale consilium Nea:
politanum essemus remissi, quod alias his in rebus nobis non parum fuit suspec:
tum, iterum sera nocte Cancellarium conuenimus, et super his quæ nobis
suscipienda non erant satis plane contulimus, vnde motus, hanc decre:
tationem cassauit, et tertiam addidit, sic videlicet, quod Reginalis Mtas sta:
tuere potest suum Castellarium, Cæsari tamen gratum, qui iurare debebit, Si Iu:
ridice decretum fuerit, statum hunc ad Reginalem Mtem non perti:
nere, de illo cedere, sicut hoc latius ex nostris supplicationibus, et illis
desuper decretationibus videbitur, quarum exemplum, etiam presentibus

addidi. Rem vlterius promouere nequiuimus, fertur aliter fuisse superi:
oribus diebus in hoc negotio in Burgos ciuitate decretum. Multiq; putant
nos non paru hac in causa obtinuisse, cum quadam etiam admiratione.
hæc rerum et temporu mutatio, non vulgariter istis negociis profuit, cau:
te tamen vtendu etc. presentibus omniu litterarum exempla sunt addita,
vt pote, Inuestituræ confirmationis, obseruatoriæ, assecurationis va:
sallorw, cum aliis publicis, et priuatis litteris ad collaterale consiliu,
quæ quantum constiterint, et quid pro eis expositum est in Cancella:
ria, ex litteris domini Doctoris habebitur, qui cum his recta Neapolim
contendet, habiturus profecto, hoc precipue belli tempore: longum, satis
durum, et periculosum iter; hic quomodo omnia ibidem suscipientur,
et tractabuntur liquido describere poterit. Ego hic, sicut in nouissimis
scripsi, negociis id exigentibus maneo, quod consultu, et commodu
nobis vtrisq; visum est, Si fortassis in istis expeditis, apud hoc colla:
terale consiliu, aut alibi emergeret obiter aliqua difficultas, quod
nouis expensis, et legationibus non foret necessariu, non quod hanc mo:
ram sumptibus non paruis Mtis vestræ Ser.ma libenter hic facerem.
Deum testor, cui nihil est abditu, testabitur etiam dominus Doctor
mentem meam ea de re, nihil tamen in seruitio Ser.ma Mtis vræ, modo
bene seruire possem, mihi durum, aut difficile est futuru, cum mihi
illius desuper certa voluntas nota fuerit, quam humillime supplico,
mihi cum primis significare dignetur. Reliquit mihi hic dominus Do:
ctor, vsq; ad vlteriorem informationem Mtis vræ Ser.ma trecentos
Ducatos, et de aliis omnibus adhuc mihi ducenti Ducati restant, cum
quibus hic, vt reor, tribus Mensibus viuere possum, seruato viatico
pro reditu, si me intra hoc tempus Mtas v. Ser.ma reuocare dignabi:
tur, quodcunq; vlterius per me fieri volet, vsq; ad extremu halitu, fi:
deliter, et quantu se meus intellectus extendit exequar, et non graua:
te suscipiam, du modo certo edocear, quid factu sit opus. Adiunxi
his duplicatas, hoc est copias mearu litteraru, et omniu scripturaru
quas xx.I. præteriti versus vrbem misi, si forte interceptæ ad Mtem
vram Ser.ma non peruenissent, ex his istius Aulæ historiam totam

intellexit, in qua adhuc versatur, Mtas Ces: quartana ut prius laborat,
in expeditionibus morosa, et difficilis, quo factum est, q dominus Doctor ci:
tius expediri non potuit, Si fuisset sana et liber ad illam, ut quonda aditus
permitteretur, pro veteri mea hic practica, ut reor, omnia commodius, et
magis ex sententia fuissent expedita. Nescio, quis modus in litteris Mtis
v. Ser.mae mittendis inconveniens servatur. Redditae mihi sunt hic pau:
loante xxviij praeteriti litterae Mtis vestrae Ser.mae 10. et aliae xx
viij Junii Crac. datae, quae si huc tempestiuius ad me fuissent per:
latae, non paru his negociis commodassent, inter illas, quae erant
Mti Ces: inscriptae, non sunt per me redditae, neq erant expeditio:
nibus nostris aptae. quae vero scriptae erant ad me de magno Cancellario,
qui tunc in Italiam dicebatur venturus, ut me inter eundu ad eum con:
ferrem, pro ea confidentia, quam de illo Mtas vra Ser.ma haberet,
eas illi legi, quantu ad hunc punctum videbatur valde gratus, quod
illi tantum Mtas v. Ser.ma tribueret, et obtulit se plurimu, et de:
inceps etiam intimis et planius nobiscum loquebatur. Deinceps queso
Si mittendae sunt litterae, faciat eum ordinem, ne tamdiu sint in itine:
re, et si Mti Ces. vel cuicunq alteri a Mte vra Ser.ma scribetur,
exempla ad me mittantur, ut sermo habendus cum litteris conve:
niat, quod expedire videtur igitur, quia vox viva plusqua scripta pe:
netrare soleat. In eisdem litteris Ser.mae Mtis vrae, inclusa erant pacta
et tractatus matrimonii in simplici charta descripti, mandavitq Mtas
vra Ser.ma, ut desuper a Mte Ces: confirmationem peterem, cum autem
dominus Doctor duobus Mensibus, post datum istaru litteraru a Mte
vra Ser.ma huc cum ampla omniu negotioru informatione fuerat expe:
ditus, et de istiusmodi confirmatione, nullam haberet commissionem,
chartaq mihi missa non esset in forma publica, cui credi posset descripta,
et ne adhuc hic liquido cognosceretur Matrimoniu non esse confirma:
tum, me continui, usq ad aliam Mtis vrae Ser.mae deliberationem; hac
potissimu de causa q Mtas Ces: Il.mae dominae Ducis testamentu, non con:
firmavit, neq aliquem super legatis consensum dedit, et deinceps, nisi
de iure cognitu fuerit prius est confirmatura, ut ex Decretationi:

bus, desuper latius habetur. proinde, quodcunque ea in re M^ti. v. Ser.^mae visum fuerit, significare dignetur, omnia experiar. Ceterum, ut redeam ad Vlissem illum vel potius Sinonem de Schenberg, in novissimis M^ti vestrae Ser.^mae descripsi, quanto cum desiderio illius hic adventus expectabatur, sed retentus a Gallis donec Alpes transirent, et rursus Mediolano potirentur aliquandiu venire non potuit, venit tandem ultima Mensis praeteriti, versus noctem, illico magnus Cancellarius ad eum se contulit, et ex diversorio in quo erat illum mettertium, ut in postis venerat, in domum suam secum abduxit / Mane, dominus comes de Nassan, eum in palatium accepit, ibi cum illo quottidie fere primores Caesaris consiliarii convenerunt, et nescio quid tractarunt. hoc tamen scio, rogavi dominum Cancellarium, cum mihi esset scribendum, et domino collegae redeundum ad M^tem vram Ser.^mam, ut si qua spes tandem pacis esset, quam M^tas vra inter istos principes, maximopere cuperet, velit nobis impartiri, M^tem vram Ser.^mam certiorem faciendam, Ille respondit, Dominus Capuanus huc venit a pontifice, et proposuit Caesari, Si forsan M^tas Ces: per istam mutationem Gallis in Italia existentibus sibi timeret, Pontificem operam daturum, ut aliqua pax, vel induciae saltem confici possint, et de mediis oportunis tractaturum. Ad quod M^tas sua inquit, timere non possum, cum omnia mea sint integra, ille qui tot accepit damna, et detrimenta potius timeat, pacem tamen cupio semper, et nihil est de quo magis cogito, modo aequis, et mihi dignis conditionibus offeratur; quod si pontifex pro suo debito et offitio, de huiusmodi mediis tractare decreuit, non potest mihi esse nisi gratum. Cum hac expeditione remissus est Capuanus. haec fuerunt quantum ipse memini ‡ Cancellarii verba. ex quibus M^tas vra Ser.^ma pro sua incomparabili prudentia metiri potest, quanta adhuc ad istam pacem restet intercapedo. Sic iste bonus frater: quintum (hinc:) post diem, quo advenit, non omnino perfectis ex sententia negociis, relicta etiam, ut ferunt aliqui quadam suspitione Pontifici, discessit. et ut est versutior, quam rota figularis, cum apud illum essemus, post questionem de statu Barensi mox intulit, quomodo habent res prutenae, quomodo induciae? audio magistrum vxorem ducturum, nonne cum apud vos essem tibi hoc

‡ ex ordine

bellum futurum prædixi, et alia quædam per scommata. Respondi ego,
dominus Collega meus nuper aduenit, ille scit fortassis, quid in his fiat,
Magistrum vero vxorem ducturũ, hic a magno Cancellario audiui, cer:
tum etiam habeo q isti vestri fratres, et sacerdotes in koningsberg,
idem faciunt, omnes aras, et sanctorũ imagines, ex Ecclesiis eiece:
runt, ecce quã pia hæc religio, subinde inquit, igitur subditi il:
lorum, et plebs, tanto citius ad dominũ vestrum deficiet. et ne illi
ad hæc, et de bello Rutheno responderem, cœpit meũ de me, et famili:
aritate nrã Cracouiæ contracta loqui, et tandem cum magnis ce:
remoniis, et inclinationibus, hunc honorem M^ti vestræ compe
tere dicens, et plurimis laudibus, vt astantes audirent, illam
extollens, vsque extra ianuam habitationis suæ nos conduxit, postea
quia clam discessit, apud illũ non fuimus. ego, quod ipse rebus nostris
fauere deberet illi non credo, et tamen vt spero saluabor. quæ
alias hic aguntur, sic fere habent, vt scripsi in nouissimis, pergeli:
das iterum se Gallus transtulit Alpes, in Latiũ, cum iam sub niue
terra riget, Mediolano ciuitate dumtaxat potitur. facta fuit obsidio, et
impetus in Papiam sed re infecta, et vt ferunt, cum detrimento dis:
cessit. Vicerex cum Duce Borbonen, de industria, vt hic dicunt,
Mediolanũ vrbem, ob commeatus inopiam, et sæuitiam pestis reli:
querunt, facta de omnibus castri munitione, et abducto in Cremo:
nam ipso Francisco, titulotenus Mediolani Duce. Timuerunt fortas:
sis, et non immerito, ne id faceret, quod illius egit frater, qui nunc
est in Gallia, (vtinam ille ibi etiam esset) non satisfecit Mag.^cis ver:
bis, quæ mihi hic Camillus illius agens retulit, se viuo hoc castrum
non deserturum. Deus vindex, et iustus est iudex, cuius iuditiũ in exi:
tu huius tragediæ patebit. Scriptum est etiam huc q Galli per eorũ ~~infin~~
iniuriam, per eas gentes quas adhuc Borbonen habet, in Italia, nescio
quo in loco, cladem quandam accepissent, sed timeo, ne rumor iste, ex
castro proueniat aerio, quæ hic sæpius struuntur, raro aliquid certi
hic habetur de his rebus, et hoc ex negligentia, vel quod dicere nolo ne.
De his omnibus suprascriptis, quid hinc suppetiarũ nobis sit sperandum.
nulli est obscurũ. vtinã M^tas vrã Ser.^ma pacem haberet, modis etiã

quibuscunqz, et hic isti qui hoc cupiunt bellum perpetuu. Fertur hic e:
tiam q Dux Moscouiæ, insignes nuntios suos huc mittit, qui per Regnum
Mtis v. Ser.ma sub saluo conductu, huc sunt venturi, hic aliqui sibi
de illis aureos montes pollicentur, vellm Si ita visum fuerit Mti vræ
Ser.mæ, vt mihi scriberetur, quomodo me erga illos gerere debeam,
Si forte, vt hic fieri solet, inter Oratores, cum illis esset conuenien:
dum, aut si apud Cæsarem, aut illius offitiales, me presente de illis
et coru negotiis sermo haberetur. venit huc etiam pauloante per Flan:
driam, et Angliam Magistri Prussiæ nuntius mettertius, de illis
rebus, mihi æque nulla est notitia. Si videbitur expedire, non esset
incommodu, vt certior fierem, quo in puncto hærerent. Nunquam eni
nisi questu veniunt illius nuntii, et hoc quod ille nobis facit, aut machi:
natur, in nos retorquere solet, quemadmodu ante duos annos, apud Re:
gem Angliæ confinxerat. Incidit mihi de illius complici Rege Da:
ciæ expulso, qui hic etiam suu habet agentem, fertur q sollicitet
apud Cæsarem, vt huc vna cum vxore, et liberis possit venire, et nisi
classis ex Flandria, eo nesciente soluisset, quod data opera factu
est, iam illum hic haberemus, essetqz Cæsari, hoc presertim tempore,
perinde gratus, atqz aqua maris, vt dici solet, nautis, quæ per rimas
penetrans naues mergit. Soror Mtis Ces. Catherina, quæ Portuga:
liæ Regi est desponsata, adhuc est in Tordesillis apud matrem,
cur tam diu tenetur, et non transmittitur incognitu est, multi multa
suspicantur. Leonora Regina continuo est cum Cæsare, mauult esse
apud Aulam, quã cum matre. Mtas Ces: non diu hic est immoratura,
conferet se Valentiam, vbi est Marchio Joannes Sororius Mtis vræ Ser.mæ
qui et in Valleoleti, et hic passim mortuus fuisse dicebatur, sed hodie
ab eo venerunt litteræ, quæ huic rumori sunt contrariæ. Aliud hic
nihil habetur dignu scientia Mtis vræ Ser.mæ, quã id, quod latius scri:
psi in nouissimis, quaru vltima clausula, vt repetam, ex re mea censui
supplico humillime Mti vræ Ser.mæ, cu me reuocare dignabitur, vt
mihi litteras, ad Regem christianissimu Franciæ mittat, quibus
saluu conductu, pro reditu ad Mtem vram Ser.ma impetrare possim,

Similes etiam ad Regem Angliæ, si forsan commodo et oportuno tempore mari me committerem. Mandet mihi item, per quod iter redire debeo, et quid vlterius per me fieri velit, ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit, dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus, et nihil prætermittam, quod fidelis serui et subditi fidei conueniat. Dignetur itaque Mtas vra Ser.ma mei de reditu clementem habere rationem, ne forte deficiam in via. experietur Mtas v. Ser.ma me de omnibus expositis aperta fronte iustum calculum daturum, si qui fortassis sunt, qui me calumniari velint, pluris ego facio fidem, et graciam Mtis. v. Ser.mæ quam omnia emolumenta, quæ totus orbis ferre possit. Postremum, et hoc necessarium, rogo Mtas v. Ser.ma velit committere, vt in litteris mittendis, alius seruetur ordo, et impensis non parceretur, si quid huc erit scribendum, quod sit magni momenti, et quod mora ferre nequit, vtque de omnibus hic agendis plane et late edocear, nollem enim diuinare, vel plus sapere quam oportet, neque solitus sum ingenio meo, quod satis rude est, multum fiderem propriis, quid in commissis grauioribus et arduis? est in Adagio, mitte sapientem, et nihil dic, mihi videtur contrarium, quod etiam nostris his temporibus sapiens bene sit instruendus, et bene instructus caueat ne labatur, mandataque frangat. Ex neapoli a domino Ludouico, collega meo, de sequestro interposito, in valle oleti binas accepi de xix Julii, et xii Augusti, in Mense preterito, hic rursus binas 29 Augusti, et xxii Septembris scriptas, et cum iam has occludere vellem, ternæ iterum ex Barchinona de xx Julii, prima, et xii Augusti mihi sunt redditæ, omnes fere eiusdem tenoris, diligentiam hanc laudo, vellem tamen, vt supra scripsi, quod in litteris mittendis certior ordo fieret, ipse profecto, vt ex illius litteris intellexi, nullam omisit, apud hoc collaterale consilium operam, nunc illic habebit omnia, et homines nouit, nouit etiam omnia ibi esse venalia, et cum iam Dux Mediolani exutus est regno, victoriam certo spero, quam vt consequamur, cum aduersarius deficiat in neruo, remis, et velis esset incumbendum, neque respirandi locus relinquendus. De relenio Mti Ces. modis quibus potuimus digmoribus Mtibus vestris Ser.mis supplicauimus,

vt ex copiis annexis videbitur, sed timeo, q vix aliquid obtinebimus, re-
missa est questio ad collaterale consiliū, Si ad hoc persoluendū Re-
gio sanguine prognati tenentur necne, tributum quidem, vt a ma-
gno Cancellario accepi, non soluunt, quicquid erit, a tempore inue-
stituræ, annus integer solutionis restabit. De Saluo conductu pro
Barone de Casalecto, etiam illic reiecta est questio, quēadmodū ex
copia litterarū Mtis Ces: patebit, aliud hoc tempore non potui. et
ne quicquā prætermisisse videar, intens mandatis Mtis v. Ser.mæ,
quæ etiā de minimis huius aulæ rebus, vult habere notitiam, Vene-
runt huc duo R.mi domini Cardinalis Maguntini oratores, qui Mti
Ces: exposuerunt ea grauamina, quæ per hæresim Lutheranā, et
per subditos eorū domino inferuntur, et hoc facinus, quod Maiden-
burgen commiserunt, expediuntq hic mandata, et nescio quas pæ-
nas contra illos, si suscipientur bene res haberet. Hic de Luthe-
ro, neq loqui permittitur, statim vulcanus est ad manū qui ora
comprimit. Sollicitatur etiam hic pro liga confirmanda a Cæsare,
inter Archiducem Austriæ Cardinalem Salczburgen, et alios
factam, Dii bene vortant, quo hæc pestis, quæ omnes ordines infi-
cit, rursus elidi possit. Aliud non restat. Commendo me supplici-
ter Ser.mis Mtibus vestris, vt dominis meis clementissimis, et ro-
go humillime, dignentur per occasionem longæ et duræ meæ serui-
tutis aliquam habere clementem rationem. Ex Madrillis oppido
Regni Tolleti. xviii Decembris Anno dnī M°D°XX iiii°

Joannes dantiscus Orator
Petro Tomicio Epo Cracc.
Vicecancell.

est supra

Rme in Christo pater, et domine domine grome, humillima commendationem, superiori die xii praeteriti, Mti Regiae, omnem historiam, quae eo tempore habebatur, per multam papirum descripsi, et d. v. Rmae seorsum aliqua in ciphris, quarum scriba meus exemplum non fecit, quae omnia per postam, ad vrbem expeditam transmisi, et illarum litterarum, si forsan non essent perlatae, iterum copias mitto, ex quibus intelliget, d. v. Rma, in quibus hactenus, cum domino Doctore Borg. dificultatibus versati sumus, et quo tandem rem perduximus. Si Dux Mediolani, iam in Cremona, quodam modo captus, iuridice contra hunc statum, Ser.ma dominae nostrae Reginae, agere non poterit, presertim si standum erit priuilegiis Ser.mi Frederici Regis, status iste iam sic per Mtem Ces. confirmatus, deinceps Reginali Mti erit pacificus, quemadmodum illum Il.ma domina Dux mater tenuit, et possedit. Cum autem aliquando inter os et offam aliquid incidere solet. Dominus Doctor, et ego, commodum censuimus, vt vnus hic nostrum donec omnia per nos expedita firmarentur maneret. Sors autem super me cecidit, non tamen eo modo, q me vltro ingesserim, vt dominus doctor testabitur, sed ne quicquam per me stetisse videretur, vnde cum aliter fieri non potuit, hic maneo, et pro solita mea fide, donec Mti Regiae visum fuerit manebo, modo ista mansio, non ex me ipso prouenisse censeatur. Iam ego fere possem ab omni ambitione liber, q alicubi in angulo, non procul a d. vra Rma inglorius delitescerem quod nemo mihi post Deum, quam d. v. Rma efficere potest, in quam hic in terris omnis mea spes sita est. Nihil est, quod magis me hic angit, quam qd

multas peccunias exposui, et indies expono, ne mihi aliorsum, quā
fidei meæ conuenit ascriberetur, qua de re, pauca annotare libuit,
ex quibus preter expensas, non parua summa exposita dinoscetur,
Postquā cum domino Ludouico Aliphio Collega meo Veneciis primum
applicuissem, illi visum fuit, vt in vestibus luctus, ducem illic allo:
queremur, vnde quisq; nostrum eiusdem valoris pannū pro superio:
ri veste, et subtus de serico raso, quod atlass vocant, pro Saiano
emimus, constabat mihi 33 ducatos, quæ vestis lugubris adhuc
est Neapoli, apud dominū Ludouicū. Si meminit d. v. Rma, ante:
quā Cracouiam exirem dixi me pro expeditione, de peccuniis mi:
hi pro expensis datis, etiam 40 ducatos exposuisse. Immorati
Veneciis, et Ferrariæ, pro pompis nostris, illis qui nos curarunt
nomine istorū principū, et limbarū ductoribus, pro parte mea 21
Ducatos, voluimus lucrari in equis, antequā triremem ascen:
deramus, postea vix tantū nobis pro eis solutum est, quantū in hos:
pitio consumpserant. pro triremi, et itinere Veneciis emi lectum
portatilem, ligneum pro tribus Ducatis, et quæ ad lectum spe:
ctabant, 6 ducat. Dominus Ludouicus pro Naulo patrono soluit.
Postquā Barū venimus, et dominus Ludouicus Neapolim misset,
meq; ad se vocasset, pro conductis equis vsq; Neapolim exposui du:
catos xvi, quando illic erat eundum versus Hispaniā, relicto lecto,
vt voluit d. Ludouicus, pro aliis equis, dedi Ducatos 50. per Itali:
am, et vlterius pro Boletinis, et conductoribus viarum expertis, ex:
posui Ducatos 30. huc veniens pro alio lecto ducatos 5. pro appara:
mentis, et duabus auleis pro vsu Cameræ, et quibus equi, qui portant
sarcinas teguntur ducatos x. Pro scutellis, discis, Mensalibus, et
aliis ad quottidianum vsum necessariis, ducatos xii. pro quatuor pe:
ciis argenti, vase, quo aqua funditur, et tribus pateris 45 Ducatos.
pro panno quo famulos ad hiemem, et me vestiui 24 Ducatos, pro
pellibus ouinis, quibus tres vestes subduxi 26 Ducatos, alia quæ
minora sunt, et quæ ad quottidianū vsū emuntur omitto. hic enī in
hospitiis, et in itinere eundū, nihil reperitur, quā id, quod quisq; secū

portat. Summa istorum expositorum facit 318 Ducatos. De expensis nisi esset morosum, etiam dari ratio posset, sed haec Deo bene fauente, aliquando coram, ne cuiquam ansa calumniandi me relinqui possit. Haec ideo D.mi v. Rmae descripsi, et ingenue in illius notitiam peruenire volui, si forsan alia de me, apud principes nostros haberetur suspitio, vt illam diluere possit. Nollem enim, donec spiritus iste, in hoc est corpore, quod d. v. Rma propter me ruborem aliquem habere deberet, potius mallem me nunquam esse natum. Scio etiam, quod non mihi, sed D.mi v. Rmae creditur, quae vt fortunis meis aliqua accessio fieri possit, in has legationes me struxit, in quibus Deo bene fauente, cum sic mihi est in fatis, ita me geram, quod neque mihi, neque D.mi v. Rmae quicquam honesto contrarium impingi possit, cum hoc semper vtili proponere consueuerim. Proinde D.mi v. Rmae, vt domino meo vnico, et colen.mo, humiliter supplico, si cognouerit quod hoc duro, et fideli meo seruitio, per nescio quas delationes, quas non metuo, vel in principum meorum indignationem, aut aliquam suspitionem fidei meae conuenientem, incidere deberem, velit efficere, vt cumprimis reuocarer, et me inde exonerare possem, nullus est, cui hunc honorem non faueo, in quo sum hic, et certo, etiam per salutem animae meae, mihi credat d. v. Rma quod mallem esse, minimus, apud d. v. Rmam scriba, vel stabularius quam hic agere, et sinistrae suspitioni esse obnoxius. Scripsi in litteris ad principes meos, quod mihi restarent de omnibus hic, et a domino Doctore acceptis peccuniis, quingenti ducati, de quibus, vt dominus Doctor scit, quinquaginti iam desunt. Accepi igitur, ad fidem meam ab illo in mutuum centum ducat. prius etiam centum de meis exposui, illos libenter impendam, saltem, vt aliqua iniqua nota caream, De omnibus me ad dominum Doctorem refero, qui vt vir profecto bonus, et integer est, quicquid ille de me dixerit, oraculum esse volo. ille etiam aliquando referet, quam ego ex mandato d. v. Rmae cum collega meo pacientiam habui etc., non scripsi, neque scribam, sed coram, vt in Deum spero intelliget. Nihil est ab omni parte beatum, Alia non restant. Commendo me humillime fauori, et graciae

dnis vestræ Rmæ, et rogo me Magco domino Palatino Crac. excuset, q non scripsi, tot enim in domini Doctoris expeditione se obtulerunt agenda quæ mihi fuerunt impedimento. Rmo domino meo Premislien omnia fausta precor, et me illi, et d. v. Rmæ, iterum atque iterum, commendo. Ex Madrillis Regni Toleti opido. xix Decembris. Anno M° D° XX iiij°.

Ioannes Dantiscus Orator
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecan.

Rme in Christo pater, et domine, domine gro^me. humillima commendationem. Scripsi iam aliquoties, non litteras, sed volumina, ex quibus d. vra Rma abunde ut reor intellexit, quæ per me, et per dominum Doctorem Bork hic sunt acta. et ne quicquam d. v. Rma prætereat, adiunxi his exemplum litterarum mearum quas hinc cum domino Doctore dedi, ex quibus quantum supra expensas exposuerim cognoscet. Interea etiam non parum est impensum, cum strenis, et aliis rebus necessariis, sic q amplius mihi non restat, quam usque ad mensem Maium, quo hic vivere possim. Si interim mei ratio non habebitur, utcunque omnibus divenditis erit redeundum. iam sex Menses preteriere, q neque ex Polonia, neque ex Neapoli a domino Ludovico ullas accepi, sic ab omnibus mihi hic desertus videor, et non parum animi discrucior, q canicies mea, quæ totum obsedit verticem aliquando testabitur. Rogo d. vra Rma, non ægre ferat, q illi sæpe conqueror, ad quem alium confugiam, habeo neminem. ego illud profecto, nunc verum esse cognosco, q homo homini lupus, et homo homini Deus est. quæ hic aguntur, et quis istius sit status Curiæ, litteræ meæ, ad Mtem R. clare declarant. M o 3 A 2 L 8 3 o φ X v 3 X 6 φ L φ 2. N. eget, et debet, plus quam octo millia ducatorum, noluit tamen V 3 3 o X A φ 6 p 3 d B

Γ 6 B L π 2 o χ 3 φ L π 2 illi in fine discessus domini Doctoris datos, sex millia habuit a □, quæ nunc euanuerunt, et nos illum putabamus supradescriptis posse 3 π ⱷ ⱷ δ χ oı credo tamen ⱬ δ L φ ⱷ d 2 6 B L 6 B 3 oı v ⱬ d 9 9 oı δ 2 7 ⱷ A χ oı π + + oı 3 d δ ⱬ 2 δ ⱬ 3 v B 3 6 9 9 φ ⱷ oı v L δ L ρ χ π o M v 7 χ oı L B 6 v χ π 9 d 9 oı 7 A B L 6 ⱷ δ 6 B o 6 ⱷ A L. hinc est, quod π̄. L oı ⱬ 6 L δ ⱷ et fortassis sibi o oı + + d o δ B L. Non tamen adhuc accelerandum censeo M oı 3 v o M δ 3 2 χ B L χ oı ⱷ 6 2 oı B ⱬ 6 o oı π δ L 9 v B o χ ⱬ est igitur ne vel M δ B 3 δ 6 9 oı 9 9 χ ⱬ π + + 6 B o v ⱬ δ 2 Sat sapienti &c. Orator iste, quem hinc Cæsar, ad Mtem Regiam mittet, de quo scripsi est + oı 9 d χ 2 2 ⱬ v χ oı ⱬ d 9 oı v B d 3 6 2 v ⱷ oı 2 o 6 + δ B 3 L oı quod oı B + v 3 oı 6 o 6 ⱬ π B 2 L ⱷ v 7 oı L. Iuuenis certe bonus portabit vellus aureum, et tractaturus est matrimoniu nomine Cæsaris inter Reginulam nram, et Ducis Frederici Saxoniæ filiu, daturusq est Cæsar dotem, vt ipse orator mihi retulit, ducentena millia ducatorum, cur hoc fieri debet, misteriu adhuc non intelligo, suspicor tamen aliquid./ Dedi his diebus magnam operam vsq ad hanc horam, quod domino Ludouico Neapolim duplicatas, et conformes illis, quas dominus Doctor Bork secum tulit mitterem, quod nequaquam efficere potui. Suntq illæ litteræ apud Cæsarem, et hac nocte, debent ab eo subscribi, quantum laboris impendi, et frustra, mihi notum est, cras illas fortassis habebo, et hac nocte hora xii posta discedit, dicitur tamen q alia breui sequetur, cum qua illas in omnem euentu mittam, ibit etiam alia breui per Flandriam, quam etiam non dimittam vacua, vt saltem aliquando responsu tot meis scriptionibus impetrare possim, Pro quo D. mi v. Rmæ humiliter supplico, misereatur mei, et me in hoc exilio tam longinquo consoletur, cum primis litteris, quas a d. vra Rma tu accipiam, et a corporis, atq ab omni animi ægritudine liberabor, presertim si redeundu erit. Ducetur per me dni vræ Rmæ equus Semi, et de illis, vt Plinius scribit, qui hic per ventu concepti generantur. Alia non restant. Commendo me humillime dni v. Rmæ, vt domino meo clemenmo. quam Deus opt: Max: faxit, vt fœlicem et

dni incolumem seruet. Datum celeriter ex Madrillis oppido Regni Toleti vii Februarii Anno dni M° D° XX V°

Ioannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo Regi Poloniae

Ser.ma Regia Mtas, domine domine clemen.me. Post humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Cum tandem per pestes, bella, aestus, et mille alias incommoditates, ac per tot rerum discrimina xix Septembris, ad Aulam Caesaris, in Valleoleti Regni Castiliae oppido applicuissem, Subinde per binas postas, quae Romam et Flandriam mittebantur, ea omnia Mti v. Ser.mae descripsi, quae mecum agebantur, et in quibus eo tempore res nra haerebat / paulo: post cum dominus Doctor *Borg* aduenisset, iterum ex Valle oleti xii Nouembris, versus vrbem longo quodam volumine, quae tunc per nos acta erant significaui, missis omnium scripturarum, et decretationum exemplis. / Demum postquam dominus Doctor, cum omnium rerum expeditione hinc absolutus neapolim proficisceretur, rursus ad longum de omnibus ad Mtem vram Ser.mam dedi litteras, cum copiis duplicatis illarum, quas xii nouembris scripseram, additis iterum omnium rerum expeditarum copiis. Discessit hinc dominus Doctor xix Decembris recta versus Barzalonam, vnde Narbonam per Gallias, in Italiam propinquius et tutius iter capere decreuerat, et cum iam post elapsum Mensem, illum Italiam fere attigisse crederem. Venerunt mihi ab eo litterae, ex Perpiniano, quae ditionis Caesareae est, quibus mihi discrimen, in quo versatus est, et fidem Gallicam descripsit, illarum presentibus mitto exemplum, quo Mtas v. Ser.ma, omnia liquidius cognoscat, non potui non vehementer turbari, cum de casu tam periculoso

loso, istius boni viri, verum Mtis v. Ser.ma studiosissimi, tum, quistimsmodi impedimentis, negotiu in moram trahi longiorem, quàm rebar cognoscerem. Proinde licet quā primu ille hinc soluisset, non destiti pro litteris duplicatis, apud Mtem Ces: et offitiales in omnem euentu sollicitare. Tamen in presentia cum id necessitas exigit, vehementius incumbo, et iam litteræ scriptæ sunt, nihil aliud moratur, nisi Cæsaris ægritudo quæ illius Mtem, ad subscribendu facit difficilem, spero nihilominus, q illas cum primis postis ad vrbem, quæ breui hinc expedientur, vnde neapolim commode perferri possent, transmittam / scribi nequit quantum me istæ moræ discruciant, incidimus in pessima tempora, neq mari, neq terra securus haberi potest transitus, sic omnia his bellis sunt perplexa, neq commeatus, siue saluiconductus prosunt, qui vt certo hic intellexi, non solu domino Doctori, verumetia plærisq aliis sunt infracti, quo fit, q male metuo mihi, cum erit redeundu, ne meou etia ita agatur. Rogo itaq humillime Mtas v. Ser.ma dignetur, cum primis huc litteras suas, ad Regem christianissimu scriptas, quib9 ab illius Mte saluu conductu impetrare possim mittere, eas cum reuocatus fuero, efficiam per mercatores Welzeros, vt illius Mti ad manus veniant, vnde saluuconductu consequi possim. Et cum sint pro mittendis hinc inde litteris periculosa tempora, et q sæpius intercipiantur, nequicquam omisisse videar, quo Mtas v. Ser.ma rerum omniu cognitionem, de quibus illam scire expedit, cum primis habeat omnes onero postas, quæ ad meam notitiam perueniunt, neq hoc impensis caret, et semper nouissimaru exempla mitto, quod hic etiam facio, ex his latius omnia intelliget, quæ hic acta sunt / Mitto etiam Inuestituræ, et omniu aliarum scripturaru copias, hoc tempore aliud expedire nequiuimus.

Jus tertii reseruatum est, de quo omnino Ducem Mediolani, acturum ferunt, presertim in hac vltima desperatione, quæ cum in presens exagitat, sed optima me habet spes, cum adeo sit extenuatus, æreq exutus, vt ægre se Cremone captiuus fere contineat, quod neapoli, vbi venalia sunt omnia paru proficiet, auro igitur agendu erit &c / quomodo ego hic maneo, ex aliis meis litteris Mtas v. Ser.ma intellexit,

certe nihil mihi vnquam fuit durius, quàm sic pendere animi, licet vide:
am adhuc non fuisse inutile, q hic sim, spero enĩ q Inuestitura cum
aliis litteris, per modũ duplicatarũ, citius, quã dominus Doctor,
Neapolim perueniet, et quãuis non sit incommodũ, immo necessariũ, q ali:
quis hoc tempore, nomine Mtis v. Ser.ma, hic agat ob multas causas,
tamen in animo nunquã sum tranquillus, q sine mandato, et commissi:
one Mtis v. Ser.ma, hic remansi a domino Doctore, et partim a me ipso
cum negotia id expostulare viderentur, persuasus / qua propter iterũ
atq iterũ, quantũ totis viribus eniti possũ, humillime supplico Mti v.
Ser.ma, dignetur hanc vnam mihi facere graciam, pro omnibus meis ser:
uitiis, et me quantũ fieri potest citius, de mente, et voluntate sua redde:
re certiorem, q si in hac mansione deliqui, cum temere nihil fecerim,
ad misericordiam, et clementiã Mtis v. Ser.ma confugiam. Si vero ex
sententia Mtis v. factum est, sublimi feriam vertice sidera, et tanto
alacrius, omnibus rebus meis omissis, quãdiu Mti v. Ser.ma ex re vi:
sum fuerit, hic seruiã, nihilq mihi tædiosũ, vel durum erit futurum,
etiam si vita sit ponenda, q placitum est Mti v. Ser.ma, et quod per
me fieri volet, modo quid me facere oportet sciam [et si quid erit hic agendũ,
quod morã ferre nequeat, queso in mittendis litteris, melior seruetur
ordo, sicut ex copiis nouissimarũ mearũ, his annexis videbitur. Ex
his etiam, quo in statu erant res huius Curiæ, cum illas scriberem,
intelliget, multa interim sunt inuersa, quæ quantũ temporis angustia
admittit, in compendiũ conferam. Post abitionem domini Doctoris Bo:
rek, scribebantur huc varia noua, quo modo Gallorũ exercitus, ex obsi:
dione Ticini hoc est Papiæ fuerat repressus, multis ibidem occisis, et
plærisq de primoribus viris desideratis, et q retrocessisset vsq ad Ast
Subandiæ oppidũ / dicebantur etiam multa alia gloriosa, vt fortassis Cæ:
sari ægro aliquod leuamen fieret, sed paulo post longe ab his diuersa
nunciabantur. Regem Galliæ mille equites, grauis armaturæ, et qua:
tuordecim milia peditum, ad dominiũ Pontificis, et Regnũ Neapolita:
nũ occupandũ misisse, quæ nouitas, cum per Oratorem Florentinũ Cæ:
sari legeretur, eram eo tempore illic cum oratore Anglo ad Missã, non

parum illius animu perculit, quem vultus expresserat, adhuc tamen spes erat in statibus Italiæ, presertim in Pontifice, qui parum post tempus, penitus illam destituit, missis huc binis litteris, quæ brevia vocant, et inito cum Gallorum Rege certo fœdere priore cum Cæsare facto omisso, quam sententiam hæc brevia ferebant, et quid M.tas Ces. ad ea responderit, ex charta his inclusa, quæ habet de verbo ad verbum exemplu litterarum Cæsaris ad Pontificem cognoscetur. Talis est scilicet temporu nostrorum egregia fides, et talia religio nra habet capita, et adhuc miramur, q tot plagis orbis christianus afficitur. De Rege Angliæ, et quibusdam Germaniæ principibus etiam ambigitur. Mittitur itaq ad illu Orator, vt aperte mentem suam, quid in hac tragedia agere decreuit declaret. Item alius ad Germania, qui etiam ad M.tem v. Ser.ma, vt intellexi cum vellere aureo, et cum quibusda mandatis, pro extorri Daciæ Rege, et fortassis pro Magistro (quod tamen non credo) venturus est. Magister enim Prussiæ, tum q Lutheranus est, tum q aperte cum Gallorum Rege senciat, male hic audit. Nuntius illius, de quo in nouissimis scripsi, nihil cum huc venisset exponere voluit, sed recta ad dominu Marchionem Joannem Brandenburgen Valentiam diuertit, et nuper cum eo huc rediit, vnde me protinus ad dominu Magnu Cancellariu contuli, exposuiq illi volens expiscari, quid ab his moliretur, q cum hic nomine Ser.mæ M.tis v. agerem, non fore inconueniens me dare opera, vt rescirem, si quid ab hostibus, q Regio honori, et bonæ existimationi Ser.mæ M.tis v. esset contrariu apud M.tem Ces. proponeretur, vt illis et respondere, et M.tem Ces. de causa, sic vt se veritas habet informare possem, dominus Cancellarius respondit, q nihil istiusmodi intellexisset, saltem q Magister in Spiren conuentu a suis fuisset reuocatus, et q hic propter Lutheru, et Gallos non haberet graciam. Si tamen tale aliquid ad M.tem Ces. perueniret, me illico certiorem redditurũ.

Dixit etiam Nuncios Mosci esse in itinere ad Hispania, de pace cum M.te v. tractaturos per Cæsaris mediu. De his etiam vt prius scripsi, fortassis expediret vt scirem, quid M.tas v. Ser.ma me velit hic facere. Nuncii Regis Daciæ exulis, qui huc pariter cum hoc Magistro aplicuerunt

ab eo, et Marchione Joanne male sibi timent, ne rebus illoru offici:
ant. Amor iste quondam inter istum Regem, et Principem in amaru
conuersus est odiu. Iste bonus Rex querit omnes modos, quibus re:
stitui posset, sed ab arido pumice aquam postulat. Misit huc libellum,
et illius auctorem, quo se a criminibus, illi ab electo nouo Rege, et a
Lubecen, praeterea a Danis, et Suetis obiectis expurgare nititur, que
ego hic a capite, usq; ad calcem perlegi, quod si consequi poterit, alio:
rum sit inditiu. Noua alia in presens non habentur, quam que Mtas v.
Ser.ma, ex litteris Caesaris ad Pontificem intelliget, fertur tamen
adhuc Caesarem in Italia non contemnendu habere exercitum, in Papia
Cremona, et circum numero, ut aiunt triginta milliu, qui parati sunt
cum Gallis confligere, modo daretur copia, et q Veneti adhuc cum Cae:
sare in fide maneant. Orator illorum pro magnis peccuniis vult de:
ponere, q a faederibus non recedent. Dicunt etiam de quibusda Ger:
manoru copiis, quas Ferdinandus Archidux mittit. Conscribuntur
hic etiam milites, quos classe, quae ad Indiam erat instructa, in Apulia
Caesar traicere decreuit. Sunt etiam aliae Caesarianae gentes, in finib9
circa Perpinianu. Pecuniae item, ut solet in extrema necessitate fieri,
modis omnibus, et vix ante auditis conquiruntur, et credo q haberi
possint, sed mora mihi suspecta est. Ego hanc Aulam, adeo extenu:
atam, ut nunc est nunquam vidi, quicquid peccuniaru acquiritur,
exercitibus mittitur. Penuriam interdum Caesar, usq; ad incommo:
ditatem suffert, modo bellicae gentes alantur, in illas omne quod
haberi potest congeritur. Mtas Ces: adhuc ista quam iam satis
longo tempore patitur, quartana vexatur, pauloante duplicata
se fecit, hoc est duobus diebus cruciabatur, et duobus aliis remit:
tebatur, hoc tempore in priorem punctu rediit, nulla tamen subest
suspitio periculi maioris. Soror eius desponsata Regi Portugaliae,
illac nuper est missa, alia quae vidua est, hic agit. Cum nuper essem
ut supra descripsi, apud dominu Magnu Cancellariu, et dicebam
me ad Mtem v. Ser.mam scripturu, rogauit me, ut illu plurimu
Mti v. commendarem, exosculaturq; more Hispano manus Mtis

v. Ser.ma, et pollicetur se illius bonum seruitorem. Magna me humanitate prosequitur. De rebus secretioribus etiam interdum meco(?) occlusus, conferre solet, hinc est quod mihi dedit copias has ad Pontificem insertas, et spero cum iam res ducis Francisci Mediolani penitus inclinatas videt, quod partibus nostris sincerius fauebit. ¶ De exitu hinc nostro paulo ante in consilio erat conclusum, quod in fine Mensis præteriti Cæsar versus Hispalim quam Siuiliam vocant, se conferre debuit, ob aeris commoditatem, et cum hæc Pontificis defectio fuit intellecta, mutata est sententia, ex euentu huius belli sedes mutabimus, speratur enim hic certo, et breui, inter Gallos, et Cæsarianos futurus conflictus, ego adhuc finem non video. Alia hoc tempore, scientia Mtis v. Ser.mæ digna se non offerunt. Si quid noui emerget, per omnem oportunitatem opera a me dabitur, quod cum primis in notitiam Mtis v. Ser.mæ perueniat, Vnum hoc solum rogo, hoc vnum deprecor, et per Deum immortalem Mtem vram Ser.mam obtestor, vt me de mente sua super hac mora, quam hic facio, quantum potest fieri citius, certiorem reddat. iam sex Menses præterierunt, quod nullas accepi litteras, In qua animi versor ægritudine Deo notum est, qui Mti v. Ser.mæ, diu incolumem, et fælicem ætatem, atque contra omnes suos hostes victoriam concedat, meque hic mori non permittat, donec more Hispano coram manus Mtis v. Ser.mæ exosculer. Cui me, et longam meam seruitutem suppliciter commendo. Ex Madril. oppido Regni Tolleti Hispaniæ vii Februarii. Anno dni Mo Vo XXVo.

adscriptio seu scedula in lras posita

Cum iam istas concludere volui litteras, venit mihi in mentem vt absolutionem hinc domini Doctoris Borgk Mti v. Ser.mæ describerem,

quod superuacaneum non censui futurum.) habitis iam omnibus litteris a Caesare subscriptis et sigillatis, et tota negotiorum expositione, venimus ad Caesarem, qui, quoniam magnus Cancellarius non aderat, significauit nobis, si eum alloqui vellemus, vt hoc sermone Italo fieret. Itaque cum post missam, quae illic habebatur, Mtem illius accederemus, grato nos vultu admisit. Exorsus est dominus Doctor lingua Itala, quam apprime nouit, et habuit in primis illius Mti gracias, pro tam iusta et benigna expeditione, offerens se, quamprimum ad Mtem v. Ser.ma perueniret, ea omnia ex ordine relaturum etc. addens in fine rogando, ne illius Mtas delatoribus vnquam crederet, qui mutuo fraterno amori, inter vram et illius Mtem inuidentes, turbare eum fortassis niterentur, certum habitura Mtem v. Ser.ma, tam constantis, et perfecti principem animi esse, qui non tam facile, vt plaerique, a concepta semel amicitia deflecteretur, et si quid istiusmodi illius Mti deferretur, me qui hic Ser.mae Mtis v. nomine remanerem, certiorem redderet, vnde et respondere, et id Mti v. Ser.mae describere possem. Mtas sua Ces: alacri vultu, statim submitulit quod hoc tempore alia non potuit fieri expeditio. boni igitur consulere deberemus, se tamen semper, quantum illi conueniret, libenter Mti v. gratificaturam, et licet quaedam et dicta, et scripta fuissent illius Mti, tamen se fidem non adhibuisse, nunquam se etiam ansam daturam, qua conceptus iste, et mutuus amor corrumpi possit. Mtemque v. sedulo pro bono fratre, et loco patris se habituram, neque sibi aliter, vnquam de illa persuasisse, et si quicquam contrarium sibi exponeretur, me hic in Aula illico certiorem facturum. Deinde et ego Germanice in priorem fere sententiam, pauca in compendio retuli, et in fine rogaui, cum mihi in illius Aula esset immorandum, me solita sua gracia prosequeretur, quod se facere libenter pollicebatur, germanice addens So vil mir muglich. Sic demum dominus Doctor, manus illius Mtis exosculari more patrio voluit, ad quod nequaquam consensit, sed data illi manu, vt apud nos vsu receptum est, benigniter, et donatum a se dimisit. Haec igitur ad longum Mti v. Ser.mae

Ser.ma descripsi, vt inde quis illius erga M.tem v. Ser.mam sit animus liquidius cognoscatur, et ne promissa nra, quod nunqua est futuru alios haberent euentus, sicut hoc M.tas v. Ser.ma pro incomparabili sua prudentia bene moderabitur. Alia, ex R.mo domino meo Cracouien Episcopo M.tas v. Ser.ma intelliget.

Hæc cum scripsissem, venerunt, ad diuersoriu meu, missi ad me a M.te Ces: Reuerendi domini Balthasar Præpositus de walt kirchen, et Doctor Volfgangus Brantner, ordinis sancti Georgii coadiutor, consiliarii et Secretarii M.tis Ces. exposueruntq mihi, illius M.tis nomine, quo modo nuper ex conuentu Nurubergen Imperiali M.ti Ces. ab omnibus Principibus, et statibus ibidem constitutis scriptu fuisset illius M.tem rogan, et hortan, vt bello quod inter M.tem v. Ser.mam, et Ill. dominu Magistrum Prussiæ fuit, et per quadriennales inducias interceptu esset, tandem finem imponeret. vnde cum M.tas Ces: secum reputaret, quam hoc bellum reipub: christianæ, hoc presertim tempore pernitiosu foret, si iteru recrudesceret, et q induciæ, ac compromissu desuper factu, pro futuro Aprili expiraret, curæ haberet summopere ne deterius quicqua ad vtramq partem, inde oriri possit, et bonis mediis componeretur, dedisset itaq magna opera superioribus annis, et per oratores, et per litteras suas, ad Arbitros vt negotiu hoc aggrederentur, et paulo ante etiam dominus Ioannes Hannard in Germania missus, inter alia hoc etiam in mandatis habuisset, quid vero eam re egisset, illis esse adhuc incognitu, et ne quicqua illius M.tas prætermisisse videretur, cum ego hic nomine M.tis v. Ser.mæ agerem: esset item alius etiam hic ab Ill. domino Magistro, sua M.tas Ces: tentare vellet, si per nos hic aliquid, quod his rebus expediret, efficere posset, vel saltem consiliu capere quo causa istiusmodi belli componi, aut longiores induciæ fieri possent, quibus stantibus, accuratius quam hactenus de certa pace tractaretur, facturusq essem rem gratam suæ M.ti Ces: si illi desuper sententia meam exponerem, Summa hæc fuit totius orationis, quam cum recte, vt mihi videor intellexissem, nullam scz aliam

fuisse causam cur ad me esset missum, quam vt expiscaretur, si quid
hac in re a M^te v. Ser.^ma in mandatis haberem, aut quale desuper
meum esset mandatum, opinantur fortassis, q hanc ob causam hic sim
relictus, quasi M^tas v. Ser.^ma summopere aueret, in hoc negotio
Cæsaris auxilium. Respondi, q in primis M^ti Ces. haberem gracias im:
mensas, nomine M^tis v. Ser.^mæ, pro ea sollicitudine, quam gerit in rem:
pub: christianam partium nrarum, quam libenter bene compositam, et pa:
catam videret, verumq esset inter alia bella, quibus nunc orbis christia:
nus est perplexus, hoc etiam foret non minimum, si recrudesceret, vt po:
te q illic ageretur, vbi resp: Christiana, armis plusqua vsqua alibi,
ab Infidelibus infestaretur, et q eam ob rem, atq vt M^ti Ces: gratifica:
retur. M^tas v. Ser.^ma cum iam pene victoriam omnem in manibus
habuit, arma deposuerit, et ad Ces: M^tis postulationem, in certos
arbitros admissis quadriennalibus inducijs compromiserit, futurum
sperans, q longe secus euenit, interea promissam pacem fieri, neq quo
minus hæc conficeretur, per M^tem v. Ser.^mam stetit, essetq adhuc
in M^tis Ces: et illius offitialium recenti memoria, q ante duos annos,
me hac de re M^tas v. Ser.^ma huc in Hispaniam missum, agere, et vt e:
iusmodi compromissum procederet, apud M^tem Ces: sollicitare iussisset,
preterea ad omnes alios arbitros hoc idem procurans misisset, quo
vero factum est, q in hac causa, tanto tempore nihil sit tractatum,
esset luce meridiana clarius. proinde, q se iterum M^tas Ces. his nego:
tiis interponeret, illius M^tis prudentiam impense laudarem. prospice:
ret enim, si cicatrix hæc refricaretur, quid morbi portenderet. Mi:
hi autem ea de re a M^te v. Ser.^ma nullum adhuc esse mandatum,
Consilium vero quod per eos M^tas Ces: a me postularet, pro rudi meo
intellectu, conuenientius esse non posse, quam vt hanc piam Ces: M^tis sen:
tentiam M^ti v. Ser.^mæ describerem, quod me diligenter facturum
pollicebar, hoc responso contenti, et laudato, q et M^ti v. Ser.^mæ
deferenda censui M^ti Ces. se id relaturos, sperantes hoc illi non
ingratum fore, dixerunt, seq recta ad Magistri nuntium ituros, i:
dem cum eo acturi, vellentq de illius mente edocti, me rursus red:

dere certiorem. Inde vt mihi certo persuasi, a domino Joanne Marchione Brandenburgen, hoc habentes, ceperunt dominu Magistru excusare, q non illius culpa, negotiu compromissi tamdiu intactu fuisset, sed q morte quorundam arbitroru id accidisset, vnde me continere non potui, retuli illis, quid dominus Magister, per suu nunciu Joannem de Schonbergk stantibus Induciis, apud Cesarem in Brabancia, vsq in Angliam, et quid per sex Menses, apud illum Regem etiam egisset, et q ipsemet, quecunq contra inducias fecerat, sine pudore coram omnibus passim in Mtem V. retorsit. Indulgendu esse illius etati, per Mtem V. prudentia, et annis maturiorem aiebant, et q postea futurus sit cautior, Omnia haec per dominu Marchionem hic aguntur, licet vt supra descripsi. Magister hic propter male audiat. Mtas V. quae prudentissima est, quorsum haec, intelligit, et quae ex re sua erunt prouidebit.

SEr.me Rex, et domine domine clemen.me Peto mihi a Mte V. Ser.ma dari veniam, q sic incomposite, et tumultuarie has conscripsi, cum eni ad modu, vt mihi adferuntur negotia annoto. paulo ante accepi, quis iste erit orator, qui cum Caduceatore solenniter, ad Mtem V. Ser.mam, cum vellere aureo, ac aliis rebus mittetur. Est vnus ex his, qui in causa Magistri Prussie apud me erant. Dominus Volfgangus Prantner, legum Doctor, ordinis sancti Georgii, quem Maximilianus Caesar, cui Deus opt: Max, aeternam det beatitudinem, in Austria instituit. Coadiutor erat is apud illius Mtem, praeclarissimae memoriae Secretarius precipuus, et nunc hic cum domino Proposito, supra descripto, omnes Imperii res in consilio dirigit. Iuuenis profecto preter bonas litteras, quibus affatim abundat, virtuosus, sincerus, apertus, ac singulari humanitate, rerumq gerendaru pericia praeditus, estq mihi antiqua, et multa cum eo familiaritatis consuetudo, et quamdiu hic fui, non vulgare studioru commertiu. De exitu tamen illius adhuc certo nescitur, ipse etiam tam longinqu iter ingredi non vult, sine sufficienti viatico. Si veniet, onustus vt reor

plurimis negotiis, neq; ingratus se ad Mtem v. conferet, sex eo intellexi, cum hodie mecum pranderet, q heri, quae fuit mala, vt hic vocant dies Caesaris, illius Mtem febris omnino deseruisset, habeturq; spes, q ex ea aegritudine, iam penitus sit liberata, vnde cras, ad congratulandu illius Mti ad Aulam sum iturus, et nisi me haec scriptio, et Postae huius expeditio retinuisset, hodie hoc confecissem, sic ipse dominus Doctor, vt facerem hoc, apud me instabat, ob nullam fortassis aliam causam, vt suspicor, quã q libenter videret, q cum domino Marchione Brandenburg. illic conuenirem, vel q forsan Mtas Ces: de illius ad Mtem v. Ser.mam profectione, mecum loqui decreuerit, quodcumq; erit breui experiar. De vellere hoc aureo, quod ferri debet, ad Mtem v. Ser.ma certo mihi credat, q quemadmodu nihil de illo in commissis habeo, sic etiam ne verbum quidem feci. Magnus tamen Cancellarius, vt Mti v. ex Valleoleti xii Nouembris scripsi, vltro de eo mecum sermonem habuit, q domino Joanni Hannard velleris haec oblatio, ad Mtem v. fuisset commissa, et cum hoc non fecisset, Mti Ces: non paru displicuisse, neq; in praesentia illius missio praeteriisset, ni sab hoc domino Doctore factus fuissem certior. haec igitur scribo, ne viderer hoc preter mandatu Mtis v. Ser.ma hic sollicitasse, ex quo ne latu quidem vnguem velim egredi. Sunt iam fere sex anni, q Mtas v. Ser.ma Barchinone, in hunc fuit ordinem ascripta. Caeteris electis, vt Ser.mo Regi Hungariae, et Daciae nunc extorri, dudu ordo iste est allatus. Cur tam diu dilatio haec, cum Mte v. Serma est facta, non caret mysterio.

Res Prutenae quo modo hic tractantur, procul dubio Mtas v. Ser.ma satis intelligit, nisi huc Nuntius Magistri, ad Marchionem Brandenburgen venisset. Status Imperii, ex conuentu Nurubergen, vix Mtem Ces: vt se his rebus interponeret mouissent, itaq; ad instantia Magistri magis, quã istoru statuu, vlteriores petuntur induciae, quae cum expirabunt, priusqua haec mea scripta, vt reor ad Mtem v. Ser.ma perferentur, serio res magis agenda esset, vt hoc quod reliquu est hostibus quantotius occuparetur. Jus omne hac tempestate in armis est, et quem:

admodu fieri videmus, fere ab omnibus aliis, presertim a primis orbis nostri gubernatoribus, q is qui potior armis est, iure etiam potior esse dicatur, nihil comoditatis esset omittendu, vt id haberi possit, vnde mala tot tanto tempore manarunt semper, postea de iure facilius responderi possit, certe credo si Cæsar, vel Rex Galliæ, iure, vel iniuria orbem omnem sub ditiones suas cogere possent, facerent, et iurisperitis disputationes relinquerent. Nihil tam interest, vt Cicero pro Publio Sextio inquit, quàm Jus et vis, et vbi vim volumus extingui Jus necesse est, Cum itaq vis nunc vbiq dominetur, cur nos nisi iure expostulare, cum hostibus volumus. Si illi eam haberent potentiam quam velint, dudu de iure actum esset. hæc non ideo scribo, vt meam sententia, quæ pro rudi meo ingenio est, nulla est, dicerem, sed vt hominu istius æui mores, et ea, quæ hoc tempore vsu recepta sunt, accuratius animaduerteretur. et olitor etiam sæpe oportuna loquutus. Venerunt huc iterum, cum ista scriberem, ex Lugduno noua, q Turcaru Jmperator esset mortuus, si deterior non deberet succedere, vtinam se res sic haberet, sunt tamen hic qui hoc a Gallis fictu dicant, vt de Turcis cura non habeatur, et ipsi interea votis suis potirentur. Dicebatur etiam paulo ante, quod magis credo, Turcam ipsum peritissimu nauarcham suu cum quadam classe parua, ad metienda littora, portus et stationes nauiu commodas, circum Apuliam, et Siciliam, misisse/ quid hoc sibi velit, facilis est coniectura./ Dii faxint, vt nos aliquando ab illis, modis etiam quibuscunq pacem habere possimus, et q huc ad has regiones, cum viribus suis diuerteret, pacem inter istos principes facturus, aliud non video remediu. hic pro nouo hoc bello, vel potius antiquo restaurando, vt prius scripsi miris modis pecuniæ queruntur, habiturusq est Cæsar denuo juditiu cum his, qui cum commonitate superioribus annis, in eum conspirarunt, licet omne illis delictu per illius commissarios fuerat remissu, congereturq non parua, vt multi autumant pecuniaru summa, si eo modo cum his procedetur, vt est conceptu. Habet etiam Cæsar multos adhuc vacantes Episcopatus, et vt prouentibus illoru vti possit, quos se in mutuu, necessitate id exigente percipere asserit, neminem

adhuc, licet multi ambiant, illis praeficere curat, estimoq; postquam nunc cum Pontifice dissentit, alia illum tentaturum. Haec sunt, quae in presens hic habentur, Ego hic confitior taedio, vitam etiam interdum pertesus, in tam longa litterarum Ser.ma Mtis v. expectatione, ab eo tempore quo dominus Doctor Borg exiuit Cracouiam, a nona die Augusti hucusq; quod facit sex Menses, nullas accepi. Supplico itaq;, quemadmodum saepius Mti v. Ser.mae, vt me in omnibus, de mente et voluntate sua edoceat cum primis, et quid mihi vlterius faciendum, et si necesse erit quomodo hic agendum praescribat. Tam commode huc semper litterae mitti possunt, quam commode hinc scribi. Ex Vratislauia cum quolibet Mense, a Mercatoribus Posta in Antuerpiam mittitur, vnde huc rursus facile perferuntur, quae illac perueniunt. Sunt etiam alii modi, per Ser.mum Archiducem Austriae. item per vrbem, versus Neapolim, vnde huc Postae semper soluunt. quae omnia vna mecum clementiae, atq; incomparabili prudentiae, Ser.mae Mtis vestrae commendo. Datum vt supra.

Ioannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo Regi Polonie.

SEr.ma Mtas Regia, et domine, domine clemen.me. Post humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Superiori die, quae erat vii huius Mensis, copiosissime omnia Mti vrae Ser.mae, post domini Doctoris Bork abitionem hic acta, et illius casum ac moram descripsi, cum Posta quae eo tempore, ad vrbem, et Neapolim expediebatur, Adiunxiq; illis meis litteris, aliarum litterarum exempla, in Valle oleti xii Nouembris, et hinc xvii Decembris datarum, cum omnium scripturarum expeditarum copiis statum Barensem spectantium, et cum ipsis etiam litteris originalibus duplicatis, quas hic non sine magno demum labore obtinui, et

ad manus domini Ludouici Neapolim transmisi. Ex quibus, antequa[m] dominus Doctor ad eu[m] perueniret, omnia quæ erunt agenda cognoscet. Et ne quicqua[m] omisisse videar, cum hoc Mag.co domino Philippo de Bredan, Oratore Cæsareæ M.tis, qui recta ad M.tem v[est]ram Ser.ma proficiscitur, cum vellere aureo, iterum his mearu[m] copias, quas hinc xvii Decembris, et vii huius scripsi coniunxi, vnde si ille forsan propter itineris longinquitatem, et bellicos tumultus, fuissent interceptæ, quo modo hic acta sunt omnia cognoscet. Interea pauca sunt immutata. M.tas Ces: deserta est a quartana, sed tamen adhuc debilis multu[m]. Nullis negotiis vult occupari, donec ad vires aliquantisper redeat, quo factum est, q[uod] dominus Cancellarius, aliquot diebus, ab aula se domi continuit. Cæsar nulla alia re quàm ludo se exercet, eoq[ue] non parum delectatur, queritq[ue] modis omnibus in hac Tragedia, vt corporis et animi languorem exuat. et licet hic non sint pecuniæ, tamen fertur paulo ante quindecim millia Ducatoru[m] ludendo amisisse, vnde reor, hi qui lucrati sunt, plus solatii, quam ipse acceperunt. Belli huius finem nondu[m] video. Venit huc ante paucos dies Ducis Subandiæ Orator, et M.tem Ces: ad pacem amplexandam hortatus est, dominus enim illius neutralis habetur, sed sicut ex illo intellexi pridie cum vna essemus apud Cæsarem, inter multa alia, quæ mecu[m] contulit, Pacem, inquit haberemus, sed illam nihil aliud, quam Cæsaris voluntas moratur, retulitq[ue] mihi, q[uod] Rex Galliæ, in Ticini oppugnatione pertinaciter adhuc persisteret, et q[uod] eam vrbem non vi, nam intus octo fere millia, militu[m] Cæsarianoru[m] esse perhibentur, sed commeatus inopia capere decreuit. exitus istius obsidionis, certe aliquid noui efficiet, In illo res omnis hæret. Reddidit me etiam certiorem, de domino Doctore Bork, q[uod] illi ex Narbona xxiiii præteriti, a Capitaneo illic Regis Galliæ generali, saluu[m] conductu[m] attulisset, et eum in Perpiniano offendisset, vnde acceptis his litteris eadem ferme hora, cum illo tubicine cum quo aduenisset, subito dominus Doctor magna alacritate affectus discessisset, hinc ego credo, q[uod] in itinere quantum possibile est maturabit, et breui ad dominu[m] Ludouicu[m]

Neapolim perueniet. Sic ego magno solutus sum dubio, et ab animi inquietu:
dine liberatus, semper enim timebam, ne bono huic viro quicquam aduersi
accideret, quo in itinere diutius immorari cogeretur.] Iste Orator, qui
a Caesare, ad Mtem v Ser.ma mittitur, quis sit, et cur alter, de quo scri:
psi non sit missus, ex domino meo Rmo Crac intelliget. Nomen, et ti:
tulus huius, est, Carolus Philippus de Burgundia, dominus de Bredan,
et Loberkam, consiliarius Ces: Mtis in Germania inferiore, egit hic
Oratorem hactenus nomine Ser.mi Archiducis Austriae, habitusque est
hic in aestimatione cum primis et pro homine singulari prudentia, ac re:
rum gerendarum peritia predito. illum ego, vt promissis satisfaciam Mti
vrae Ser.mae summopere commendo, quantum etiam omnis mea comenda:
tio, ex hoc offitio, et seruitio Ser.mae Mtis vrae, quo nunc sum insignis,
potest, et valet.] Caduceator item velleris aurei, qui cum eo proficisci:
tur Ioan Fusii, a me aeque efflagitauit, vt illum Mti vrae Ser.mae com:
mendarem. Mari hinc vterque per Angliam, in Flandriam se comittet,
vnde dominus de Bredan, per postas in Italiam recta, ad Ser.mum domi:
num Archiducem Austriae, qui cum ingenti exercitu contra Gallos illic
iuisse perhibetur, se conferet. Deinde quantotius ad Mtem v. Ser.ma
venturus. Alter vero cum litteris, ad Regem Daciae extorrem, et ad
Ducem Saxoniae Fredericum applicabit in primis, et postea cum equis et
familia domini Oratoris, in finibus nostris illius aduentum praestolabitur,
Cur ista dilatio velleris aurei hucusque est facta, Mtas v. Ser.ma, ex lit:
teris ad se Caesaris intelliget, hoc vnum hic certo expertus sum, quod haec mo:
ra contra eius voluntatem fuit, et cum tandem mittitur, non facit omni:
bus ad stomachum, quemadmodum heri consideraui. Habuit me in cena
dominus Praepositus de Valtkirchen, cui res domini Magistri Prussiae
curae sunt plurimum, veneratque pridie ad me magna cum solennitate,
vt me inuitaret, et cum difficilem ob scriptiones, et ob alia quedam
agenda me ad hoc exhiberem, vehementius instabat dicens quod polli:
citus fuisset domino Ioanni Marchioni Brandenburgen, fretus mutua
nra amicitia, et familiaritate, dudum in Aula Caesaris Maximilia:
ni mecum contracta, ad eam cenam me perducturum, ad quam se igitur

venire dominus Marchio spopondisset. Cum hoc Stratagemma, quorsum tenderet intellexissem, promisi me venturum, venique illuc priusquam dominus Marchio, et inueni simul sedentes Comitem de Montfort, et nuntium domini Magistri, qui nomen habet, ante mihi incognitum Clingenberk, assurexerunt mihi, consedi, illum vero nuntium coniectura subinde cognoui, depictus enim mihi fuerat, per aliquos prius, sed noscere me dissimulabam, Paulopost, venit Don Georgius Maxi: Caesaris naturalis, et alii quidam, habitus fuit interea quod dominum Marchionem expectaremus sermo obiter de duello quod ante duos annos in Valle oleti fuerat, et postea ad hoc peruentum, quod dominus Samboczki, apud nos
N debellauit. Venit tandem dominus Marchio, et honorifice me excepit, cum domino Adriano de Croÿ, domino de Bentrein, camerario Mtis Ces: et fratre ordinis aurei velleris, et multis mecum ceremoniis vtebatur, licet dicerem, me in hoc conuiuio, non agere Oratorem, sed illum domi cum litteris, et negotiis reliquisse, meque nihil aliud, quam bonum seruitorem, vt conueniret illius Illti, et hilarem conuiuam domini Prepositi representare. nihilominus mihi in omnibus primas tribuit, cenauimus laute, et impigre Germanum in modum, crateris certauimus. Dominus Marchio impetiuit me e regione sedens,
N aliquoties, et ego illum suauiter, de veteri familiaritate Barchinone et alibi contracta, vicissim colloquentes, rebus de aliis verbum nullum. et cum iam inter pocula, vt fieri solet, animi essent liberiores, et alacres. Dominus Praepositus, vt forte erat instructus, me, et domini Magistri nuntium allocutus inquit, hoc bellum quod fuit inter Principes vros, nostrae hilaritati non debet abesse. Vos igitur domine Clingenberk, ad oratorem Sermi Poloniae Regis bibite, et mutuo bene conuenite, vnde certo futurum est. Dominos vestros, post hoc dissidium, in arctiorem amicitiam, et amorem, sanguini et debito vtrinque conuenientem, plus quam prius vnquam fuerat peruenturos. Ille respondit. Si prior coeperit alter, parebo libenter, quo audito conniuenter transii, et quasi de his sermonibus, nihil intellexissem, contuli me, ad Don Georgium, qui mihi a sinistra erat proximus, et ad alias fabulas,

de Austria diuerti. Dominus Marchio fingebat etiam ea se non audire, tandem Præpositus, cum videret, quod illi non persuasisset, mihi de indu-stria persuadere intebatur, vt prior illum poculo conuenirem, sed quid surdo cum fabula? porrectum mihi poculum in Marchionem direxi, ille impiger hausit spumantem pateram, tum domino Mucron maio-ri domus Cæs: ille alteri domino Mettene dedit. Postquam exempta sitis fuerat, mensaque remota, stetimus in corona. dominus Marchio, Don Georgius, dominus Præpositus et ego, de certamine nostro, et quomodo multum bibitum esset colloquentes. Exorsus est iterum dominus Præposi-tus in eam sententiam, qua prius, et quod plurimum expediret rebus Christianis, vt causa huius belli, inter Mtem v. Ser.ma et dominum Magistrum componeretur, presertim cum inter auunculum et nepotem verteretur, et quod potissimum spectaret ad dominum Marchionem, vt se medium inter auunculum et fratrem poneret, omnemque daret operam, quo sanguinis hæc necessitudo, per istiusmodi dissensionem offensa, rursus in integrum rediret. Ad hæc Marchio. Nos inquit ea de re huc non con-uenimus, vt processus desuper iuridicos faceremus, nihilominus Diplo-is mihi prope est, sed Camisia proximior. Nos de domo Brandenburgensi, fratrem nostrum neque volumus deserere, neque possumus, estque Branden-burgensium mos et natura, iniuriam nequaquam ferre, immo acerrime pro-pulsare, et licet simus arme sweis, tamen non patimur, vt vis nobis, aut ignominia aliqua inferatur, quam a nobis arcere, donec halitu fruimur solemus. quod etiam in hoc bello compertum est, der doran gewunnen hot, der singr dir schu mit. Scitur etiam quis pacem, vel inducias petat. Ad quæ ego, dissimulata bile, respondi. Cum huc a Mte v. Ser.ma, in arduis reip: christianæ, et in quibusdam priuatis negotiis essem missus, nihil mihi agendum in his rebus fuis-set iniunctum, quemadmodum hoc Cæsari, et illius consilio, non foret incognitum, vnde neque in presentia ad ea respondere, quæ illius Ill.tas vehementius exposuisset, inter pocula presertim et in simposio te-nerer, tamen, si preter commissionem, ac pro veteri notitia, et be-niuolentia, qua me illius Ill.tas olim fuisset prosequuta, pacienter

velit audire. Dicturus essem aliqua, quæ ad hæc responderi possent, an:
nuit, et ego in hunc modū incepi. Quis huic bello prebuisset occasionem,
non foret obscurū, neq; quo modo gestum esset, careret luce, precipue vbi
veritas haberet locū, quæ singula refricare, magis ad irritandos crabro:
nes, quā ad amicū colloquiū accederet, quo circa consulto ea transirem,
exitus omnia esset probaturus. quod vero tunicam propiorem diceret
pallio, non irem inficias, æquitas tamen inter viros principes esset præ:
ferenda, hocq; perpendi debuisset potissimū q̄ Mtas ves. Ser.ma, con:
tra domū Brandenburgen, nihil vnquā egisset, immo veriùs illi om:
nem fauorem, atq; beniuolentiam exhibuisset, per quā dominus Magi:
ster venit in Prussiā, quo modo vero ea sunt obseruata, quæ ante eius
susceptionem, et aduentū, per Oratores Patris suæ Il.tis fuerant pro:
missa, nondū in obliuionem transiit. Res etiam, et causa istius belli
non fuisset de domo Brandenburgen, sed quod multis indignis modis,
Mtas v. Ser.ma offensa, ac lacessita, subditos suos tueri, inuitus etiā
et necessario protrahebatur. Accedebat preterea, cū dominus Mgr,
non solū debitum præstare recusaret, verum et gentes iam conscri:
bere contra Mtem v. Ser.mā cæperat, q̄ hoc bellū contra volun:
tatem, et morem suū Mtas v. Ser.ma suscipere coacta fuerat, quod
tamen mitiùs quàm offensæ merebantur gestum est. Nam cum exercitꝰ
Mtis vræ Ser.mæ, in terras domini Magistri se disposuerant, non in:
certi de victoria, subinde nuncii in primis ordinis, deinde terra:
rum, et Ciuitatū domini Magistri ad Mtem v. Ser.mā mitteban:
tur, qui post longam rerum suarū deplorationem, misericordiam,
et domino Magistro, vt ad Mtem vrām Ser.mam se tuto conferre
posset, Saluū conductū deprecabantur. quem illi cum certis ar:
ticulis non grauate dedit, et Militibus suis, vt interea ferro, et igne
abstinerent demandauit. Postquā vero dominus Magister accep:
tis articulis, et litteris commeatus Thoroniā, ad Mtem vrām S.
diuertisset, illic honeste exceptus, et habitus, Mti vræ Ser.mæ,
ore proprio pollicebatur se omnia facturū, ad quæ obligaretur. Pau:
lo tamen post, cum a Rege Daciæ aliquot peditū millia sibi adue:

misse cognouisset, mutata sententia, quasi cum fratribus ordinis super
tractatus sibi propositos consulturus, vt vigore Salui conductus redi:
re posset, rogauit. et quamuis M^tas v. Ser.^ma, illum omni iure, cum
articulis missis non satisfecisset, detinere potuisset, ad quod multi
Regni Primores instabant, nihilominus illum a se abire, et hono:
rifice, ac secure, vsque ad propria conducere permisit. Haec cum dixis:
sem, interpellauit me dominus Marchio alia adhuc dicere conantem,
respondensque M^tem v. hoc in facto bene et regie egisse. quidquid
tamen esset, fratrem eius dominum Magistrum, quamdiu viuet cum aliis su:
is fratribus se nunquam deserturum. Domumque Brandenburgensem talem
olim semper fuisse, quae potuisset aliquid, et nunc non minus, nullamque
esse in Almania, quae tot fratres viuentes, et germanos haberet,
qui reliquis Principibus etiam non essent inferiores. et cum haec cum
quadam vehementia, vt est cholericus protulisset, non potui mihi tem:
perare. Reges Poloniae quid possent, et Germanis Principibus, et
aliis Regibus ac nationibus, presertim infidelibus, satis olim fuisse
et adhuc esse cognitos, quod si quis temere non crederet wurd wol
finden im anskeren. Post haec verba vtrinque habita. dominus Praeposi:
tus Marchioni dixit, Ill.^tas sua, plus paci et concordiae, quam vl:
teriori bello affici deberet, esset enim indignum, et non conueniens rationi,
inter sanguine iunctos digladiationes fouere. Ad quod tandem mitius
respondit animo post choleram recuperato. Nos hic ea de re non conue:
nimus, vt processus iuris ageremus, vellemque quod negotium hoc esset compo:
situm, ad quod, quantum eniti possum operam sum daturus, faciat etiam
idem dominus Orator me alloquens, et tandem post alia humaniora
colloquia, ciatho litem diremimus. Postero Die quae fuit XXVI prae:
teriti, dominum magnum Cancellarium conueni, et illi hanc dispu:
tationem cum Marchione exposui, rogans, si quid contra M^tem
v. Ser.^ma coram Caesare, de his rebus fuisset, pro parte aduersa
propositum, vt mihi impartiretur vnde M^tas Ces: me audito, quo modo
res se haberet, certo edoceri posset. Nihil inquit de hoc negotio
in consilium est prolatum, neque a Caesare intellexi, quicquam in eius

notitiam esse perductum. Sed venit nuper Præpositus de waltkirchen ad me, et multa mecum de his rebus est loquutus, volens mihi persuadere quod Ser.mo Regi vestro, a Cæsare scriberetur, quo concordia aliqua, vel saltem longiores induciæ conficerentur, ne iterum ad arma procederetur, Respondi illi, cum hic forent vtriusque partis oratores, cum illis ageret, si quid his rebus commodum fieri posset, tamen paulo post rediit, et dixit, quod vos et alter Orator, vt tales litteræ conscriberentur consensisset, et quod exempla illarum vidissetis, de quibus contenti fuistis, quocirca se daturum operam, vt a Cæsare signarentur, quod sic fieri permisi. Dominus vero Marchio, ne verbum quidem, hac in causa mecum loquutus est, aliud etiam, in meam scientiam desuper non peruenit. Hæc cum dixisset, omnia illi exposui, quæ mecum idem Præpositus, et Doctor Brantner, quasi Cæsaris nomine egissent, de quibus scripsi in nouissimis, Miratus est, indignatus etiam, quod hoc modo, sine Cæsaris commissione, res hæc ad me fuisset perducta, hinc M.tas v. Ser.ma liquido cognoscere potest, quibus ingeniis hæc negotia hic tractantur. Venit postea ad me doctor Brantner, est enim apud me continuus commensalis, et profecto bonus iuuenis, dixi illi, quæ a domino magno Cancellario, in hac re acceppissem, obstupuit, et totus rubore perfusus, inquit. Dominus Præpositus est in negotiis Imperii meus superior, hic me secum accepit, dicens Cæsarem sic fieri voluisse. Cum autem res aliter se habet, non persuadebit mihi amplius, nisi a Cæsare mihi fuerit commissum, vt istius modi negotia cum illo tractem, Est etiam quædam inter eos simultas mihi non incognita &c. Hæc cum in lucem peruenissent, dominus Marchio per suum maiorem domus, vt hic vocant, me ad prandium, per multa, et benignam orationem vocauit, quo cum peruenissem, prodiit mihi ex Aula, vbi prandium fieri debuit illius Ill.tas magna cum solennitate obuiam, et iterum, postquam me introduxisset, in omnibus ceremoniis, primas mihi tribuit, locauit me in capite Mensæ, ipse accepit dextram, et Nuntium domini Magistri in partem sinistram posuit. Erant certe opipare, et laute omnia præparata. fuit ibidem dominus Præpositus, et multi de primis Aulæ Cæsaris offitialibus. instructumque erat iterum,

pro poculis stratagemma, vt ego ad nuntium domini Magistri biberem, incepit dominus Marchio, et mihi dedit, vt nuntio illi porrigerem, quem ego de industria preterii, et domino Præposito attuli. Demisit statim dominus Marchio supercilia, et alii omnes prospiciebant. Præpositus vero, Clingenbek nuncium inuitauit ea conditione, vt me cum poculo salutaret, quod fecit, et ego prouintiam suscepi, hinc subito, magnum exortum fuit gaudium inter conuiuas, cæpimusq mutuo colloqui, et ille se mihi plurimum offerre, peciitq a me, vt illi liceret domi me conuenire, vbi mecum aliqua seorsum conferre vellet, non negaui. Et quia tempora carnisprivii erant. Dominus Marchio nos hortabatur ad lætitiam, in tantamq lætitiam se extulit, in qua raro prius visus fuisse fertur, non aliam ob causam, quam quod nos in colloquium perduxisset, Gloriabaturq coram conuiuis, presertim Hispanis Ser.mæ Mtis vræ se esse nepotem, multaq illic digna, in laudem Mtis v. Ser.mæ prædicabat, priorisq disputationis mecum habitæ, nullam amplius fecit mentionem, se sed obtulit, vbi Mti v. Ser.mæ inseruire posset, propensum, et potissimum quo hoc dissidium commodius componeretur, se partem ad vtramq nihil ommissurum. Sic cum magna inter nos beniuolentia fuit discessum. Altera die, venit ad me Clingenbek, et exorsus est longo, et bene culto sermone, vt in eo est habunde facundus et industrius, præfatus, quæcunq mecum loqui decreuisset, ingenue et sine fuco se dicturum, quod si aliter ab eo fieri experirer, violati honoris sui, illum conuenire deberem, protestatusq est, quod nihil ex domini sui commissione, quam desuper haberet nullam, sed re ipsa id exigente velit dicere, et in primis quod mecum illi conferre desuper datum fuisset, laudans rerum gerendarum peritiam, et fidem meam, erga Mtem vram Ser.mam, id plurimi faceret, foretq his negotiis non parum profuturum. Incepitq, quam perniciosum rebus christianis hoc bellum esset inter Mtem vram, et illius dominum declarare. et quod dominus eius vt iuuenis, a quibusdam fuisset seductus, qui aliquando pœnas sint daturi. Et cum facta infecta esse nequeant, ipse pro fide sua, qua suo principi deuinceretur, summopere

cuperet, vt bellum hoc componi, et in graciam reditus fieri posset, vnde me rogabat, iterum ingenium et prudentiam auctoritatemq; meam quam non paruam esse apud M^tem v^ram Ser.^mam sciret extollens, vt animum ad istius belli compositionem et concordiam inducerem, quod ad id multum commodi allaturum speraret, multis vere Rhetoricis vsus persuasionibus, quas, ne nimium sim prolixus omitto. Ad ea pro re, paucis respondi. primum, beniuolentiam illius erga me, et quod me tanti faceret, qui sum minimus M^tis v^rae Ser.^mae seruus commendabam, meamq; rursus beniuolentiam, quantum mihi liceret illi pollicebar. Et quemadmodum ille fuit protestatus, me etiam nullam penitus super his negotiis a M^te v^ra Ser.^ma facultatem et commissionem habere dicebam, quod vero me rogaret, vt ego paci afficerer foret superuacaneum, qui neq; prodesse, neq; multum nocere possem, ipse etiam sciret, qualiter hoc bellum exortum, et quibus modis sit gestum, et M^tem v. Ser.^mam ad id nullam dedisse occasionem, nihilominus ab humanitate non essem adeo alienus, qui turbas paci et tranquilitati praeponerem, meq; si quid possem, libenter daturum operam, vt haec Tragaedia, cum dignitate M^tis v^rae Ser.^mae finiretur, Egit mihi hinc multis verbis gracias, et retulit mihi, quod nesciebam, in Losomio, pro festo trium Regum praeterito, conuentum fuisse, institutum, vbi causa haec agi deberet, et quod haberet spem, compositionem illic fieri posse, verumtamen certiora et firmiora omnia essent futura, si cum M^te v. Ser.^ma in personis, dominus Magister conuenire posset, vbi semotis arbitris, planius et apertius de omnibus vtrimq; daretur colloquium, post quod ipse non dubitaret, et reditum in graciam maiorem quàm prius, et solidam pacem futuram. hoc dicebat veluti rogando me, et quod operam meam interponerem vt efficeretur. Cognoui ex eo summopere, id dominum Magistrum affectare. M^tas v. Ser.^ma, pro summa sua prudentia, quid sibi ista velint habunde intelliget, mihi hic aliud nec agere, nec loqui licuit, cum super hac re, ne verbum quidem, mihi sit commissum, et neq; vnum iota huc scriptum. Non potui tamen eam beni-

uolentiam, qua me dominus Marchio et iste Nuncius videntur prosequi
postq̃ Induciæ nondum expirarint, reiicere. Conuentum est igitur,
inter nos crebrius, raroq̃ est dies, qua me Nuntius iste non inuisat,
nihil aliud, vt certa mihi est coniectura, a me scire cupiens, et deside:
rans q̃ si quid super his rebus, a Mte v. Ser.ma litterarum accepis:
sem, cognosco eum pendere animi plurimu, et cupere vehementer etiam
istius rei finem. Proinde, cum intellexisset, q̃ ego litteras Ces: Mtis,
ea in re, ad Mtem v. Ser.mam scriptas, meis adiungere nolui, vt qui
illas non sollicitauerim, venit ad me rogans plurimu, q̃ eas acciperem,
vt cum meis ad Mtem v. Ser.mam peruenirent, ipse alias ad Ser.mu Hungariæ Regem, et ad Archiducem Austriæ, et quæ ad
dominu suu essent scriptæ, illi mittendas se accepturu dixit,
non aliam ob causam, quã ne longior mora fieret, Nam si domino
de Bredom Oratori Mtis Ces: dari deberent, tardius redderentur.
velit itaq̃ efficere, quæ ad Hungariæ Regem, et dominu Archiducem
Austriæ scriptæ forent, q̃ cum primis per tabellariu domini sui,
transmissæ distribuerentur, modo illas ego acciperem, quæ Mti
vræ Ser.mæ essent designatæ. Cumq̃ sic per multas preces instaret,
negare non potui, si ad me perferrentur eas his coniungam. Quo mo:
do hic sunt expeditæ, vt Cæsar subscriberet, in alia cartha annota:
ui / Fauoris etiam Cæsarei, vt prius scripsi, parum hic dominus
Magister habet, omnia fiunt per dominu Marchionem, et per illos,
qui ei libenter placerent. Si scirem in presens, quo modo hæc nego:
tia apud nos tractantur, et in quo penderent cardine, rebus fortasse
nostris non incommodaret, ego neq̃ soleo, neq̃ possu diuinare, et
vltra crepidam non iudico, coniecturam tamen facio, quantu hic
coniicere licet, q̃ viribus suis, non satis fidit vlterius dominus
Magister, cum iam omnia extrema tentauerit. quod si ita est,
velis et remis, quemadmodu scripsi in nouissimis, vt hanc Scillam
pemitus euaderemus esset incumbendu. piu, et misericordem, N
esse, erga hostes presertim, obfuit plerunq̃. Sed cum hæc dispu:
tare non meu est, nisi quantu me fides mea impellit, de his hac:

tenus [Dominus Marchio, et iste Nuntius primitus suspicabantur, q hic ob nullam causam, quà ob istam, nomine M^tis v. Ser.^ma agerem, nunc aliud experti; submissius se gerunt, et qui prius fastu quodam, me preterierunt, in presentia blandientes me prosequuntur, immo etiam nescio quas mihi nouitates, vtinam veras, de victoria quada contra Moscos narrant, et per Postas ex vrbe huc scriptas asserunt, sed quia Induciæ sunt cum Moscis suspectas habeo, iam agitur Mensis septimus q neq ex partibus nostris a M^te vra Ser.^ma, neq a domino Ludouico Aliphio ex Italia litteras accepi, quantu me hæc expectatio discruciat, presertim cum adhuc nesciam, Si ex voluntate M^tis v. Ser.^mæ hic mora istiusmodi est. Deus mihi testis est, et canities mea aliquando testabitur.] Dum hæc scriberem, venit ad me Doctor Brantner, et attulit mihi litteras Cæsaris in negotio Prutheno, ad M^tem v. Ser.^mam scriptas, dicens domini Magistri Nuntiu rogasse, vt illas ad me deferret, quas presentibus cum exemplo litterarum ad Regem Hungariæ, et Archiducem Austriæ, ac ad ipsu dominu Magistru annexas mitto. Ex his omnibus, atq ex colloquiis mecum habitis, quæ hac in re agenda erunt, M^tas v. Ser^ma pro sapientia sua incomparabili liquido prospiciet, Hoc tempore de his his alia se non offerunt. [Proficiscitur cum hac Posta tandem hinc expeditus Regis Daciæ extorris Caduceator, quem hic cum alio pro Oratore habuit. Is per longam sollicitationem nihil impetrauit aliud, quam q ex regimine Flandriæ, Regi suo cum illius coniuge Cæsaris sorore, ter mille floreni Renens: quolibet anno numerari debent, de quibus viuere, et se sustentare debebit, vt potest, Omnia Sors versat. Vbi nunc sunt, tanti Thesauri, et tam ingens argenti moles, de qua ante duos annos passim prædicabatur. Non video adhuc quo modo vnquam possit restitui. Voluerat, vt prius scripsi, se huc cum Coniuge, et liberis conferre, sed non est permissus, propter maiores expensas vitandas, hic enim adeo sunt extenuata omnia, q Cæsar ipse sibi in Mensæ apparatu derogauit, quo factum est, vt multi officialium, qui prius inde opipare viuere

Christhernus

solebant, nunc nos qui Oratores hic agimus frequentant sæpius. Hic itaq bellum esse certo cognoscitur, nihilq ab omnibus Aulicis, potissimu minoribus, quàm pax voto vnanimi desideratur. quæ tamen a primis illis, qui omnia dirigunt, vt voti compotes fiant totis viribus opprimitur. Vnusquisq enim illorum, ad suas molas quantum potest aquæ traducit etc. Sed hæc sunt, quæ iam aliquoties scripsi. Venit huc pauloante Posta ex Italia, et ex campo, seu exercitu Cæsaris, de tertia Mensis præteriti, inde hæc noua feruntur. Dominu Archiducem Austriæ, tredecim millia peditu, et mille ducentos equites, ac decem maiora tormenta, pro liberatione Ticini seu Papiæ misisse, illis accesserunt sex millia Hispanoru, et triamillia Italloru, qui coniuncti Ductore Borboneu, applicuerunt obsidioni. q cum Galli intellexissent, collegerunt vires suas circumquaq sparsas in vnu, in quoru discessione, milites qui in ciuitate habentur, numero quinq millia peditu Germanoru, et mille Hispanoru egredientes mœnia, vltra trecentos Gallos occiderunt, et multos currus cum Commeatu illis acceperunt, sicq Papia, ab vna parte obsidione est liberata, et supra descriptus Cæsaris exercitus, cum his qui in Ciuitate sunt coniunctus. Qua de re Gallorum Rex Ducem Albaniæ, quem cum mille lancearijs, vt hic vocant, et octo millibus peditu, versus Regnum Neapolitanum miserat, reuocauit, sed antequam ille adueniet, Cæsariani omnino confligere, (quando hostibus sint proximi,) decreuerunt. Dicunt Gallorum Regem, non habere bonorum peditu, vltra duodecim millia, de alijs gregarijs sex millia. Equitatu tamen Cæsariani est superior, illi peditatu, habeturq hic pro re certa, q vel fuit, vel breui sit futurus conflictus. ex victoria dependent omnia. feruntur etiam Heluetioru, quinq vexilla a Gallis discessisse, et quod Castellu sancti Angeli inter Papiam et Landu, vi a Cæsarianis sit interceptum, in quo multi exules partes Gallicas sequuti de Gonzagis et vrsinis sunt capti. quodq duo millia Gallorum, qui terras Ianuensiu inuadere conabantur, prope Alexandriam sint profligati et occisi, et vltra quingenti in captiuitatem

redacti. hæc partis vnius in terra est fortuna. ab alia in mari. Gallis
cedunt omnia prospere, Acceperunt nuper prope portũ Ianuensiũ quæ
ingredi non poterant duas naues magnas, ex classe Cæsaris, cuius
præfatus Don Hugo, de Moncada Hispanus, relicta in portu classe, ac-
ceptisq; secum militibus, quos in ea habuit, quoddam oppidũ, prope
ianuam, ad vnũ miliare nostrũ capere voluit, superuenerunt Galli
cum sua classe, et egredientes in littus Cæsarianos in fugam verte-
runt, vnde, qui melius valebant pedibus, salui genua euaserunt, cæ-
teri interfecti, et Don hugo, præfectus captus. quo factum est, ꝙ Cæ-
sar classem suam in portubus continebit, et Ianuenses relicto mari,
pro mæniis se defendent, contribueruntq; Cæsari pro alendo exerci-
tu sexaginta millia Ducatorũ, hæc summa est omniũ. Hinc M.tas
v. Ser.ma secum reputare potest, quid de pace sperare liceat, quã nisi
Rex Angliæ fecerit, qui non vt Crathes Thebanus, aurũ suũ in mare
abiicere statuit, rerum quod opinior et nerui penuria faciet. Ille eñ
quemadmodũ ex eius Oratore intellexi, se inter vtrumq; ponet mediũ,
neq; vult ꝙ Cæsar, neq; ꝙ Rex Franciæ sit superior, ne deinde vnius
illorum potentia in suũ caput redundaret. Alia scientia digna M.tis
v. Ser.mæ non habentur. Nos hic manemus in hoc oppido, et iam fere
omnia consumpsimus, sic etiam, ꝙ aliquando neq; panem aut vinum
pro pecuniis reperimus. Et credo, ꝙ hac quadragesima ob pisciũ
inopiam, carnibus vesci cogemur, quas etiam cum tempus erat, inter-
dum habere non potuimus. Cuperemus hic omnes, vt Cæsar pro hac
tempestate, ad commodiora loca diuerteret, quod tamen fieri nequit,
cum non sit vnde Aulicis soluatur. indies hic, quæ ad quottidia-
num vsum [spectant] fiunt chariora, et multæ pecuniæ exponuntur. qua de re,
ne quicquam et mihi et fidei meæ non conueniens impingi possit, ve-
lim sæpius, vt quisquã alius rei familiaris gerendæ peritior hic ageret,
Nihilominus dabitur a me opera, ꝙ M.tas vra. quæ est prudentissima,
cum aliquando Deo bene fauente rediero, de expositis erit contenta,
Neq; non aliũ quam fidelem seruũ et subditũ, qualis hucusq; fui
semper inueniet, etc. Dominus de Bredom, qui hinc Orator ad M.tem

vram Ser.mam mittitur, ante aliquot dies, equos, et familiam, ad portum S. Sebestiani præmisit, et est cum litteris omnibus expeditus, expectatq; in horas vt a Cæsare dimittatur, qui fit, q adhuc detinetur, me preterit, dicunt tamen causam moræ, q Cæsar aliquas litteras, manu propria scribere debeat, soletq; esse tardus scriptor, fortassis adhuc deliberatur. Pollicitus est mihi idem Orator, q hinc non vult abire sine meis litteris, quas per postas priusquam ~~huc~~ ipse venerit est missurus Mti v. Ser.mæ, Ideo has adhuc nolo claudere, si fortassis aliquid interea se offeret. Postquam hoc scripsissem, et aliquot dies expectarem domini de Bredom discessum, de quo adhuc est incertus. Venit huc, decima huius Mensis subita, et preter omnium spem ac opinionem fœlix Mti Ces: nouitas, a vice Rege Neapolitano, et Duce Borbonen, per Gallias in Postis intra duodecimum diem missa, per quam nunciabatur, Regem Franciæ, ceso illius exercitu ad Ticinum captum, cum omnibus suis primoribus et Nobilibus, qui in eo congressu non erant occisi, et in Papiam a vicerege introductum. Litteræ etiam a matre Regis Gallorum Cæsari ferebantur, quibus illi, de tam insigni, et æuo nro non audita victoria congratulabatur, rogans, cum a Deo hæc ei tam ingens fœlicitas cessisset, sic illa vteretur, filiumq; suum captum, ea in conditione apud se conseruaret, quemadmodum vtrisq; et tam alta prosapia progenitis conueniret. Quale gaudium hæc nouitas Cæsari, ac eis, qui illi bene volunt hic fecerit, facile potest perpendi. Extemplo igitur missum est ad omnes Oratores, ad me etiam peruentum, qua de re vt animum Mtis v. Ser.mæ erga Cæsarem testarer, nuntius sua mercede non caruit. his enim modis quo modo quisq; afficiatur expiscari solet. et cum magnus vndiq; ad Cæsarem fieret concursus, ego cum Oratore Regis Angliæ, cum vicini simus, ad Aulam etiam contendimus, vt congratularemur. Intromissi itaq; ad Cæsarem peruenire non potuimus, qui se, paulo antequam aduenissemus, cum quibusdam consiliariis occluserat, significauitq; nobis vt paulisper prestolaremur, vnde inducti in quoddam aliud conclaue, in quo erat dominus Dux Calabriæ, cum Nuntio Ducis Borbonen, et plerisq;

Rex Gallus captus

aliis huius Aulæ primoribus, ad dominum Ducem Calabriæ accessimus, cum quo multa de hac victoria collocuti. Quidam inquit, quem nunc animum Rex Galliæ captus habere debet? cui ille respondit, nemo est in hac Aula, qui hoc melius quàm ego sciat. Cum enim avus maternus istius Cæsaris, Regnum Neapolitanum occupasset, et inde rursus in Hispaniam ‡ abductus, ubi captivus seruabatur, donec iste Cæsar illius misertus, ante duos annos illum liberum faceret, et in presentia magno cum favore prosequitur, habetque super omnes oratores locum. Princeps est profecto graciosus, et ab omnibus passim diligitur, relucetque in eo vere sanguis Regius. Et cum ille nobis has novitates referret, quemadmodum Cæsari fuerant descriptæ, illius M.tas supervenit. Accessit primum Orator Anglicus, et composito vultu, congratulatus est ut potuit, illi M.tas sua multa respondit, et fere per spatium mediæ horæ multa affectuose, cum illo loquebatur. Me tandem etiam seorsum admisit. pro tempore, Germanice, cum in modum dixi. Deus opt: Max: det M.ti v.ræ Sacr.mæ, perpetuam in terris fælicitatem, sitque illi gracia honor, et gloria, quod M.ti v.ræ hanc dedit victoriam, quæ orbi Christiano consolationem; infidelibus terrorem, ac Ser.mo domino meo spem optimam atque singulare gaudium est allatura, ut pote, quod ex illa universalis pax, et concordia inter principes christianos statuumque et ordinum omnium tranquillitas, et demique contra Christi nominis hostes tandem generalis certa expeditio sit futura, quam nemo magis, quam Ser.mus dominus meus, rebus iam suis et viribus non parum inclinatis et attritis, poscit et efflagitat, habeoque eam de M.te v.ra fidutiam, quam ad hoc alias cognovi propensissimam, ad id omnes conatus suos conversuram, quo hæc victoria insignis, et summa M.tis v.ræ fælicitas, nomen preterea, et illius potentia, universo terrarum orbi clarior, fiat atque illustrior. Ad ea M.tas sua, benigno vultu, et quodam rubore suffuso inquit, Nescio quo modo vobis respondeam. Si Hispanice, fortassis non omnia intelligetis, si lingua Germanica, in ea non sum perfectus. M.tas v.ra inquam, qua vult loquatur, Hispana mihi non est admodum incognita, cum iam in ea tribus vicibus, huc ad M.tem v. missus, non pa:

‡ traijcere voluisset, Do Dux Calabriæ illum comitabatur. et conduxit usque in Navem. Quo cum pervenisset, et Regi vale: diceret: retentus est præter suam opinionem a rege, et ad Hyspaniam

rum apprehenderim, Scio etiam Mtem vram, omnia quae vult, loqui
posse germanice, vnde cum circumspexisset, si Cancellarius adesset, qui
non erat, lingua Germana sic respondit, libuitque mihi verba illius, si:
cut memini annotare. Ich danck Got dem almechtigen, der mich
in disse reputation hot geseczt, vnd mir dissen sieg gegeben, den
ich vmb in nicht hab vordint, vnd wil in vordan bitten das her
mir helff das ich meynem debit moge genug thun, wil och haben
diligencz, so vil mir muglich, das in der Cristenheit ein gemeyner
fried moge werden, vnd das ich dem konige von Polen meynem Bru:
der vnd andren wider die vngelobigen moge hulff thun ich penser
och nichts anders den das, vnd danck euch ewer congratulacion.
Ista fuerunt ex ordine, sicut ea memoria retinui quae mihi respon:
dit, postea factus est ad eum ingens concursus, ab his, qui adhuc illius
Mti non erant congratulati. Sequenti die Mtas sua, cum ingenti
Pompa, se contulit ad Ecclesiam extra hoc oppidum, ad tria stadia,
vbi beata virgo, multa operatur miracula, sequuti sumus omnes,
illic solennissime missa celebrabatur. Te deum laudamus vt tamen
non canebatur, sed contionem habuit quidam frater ordinis predi:
catorum, certe tempori valde accommodam, in qua Regis Galliae
captiuitatis honestissime meminit, hortabaturque ad tria, Caesarem,
ad concordiam vniuersalem, ad communem contra infideles expe:
ditionem, atque ad Ecclesiae reformationem, bonis ad id rationibus X
vsus. Aliae ceremoniae hic non fiebant ex his nouis, pauci ignes
in oppido a primatibus et ab Oratoribus ante domos in plateis stru:
ebantur, quos imitatus idem feci. Fui postea cum domino magno Can:
cellario in prandio, illique de hac victoria, quam nemo magis quam
ipse desiderabat congratulabar, qui statim subintulit, me recte fu:
isse vaticinatum in Mense Decembri praeterito, cum primum huc fu:
isset allata nouitas, Gallos iam Alpes transcendisse, Scripseram
enim illi hoc quod sequitur Epigramma.

Per gelidas iterum se Gallus transtulit Alpes
In Latium cum iam sub niue terra riget

Importuna quidem sunt hæc modo tempora belli.
Causaq; quam propter sumitur æqua parum
Delphicus hoc super euentu quesitus Apollo
Quid sibi tam preceps impetus iste velit.
Italia exitiu Gallorum sæpius olim
Vt fuit, hoc etiam tempore dixit erit. Et cum vaticiniis et propheciis multum tribuit, prædixerat enim prius, ante primu diem Marcii, Regem vel interfectum, vel fore captum, placuit ei plurimu mea congratulatio, Accidit etiam q eodem tempore Orator Anglicus illic esset, quem multis scommatibus pupugit de Rege suo, ille tamen quasi non intelligeret, dissimulabat. Dicebatur etiam aperte. Timeo, ne nobis hoc, quod Hannibali dici possit. Vincere scis, et victoria nescis vti. Et sunt qui Cæsarem offenderunt, et de illius benignitate diffidunt, vnde adhuc cum infidelibus aliquid mollientur. hoc fortassis, de Pontifice et Venetis dicebat, addidit etiam, q paulo ante accepisset litteras, quomodo instinctu aliquorum, Turcus ingentem parasset classem, qua hac æstate, quasdam Insulas, quæ ad Cæsarem spectant interciperet, eaq; omnia ab his fierent, qui de reditu in graciam cum Cæsare dubitarent, Cum tamen illius M^tas, ad omnem clementiam et benignitatem, etiam erga hostes esset propensissima, modo hi qui deliquissent resipiscerent, multaq; alia dicebantur, quæ si scribi deberent, multu papiri absumerentur, et non possent esse nisi morosa, Ex omnibus tamen hoc potissimu intellexi, q^d Cæsar post hanc victoriam, non fit insolentior, sed modis quibuscumq; potest, ab amicis, et hostibus, fauorem, et amicitiam querit, quod illi summe necessariu esse arbitror. hanc enim fælicitatem, neq; ingenio, neq; viribus nactus est, sed eam preter omnem spem a Deo habuit, Hic adhuc tanta est paupertas, q illam describere verecundor. Mittitur hinc dominus de Lassan, qui est de intimis apud Cæsarem ad Regem Portugaliæ, ob nullam aliam, vt multi opinantur causam, quam vt aliqua illic consta:

ri possit peccunia, etc. Quo modo iste conflictus circa Ticinum sit
factus, quamvis prius haec novitas, quam haec littera, ad Mtem
V. Ser.ma sit perventura, eo modo, quo a domino magno Cancel-
lario audivi, depingam. Ex prioribus chartis Mtas V. Ser.ma
intellexit, in quo numero uterque fuit exercitus, et quam prope
alter ab altero dissidebat, et quo modo Rex Galliae Militum
suorum non contemnendum numerum, ad Regnum Neapolitanum
occupandum misisset, Unde cum Caesariani ad Ticinum conve-
nissent, et iam in peccuniis haberent defectum. Marchio Pis-
cariae vir rei bellicae apprime peritus, diutius immorandum non
censuit, in primis cum cognovisset, quod Galli se in dies magis mu-
nirent, erant enim in septis, et muris, qui pro feris continen-
dis circa Ticinum sunt constructi, aliquot noctibus per cuni-
culos, in tribus partibus iussit muros suffodi, et per palos susten-
tari, ne caderent, quo cum vellet, uno impetu intra munitiones
posset irrumpere. quod cum esset paratum, circuivit omnes ordi-
nes, et primum ad Hispanos, cum quibus longo tempore milita-
vit divertit, illosque hortatus est, ut pro gloria nationis suae,
et fide qua Caesari devincti essent, solutionem stipendiorum
suorum, usque ad decimum diem Marcii expectarent, seque illis usque
ad praescriptum tempus istiusmodi solutionis fideiussorem, po-
suit. quod cum ab eis non sine difficultate impetrasset, aperuit illis
stratagemma, quo Gallos altera nocte, ruptis ut dictum est mu-
nitionibus aggredi velit, de quo illi erant contenti. Deinde idem
cum Germanis peditibus egit, persuasitque hoc etiam Equitibus,
et sic in suam sententiam traxit omnes, qua die 24 preteriti,
quae fuit dies Natalis Caesaris, in qua 25 annum complevit, nocte
praecedente tota, cum omnibus ordinibus fuit in armis, et quo
alter ab altero dinosceretur, omnes camisias albas super arma
induerunt. Galli etiam certiores facti, illos esse paratos, sus-
picabantur, quod stationes suas deserere vellent, unde se etiam
in ordines disposuerunt, et tota nocte armati expectabant, quan-

do Cæsariani discederent, vt eos persequerentur, Credebant namq;
q se versus Mediolanu conferre decreuissent. Duabus itaq; horis
ante solis ortum, Cæsariani ab altera parte, vbi non foderant
cuniculos, per quosdam Hispanos pedites, qui omnes bombar:
das ferebant, ciebant pugnam, iunctis illis equitibus velliti:
bus. quod cum in Gallorum exercitu personuisset, omnes ad hunc
impetum reprimendu confluebant, quo facto, illi qui ex hac
regione fuerunt, in insidiis, tribus ordinibus sine tormentis,
prostratis muris, in hostes preter illorum opinionem irrumpe:
bant, illic miseranda cedes fertur commissa, et in primo congres:
su nulli parcitum. Rex cum equitatu grauis armaturæ stabat
in ordine ignarus adhuc quæ gerebantur, vnde ipse cum aliis su:
is primoribus qui iuxta eum erant, non habebant hastas, sed
clauis, cum hostes subito irruerent obuiam procedebant. seui:
tum est primum a Cæsarianis in equos, quorum magna pars
corruit, et in eo conflictu, vt ferunt, sub tertio equo cum se
Rex acriter defendisset, et multos, ac quendam Marchionem
propria manu occidisset, accepto leui quodam per galeam
vulnere, in terram fuit prostratus. Cumq; iam illuxisset,
et inter mortuos viui quererentur. Inuentus est Rex cum
aliis plurimis, agnitusq; a vice Rege Neapolitano veste dona:
tus, illius enim a peditibus disruta fuerat, et equo recenti
impositus, honorifice in Ticinu est abductus. Postea, ne maior
cedes fieret, vice Rex milites continuit, et Heluetios, spo:
liatis tamen illorum armis, et vestibus vita donauit. In ea
strage, ex Gallorum parte sedecim millia, et Cæsariano:
rum vix quadringenti cecidisse dicuntur. Rexq; nuntio
cladis Saluu conductum dedit, qui per Gallias, primu ad gu:
bernatricem matrem suæ Mtis, et deinde huc xii die ad Mtem
Cæsarea peruenit, ferturq; cum captus esset Rex dixisse.
In hoc bello boni Militis, sed non Regis offitiu exegi. De
matre etiam dicitur, Si filius meus inquit me audiuisset,
in hoc nunc non esset discrimine.

litterasq; quas illa Caesari scripsit, sic ut de Gallico in latinu
traductae sunt, cum captiuorum ac occisorum nominibus Mti
vrae Ser.mae presentibus mitto exemplum, Alia omnia, ex ipso
Domino Oratore, de Bredom latius coram intelliget, qui hinc tan:
dem hodie est absolutus, conduxiq; illum extra oppidum, et
has ista nocte ad eum transmittam, quas igitur continui, si a:
dhuc post illius discessu noui quid emergeret, quod scire Mtem
vram expediret, seq; hoc obtulit. Nunciatu est huc q Nuncii
Ducis Moscouiae applicuerunt Hispaniae, et sunt prope diem ven:
turi. Si cum Duce illoru Antonio de Comitibus, vel cum ali:
quo alio, qui in eadem traiecit naui, mihi a Mte vra Ser.ma
non venerint litterae, mutus et surdus in his hic ero nego:
tiis. Pridie hic annus praeteriit, q a Mte v. Ser.ma Craco:
uia exiui, et in presens septem Menses, et aliquot dies sunt
elapsi, q neq; a Mte v. Ser.ma, neq; a Collega meo, qui agit Ne:
apoli quod magis miror litteras accepi. quis mihi sit animus,
aut quae mens, in tam longa et dubia expectatione? et cum non
sit breuis locorum intercapedo, qua a Mte vra Ser.ma disto, non
opus est aedipode? viuitur hic, ut supra descripsi, non paruis
expensis, et satis misere viuitur. Pisces, quos hic comedimus,
sexaginta milliaria nra huc a mari ducuntur. Caesar cum omni:
bus fere Aulae suae primoribus, vescitur carnibus, hinc est, q
ad alia commodiora loca non diuertit. Dicitur tamen q post hanc
victoriam, 50 ab hinc milliaria, ad sanctam Mariam de Garde:
lupe, vt illic Deo gracias agat sit iturus, deinde Hispalim, et
in Sibilia, alii dicunt versus Barzalonam, propter Postas et
quod Galliae fiat propinquior, sic etiam hic in dubio versamur,
Nuntius domini Magistri, adhuc hic agit, et multa sollicitat,
nihil tamen contra Mtem v. Ser.mam, vt certo sum edoctus,
sed dicitur, nescio quae castra construere in aere, et libenter ve:
lit, vt domino suo multa darentur. solet hic esse apud me fere
quottidie, et nihil magis habet in ore, quā q libenter videret

in Posonio, pro festo triu Regum praeterito, factas esse ulteriores
inducias, dicitque causam principalem, vix illic potuisse componi,
Haec apud me sunt suspecta, et certo latet anguis in herba. ipsi
hoc sicut dudu consueuerunt agunt, vt sub praetextu boni et aequi
contrariu fabricent, in vna manu panem, in altera habentes la:
pidem, Dominus Marchio, paulo ante, me iteru habuit in ce:
na, et me honorifice tractauit, peruenimusque rursus ad soliloqui:
um, et de belli Pruteni initio, illic sub data prius libertate
ingenue dicendi, quae quisque haberet in pectore, retuli, quo modo
postqua ante sex annos fuissem Barzalonae, et ibidem ab eo
honeste, aliquoties habitus et tractatus, quod in meo discessu
cum illi valedicerem, ipse nullam ad Mtem vram Ser.ma, per
me salutationem denunciasset, cum ego illi, et litteras, a Mte
vra Ser.ma, et salutem dixissem. quod tunc non amici animi
fuit indiciu. Nam eo tempore octo millia peditu per Marchia
contra Mtem vram fuerant transmissa, quae tamen profe:
ctio, ex nerui defectu euanuerat. Ad haec erubuit, et dixit
ex incuria, vel ex obliuione fortassis istiusmodi salutationem
omisisse, et se aliquando ea de re, et pro sanguinis necessitudi:
ne Si quid esset neglectum, ad Mtem v. Ser.mam scripturu,
quod etiam vt fieret illi consuluimus, non paru ad amorem
ac beniuolentiam recontiliandam profuturu. Interfuit huic
nrae disputationi Clingenberk, et ille pollicebatur se magna
operam, apud suu dominu daturu, meque ad id etiam hortaba:
tur, vt idem facerem, quo firma amicitia, et mutua vtrinque
confidentia, inter Mtem v. Ser.ma, et illius dominu confice:
retur, Sic hoc solutu fuit Simposiu. Postero die, venit ad
me, et iterum istius rei meminit, dixitque quod dominus Marchio
certo Mti vrae Ser.mae esset scripturus, Intellexi etiam ex
eo, quod nulla res magis mouit dominu Magistru, vt huc mitte:
ret, qua quod cognouisset, dominu Doctorem Bork, qua celerri:
me huc a Mte vra Ser.ma proficisci, nesciens me hic agere,

vnde timuit, ne quid hic contra eum, cum alias apud Cæsarem male audiret expediretur. Alia, quæ hac in Aula habentur, hoc tempore non sunt, quã quæ, vt Mtas v. Ser.ma mihi mandauit tam longa de omnibus historia conscripsi. petoqz mihi veniam dari Si quid magis ineptu, quam auribus Ser.mæ Mtis vræ conuenit, tam incompositis litturis exaraui. Cui me humillime commendo, et rogo reditus mei, clementem rationem habere dignetur. Ex Madrillis xvi Marcii. Anno dni Mo. Do xxvo.

Joannes Dantiscus Orator,
Petro Tomicio Epo Cracc.

Rme in Christo pater, et domine, domine gro.me Humillimam commendationem. Scripsi iterum Mti Regiæ, ea quæ post nouissimas meas, cum domino de Bredom datas, se hic obtulerunt, ex quibus d. v. Rma omnia intelliget. Hoc vero quod istuis 2 b ō b 3 o ı ō 4 spectat cum illi M v 2 o 6 + 6 φ A b o φ 2 dedi non audebam ad vnguem describere. Adhuc super T ea mihi est mens, quemadmodu prius scripsi. Hic vt prius omnia sunt in ⊄ v ō ⊄ 6 φ l φ 1 6, nihil ex hoc loco est timendu. Hoc quod scripsi de transitu o ı 6 o ı L φ 9 d v 4, nondu est certu. Res hæc eget multis W. W facit, quod sui maiores semper fecerunt, sed nusqua tuta fides, π 4 b o ı 2 ⊄ π 1 6 b 3 o ı φ solet esse suspecta, R etiam, nondu habetur firmus, et hoc matrimoniu cum θ inficiet non paru. Res nondu est in portu, igitur quæruntur amicitiæ, nihilominus ita esset agendu, ne cum π nimiu b π L φ φ 6 4 ō φ. Hæc sunt, quæ mihi hoc

tempore videbantur scribenda, quae d. v. Rma pro mea fide, et summa sua sapientia meciatur. Alia hac tempestate se non offerunt. Commendo me humillime dni v. Rmae, et per Deum immortalem rogo, mei in hoc exilio non obliviscatur. Datum ex Madrillis oppido Regni Toleti ix Aprilis. Anno dni M° D° XX V°.

Joannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo regi Polonie.

SErma Mtas Regia, et domine domine clemenme

Post humillimam perpetuae meae servitutis commendationem, Heri cum essem apud magnum Cancellarium, illumque de rebus Moscorum, et quibus modis inter eos, et Maximilianum divum Caesarem, quaedam facta fuit amicitia, ac de istius gentis moribus et perfidia, quantum meminii certiorem redderem: Allatae mihi sunt litterae Mtis v. Sermae Cracoviae xiii Martii scriptae, quas cum mecum, ter quaterque exosculatus in hospitium detulissem, atque avide perlegissem, tanto subinde affectus sum gaudio, quanto prius nunquam fluctuatus, utpote ingentibus animi procellis, tandem in portum relatus. Misi itaque post omnium perlectionem, statim ad dominum Cancellarium, ut me in colloquium certo et oportuno tempore admitteret, quod pro sua humanitate in hodiernum disposuit, ut una hora ante prandium eum convenirem, illudque post negotia, cum eo summerem, Cum autem haec Posta, ante hunc conventum nostrum sit abitura, commode se mihi obtulit, ut saltem hoc unum Mti v. Sermae significarem, me totum litterarum fasciculum, sic ut Cracoviae conclusus, et inceratus fuit, integrum accepisse, meque omnem daturum operam, quantum eniti possum, ut mandatis Mtis v. Sermae satisfiat, Deinde cum primis Postis, uberius de

omnibus scripturus. quae tamen hic aguntur, quantum temporis suppetit, brevibus perstringam. Scripsi ix Mensis praeteriti de rebus Prutenis, ea quae a Nuntio domini Magistri intellexeram, et de ingressu Moscorum, ac de aliis, quae tunc hic in novis habebantur, interea parum est immutatum. Mtas Ces: velit huc cogere Regnorum istorum conventum, quem Curtas vocant, ut de rebus suis statueret, presertim quo modo Italiam ingredi posset, opusque esset, ad hoc iter largo viatico, sed adhuc de istis Curtis nihil hic intelligitur. Galli ad nullas conditiones propositas volunt descendere, nisi ad peccuniariam Regis sui redemptionem, conscribuntque gentes, et faciunt exercitus ut se tueantur. fertur etiam insignis quidam Gallorum Orator huc venturus, fortassis mitius iste aget, impetus enim Gallorum primi, solent esse acerrimi, sed ubi refrixit animus cicurantur. Venturi huc sunt etiam duo Magni Regis Angliae Oratores congratulatum, ut ab isto Oratore, qui hic agit intellexi, de hac victoria Caesari. Sunt tamen, qui suspicantur, quod ad tractandum pro liberatione Regis Galliae, et ad aliquam pacem componendam huc mittantur, in Anglo tota adhuc res haeret. Captus est etiam, paulo ante Regis Galliae Orator cum litteris, qui ~~ad~~ ante hunc conflictum ad Mauros contra Caesarem sollicitandos fuit missus. quod illi non parum in hac sua afflicta fortuna officiet. Nondum istarum rerum videmus exitum. Oratores statum Italiae multa pollicentur bona: sed omnis potentia solet esse invisa istis precipue hominibus. Hic adhuc, quemadmodum prius, nihil aliud quam nervus deficit, qui si haberi posset, finis certe huius esset Tragediae, fieretque tandem contra infideles aliquid, ad quod profecto Caesar egregium praesefert animum, factusque est, post hanc tam longam suam aegritudinem, et corpore et animo validior. Soletque si pacem certam habere posset praedicare, se vires suas contra Christi nominis hostes conversurum omnino, quod Deus aliquando faxit.

N

Secunda die huius Mensis Mtas sua Ces: Moscos audivit, hisque

vsus est Ceremoniis, misit pro eis more solito Ducem, et factorem Cesar
eorum Antonium de comitibus, et cum aduenissent, neque assurrexit,
neque tegmen capitis mouit, illi inclinationes facere, et pileos pma-
tos deponere, et rursus imponere, induti in hoc hic ingenti æstu,
binis et ternis vestibus pelliceis, sudantes plurimum Mtem suam
sunt allocuti, eratque scamnum dispositum, panno aureo contectum,
in quo sedere debebant, sed cum visi sunt, pileos suos rursus impo-
nere capitibus, stantes coacti sunt perorare, loquutusque est eorum
interpres Latinum, quod nemo intellexit, qua de re Dominus Cancel-
larius, vt heri mihi retulit, subito discessit, et sic non intellecti
abierunt. Postero die, per factorem eorum, in scriptis dabant
omnia. Mihi, qui nullam a Mte vra Serma commissionem habeo,
loqui non licet. Non possum tamen mihi temperare, quin interdum
non vt orator, sed vt priuatus, ex meipso loquar, et querenti-
bus de illis respondeam, Heri, vt scripsi, cum essem apud domi-
num Cancellarium, inter alia mihi dixit. Si velim cum eo, et vicinis
meis Ruthenis prandere, inuitassent enim seipsos ad prandium,
Respondi, quod nollem illius Mensæ hilaritati esse impedimento. Nam
certo illos scirem, me presente, cuius Dominum timerent, lætos non
futuros. Discessique ad latius prandium, cum litteris Mtis vræ Serma
in diuersorium meum. Postea dominus Cancellarius, cogebatur istos
nebulones expectare diutius, Intellexerant enim me illic fuisse,
nolebantque venire, nisi certo scirent, me ibidem non futurum, In-
tellexi, quod egregie poti, Nam ex maioribus crateris biberant,
cum omnium admiratione, ex hoc simposio abierunt, plus in re-
cessu, quam in fronte dedecoris relinquentes. quid hic egerunt,
cum primis diffusius scribam, Alia pro hac temporis angustia
non restant. Commendo me suppliciter Mti vestræ Serma, vt
domino meo clemenmo, illique eas, quas pectoris mei exiguitas
potest gracias habeo, quod mei est misertus, et me scriptis suis ab
inferis reduxit. Datum ex Ciuitate Metropolitana Toleti quin-
ta Mensis Maii. Anno dni M° D° XX V°.

Joannes Dantiscus Orator.
Petro Tomicio Epo Cracc.

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me. Humillimam commendationem. Quam me beatum et fœlicem litteris suis effecit d. vra Rma, præ nimio gaudio, quo adhuc æstuo, scribere non possum. Deus opt: Max: referat et rependat d. v. Rmæ. non opis est nostræ. ille faciat, qd d. v. Rma nunqua turbetur, sed perpetua fœlicitate fruatur. Alia quæ in presens scribi potuerunt, ex litteris ad Mtem Regiam intelliget, hoc tamen quin scriberem, omittere non potui. Non esse necesse, scribit d. vra R meo calculo, et ego summe necessariu æstimo. Nollem eni cuiuscunqз suspitioni, fidei meæ non conuenienti esse obnoxius, hocqз aliquando Deo bene fauente, cum rediero, non erit obscuru. Heri cum mihi Regiæ, cum litteris D.mis v. Rmæ sunt redditæ, de omnibus peccuniis, et meis, et Regiis, per Deum sancte iuro, non restabant mihi, nisi xviii ducati, unde a Fuccaris, ut chirographus meus docebit, accepi in mutuu ducatos trecentos, de quibus subinde, vt me aliis Oratoribus conformem facerem, pro vna mula 50 exposui, pro vestibus æstiualibus etiam 50 dari oportet, statim centu euanuerunt, Accedunt præterea quottidie multa, pro rebus domesticis, equis, seruitoribus, quæ licet frustatim exponantur, tamen non exiguam summa conficiunt. Vtor ea qua possum parsimonia, vt cum dignitate Mtis Regiæ, cæteris Oratoribus non inferior hic agere possim. habeturqз a me ratio, vt inter me Oratorem Ser.mi Regis nostri, et inter Moscorum nuntios, certa sit differentia, et vtriusqз principis respectus et

certe dinoscimur, sed hæc aliquando ab aliis referentur. Cumque voluntas Regia est, quod hic maneam, manebo libenter, ac pro debito et fide mea solita, agam ea omnia, quantum se meus intellectus extendit, quæ fideli subdito, et seruo Mtis Regiæ conueniunt, hoc sibi, d. v. Rma, et principibus nostris, de me certo persuadere, et polliceri poterit, in quo, si qua fides est homini D. vra Rma non seducetur, neque illam Deo duce, de me vnquam fallet opinio. Scripsi in pluribus litteris, vehementius fortassis, quam conuenit dni v. Rmæ. quæ vt spero, post domini Doctoris Bork aduentum perferentur. Rogo atque obsecro per graciam suam in me, ignoscat, et animo tot procellis agitato det veniam, ac clementer indulgeat. Quæ d. vra Rma scribit de meis popularibus, illos nihil moror in malam maximam crucem, plaga Dei est, qua sine dubio paulo post grauissime corripientur, velim meos procul ab illis agere. Exhibeat mihi d. v. Rma eam graciam, cum hoc tempore, non vacat quod scriberem, Committat alicui de suis, vel domino et fratri meo Nibschicz, vt parentibus meis scribatur, me hic recte valere. Scio enim illos de mea salute esse plurimum sollicitos. Alia non restant. Nunc mihi relatum est, inter Pontificem, Cæsarem, Regem Angliæ, et Archiducem Austriæ firmissimum fœdus nouum esse percussum, vt vocant defensiuum, et offensiuum, relictus est locus intrare volentibus, sub conditione, quam Pontifex et cæsar est præscripturus, fertur etiam Pontifex decimam partem, omnium redituum et prouentuum, suorum Cæsari contra infideles promisisse, et cum proficisceretur se velle efficere, quod Cæsar pro neruo bellico, septem Miliones auri, qui faciunt septuaginta centena millia Ducatorum habere debet. Cæsar ad hoc iter omnino est propensus, modo firma cum Gallis pacem habere posset. Istas conditiones Gallis proposuit, vt in primis restituerent ea omnia, quæ Carolus Dux Burgundiæ, ante 60 annos possidebat, et quod pro interea perceptis se omni superioritati de ducatu Burgundiæ abdi-

N

carent. q etiam prouintiam redderent, in quo est Marsilia, et domino Duci Borbonen, quem Caesar pro fratre habet, et illi sororem suam Leonora despondit bona sua in Gallia restituerent. vultqz Caesar, ex Duce Borbonen, Regem Burgundiae facere, cum Burgundia, prius etiam Regnu fuerit. Dominus, de Beulrem, quem his de rebus Caesar ad Gallos misit, nondu rediit, quale reportabit responsu, cum primis postis, ac de aliis rebus latius scribam. Inuentae sunt etiam Caesari, nouae Insulae, copiose habitatae, ad quos etiam, nemo nostru prius peruenit, aromatibus variis, auroqz refertissima, Acciditqz illic miraculum, prius in orbe Christiano nunqua auditu, q vno die, fidem Christi susceperunt trecentena et septuaginta millia hominum vtriusqz sexus, ea de re, cum ibidem esset, prae nimio calore, extrema sterilitas, persuasum fuit illis ab Hispanis, q in processionem irent, Crucem prae se ferentes, illumqz qui in ea passus fuisset, vt nos redimeret adorantes relictis idolis. quod cum fecissent subito copiosam Deus dedit pluuia, et omnem terram irrigauit, vt fructus produceret, vnde in ista ignota mundi parte christianismus fit, et apud nos, id peccatis nostris merentibus deficit. Quis nouit sensu domini, aut quis consiliarius eius fuit &c. Homines in illis Insulis, non sunt nigri, vt Ethiopes, sed fusci coloris, humaniores aliis inuentis, estqz propinquior via ad illos, quam ad eos, quos Rex Portugaliae reperit, sed processi longius, cogor vela contrahere, ne hanc postam negligam. Alio tempore, de omnibus diffusius scripturus. Comendo me humillime d.^{ni} v. Rmae, et Rmo domino meo Premislien, cui in presentia non licet scribere, faustissima omnia precor. Ex Toleto v Maii. Anno dni M° D° XX v°.

Noue insule inuente. vbi vno die hom[ines] Trecenta Septuaginta millia Christianismum susceperunt.

Ioannes Dantiscus Orator
Petro Tomicio Epo Cracc.

R.me in Christo pater, et domine domine gr.o.me Humillimam commendationem. Quinta die Mensis praeteriti, scripsi pauca quod ad presens, etiam facere cogor, et propter incertam postam, per Antuerpiam, ac etiam propter illius celeriorem abitionem, quae tamen hic egi, et hic acta sunt, breuibus ad Ser.mam Mtem Regiam perstrinxi, ex quibus faciem istarum hic rerum intelliget. Scripsit mihi, d. v. R.ma, in nouissimis suis, quo modo in rebus Prutenicis, per D. Marchionem Georgium, et Ducem Lignicen, tractatus proponerentur, qua maxime saperent Luteranismum, quod postea rumor hic comprobauit, qui per litteras, ex Curia Ser.mi domini Archiducis Austriae, huc est perlatus vz Mtem Regiam, filiam suam primogenitam domino Magistro Prussiae, in Coniugem despondisse, illumque Ducem Prussiae, et sibi feudalem fecisse. Cum ego interrogatus a domino Magno Cancellario, si quid ea de re litterarum haberem, obstupuissem, quasi attonitus, subintulit. Si hoc Rex vester fecit, certe apud omnes auctoritatem, et opinionem suam amisit. Respondi tamen, non esse possibile. Ita futurum esset, quod omnis apud nos Ecclesiasticus status foret perditus. Sumque hic ob hoc nouum, quasi monstrum a multis inspectus. Spero tamen in prudentiam Ser.mi domini nostri et d. v. R.mae, hoc tam inauditum primis, et fere prodigiosum nunquam esse factum. Quapropter, nulla res est in orbe de qua magis cuperem certior fieri. Tractatum tamen hic est, ab Oratoribus Regis Daciae, exulis, qui cum his litteris sunt

expediti, de matrimoniis, inter illius domini liberos, et Mtis R. q cum primum, cum aliis nouis fœderibus, ad vos perferetur longior nunc esse nequeo. Expectantur istæ litteræ. Commendo me humillime dni v. Rmæ. Ex Toleto 1. Junii Anno dni Mo Do xx vo.

Joannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo regi Polonie

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me.

Post humillimam perpetuamque seruitutis commendationem. Nouissime Mti vræ Ser.mæ, cum domino Carolo philosopho de Bredom, qui a Mte Ces. cum vellere aureo, ad Mtem v. Ser.ma proficiscitur, longo quodam volumine omnia quæ eo se tempore obtulerunt descripsi, et cum se hæc mihi oportunitas exhibuerit, cum Nuntio domini Magistri Clingenbegk, qui hinc expeditus per mare in Flandriam traiiciet, non potui mihi temperare, quin etiam cum illo, de his rebus, quæ hic in nouis habentur, ista tempestate, per manus fuccarorum, ad Mtem vram Ser.mam scriberem. Venit huc post hanc Cæsaris victoriam, Nuntius aplicus dominus Baltazar de Castello, qui stantibus sic rebus, in primis non valde hic fuit gratus. Allatæ sunt huc postea penultima præteriti litteræ a Pontifice, quibus veniam pro delicto, et noua petit fœdera, seque ad omnia quæ Cæsari sunt placitura submittit. qua de re, ex rumore qui prius fuit, nunc certa fama est nata Cæsarem cum primum poterit in Italiam concessurum, et ob id Conuentum Regnorum istorum in Toleto 12 ab hinc leucis constituit, illic pro neruo con:

quirendo, quibus pedes ad iter hoc ineundu validiores fiant, consultari debet. quo post festa pascha nos omnes confere:mus. Mtas Ces. quinta istius ad diuam virginem de Gardelupe 50 ab hinc leucis, vbi multa fiunt miracula profecta est, Deo illic de tam insigni victoria gracias actura, ad prima Maii Toletum ventura. Misit etiam paulo ante Oratorem suu dominu de Beurem, cum ar.lis pacis, et liberationis Regis Galliæ ad illius matrem, et ad parlamentu, atq ad ipsum Regem captiuu, et nihil aliud postulat, quā illa, quæ iure ad se spectant, et quæ de domo Burgundiæ sunt ablata, De aliis, quæ iam sunt obsoleta, atq inueterata, et de quibus dubia est iuris disputatio, nihil decreuit petere. paxq omnino speratur futura. Fertur etiam, q in Gallia gentes, et noui conscribuntur exercitus, timetur, ne Cæsariam impetu faciant, et ne animi Galloru penitus decidisse videantur. Nuper etiam dictum est, q Oratores, insignes huc proficiscantur ex Gallia. Orator Cæsaris de quo prius scripsi, dominus de Lassau, iam est in Portugalia, prædicatur hic passim ab omnibus, q sororem Regis Portugaliæ Cæsari pro Coniuge, cum dote amplissima, secum huc ducere debeat. si res hæc habebit effectu, matrimoniu olim cum filia Regis Franciæ, et deinde cum Regis Angliæ, etiam confectu omittetur, sic transit orbis, quid inde futuru experiemur. Venerunt huc 6 istius, post Cæsaris discessu Nuntii Moscoru, cum Oratore Cæsaris Anthonio de Comitibus, excepti cum magna pompa, et totius populi admiratione, non secus atq si monstra non visa prius inducerentur. Dantur eis omnia abunde, quæ victum spectant, Alii Oratores, hic omnes suis viuunt expensis. Fuit apud me dominus Antonius, et ad longu mihi omnia retulit, quæ in Moscouia egisset, et quo modo illic, et quā honorifice apud Mtem v. Ser.mam tractatus fuerit. Ostendit mihi preterea litteras, Mtis v. ad Cæsarem, et alios dominos scriptas,

in negotio Baren, mihi a nullo mortalium partium nostrarum v:
num iota attulit, vnde hic tam in Prutenis, quàm etiam in
Moscorum rebus, surdum et mutum ago, hodie elapsus est octa:
uus Mensis, Nam ix Augusti datæ erant nouissime, quas
Doctor Borgk mihi attulit, quod nullas accepi, sum igitur in ea
expectatione, in qua fuerunt patres sancti in limbo inferni,
neque mihi hinc abire licet, nisi prius Mtis v. Ser.mæ manda:
tum videro, quod etiam usque ad extremum quadrantem, expecta:
bo. habeoque certam spem, si de tot litteris, quas toties scripsi
vnæ saltem Mti v. Ser.mæ presentabuntur, quod mei clementem
habitura sit rationem [ante horam vnam] fuit hic apud
me nuntius, de quo scripsi, domini Magistri, et me omnium, quæ
mecum confidenter de pace, vel saltem longioribus induciis pro:
ducendis, inter Mtem v. Ser.mam, et illius dominum contulit,
admonuit, rogando me, vt primis, quod si in Conuentu Posonien, ni:
hil istorum esset confectum, quod tamen non speraret, vt operam
impenderem, et animum meum ad ea quæ pacis et concordiæ,
essent, inducerem, multum mihi, qui Mtis v. Ser.mæ sum mi:
nimus seruus tribuens, et quantum ex eo potui coniectura
consequi, vt etiam scripsi in nouissimis, dominus Magister
pacis est cupidissimus, attigit etiam, inter dicendum, domi:
num suum, et iuuenta, et per quosdam alios malos Consiliari:
os seductum fuisse, Si tamen seorsum, cum Mte v. Ser.ma, con:
uenire, et fiducialiter colloqui de omnibus posset, maiorem
quam vnquam ante, amorem, ac obseruantiam, erga Mtem v.
Ser.mam futuram, hocque summopere, vt cum Mte v. Ser.ma
aliquando sine arbitris in colloquium admitteretur, efflagita:
re videtur. Credo etiam si hoc factum fuerit, firmiorem a:
micitiam, et beniuolentiam, inter M. v. Ser.mam, et illum nasci:
turam, In his ea quæ expedient, Mtas v. Ser.ma, pro sua
incomparabili prudentia non omittet. Allata est etiam huc
nuper nouitas, quod quinque naues Gallorum, qui in finibus Siciliæ

aduentu nauium Cæsaris ex India præstolabantur, tempestate adacti fecissent naufragium, et Capitaneus illorum, cum hominibus, qui in terram salui euaserant sunt capti. Captiuus iste ante annum Cæsari ingentem thesaurum, qui ex istis nouis insulis adducebatur, in mari rapuit, nunc forte pœnas daturus. Venit etiam huc heri, quidam, qui in Gallia fuit captiuus, ante Papiam, seu Ticinum captus, ex Burgundia Cæsaris subditus, dominus de Mon-ferant, quem mater Regis Galliæ, cum litteris ad Cæsarem, et ad Reginam Portugaliæ, dominam Leonoram misit. Salutem, et liberationem filii sui, quantum possibile est, procurans. Alia se hoc tempore, digna scientia Mtis v. Ser.ma, non offerunt. Cui me humillime, vt domino meo clemen.mo commendo. Ex Madrillis oppido Regni Toleti Hispaniæ, ipsa dominica palmarum. Anno dni M° D° XX V°.

Ioannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo Regi Poloniæ

SEr.ma Mtas Regia, et domine, domine clemen.me.

Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Cum mihi hic litteræ Mtis v. Ser.mæ 4 Mensis præteriti essent redditæ, altero die subinde, quantum temporis angustia admisit, latiore[?] scripsi, pollicitus cum primis, me de omnibus copiosius scripturum, quod tamen in presens præstare nequeo, cum propter postæ celerem abitionem, tum etiam, quod nuntius is qui iturus est, aliquid incertitudinis mihi habere videtur, ea itaque, quæ quantotius in notitiam Mtis v. Ser.mæ peruenire cupio, paucis perstringam. Superiori die, fui cum domino Magno Canc.rio, apud Mtem Ces: cui Mtis vestræ Regiæ, et Reginalis litteras red:

didi, exponens, quantum potui accuratius, haec quae mihi fuerant iniuncta. Inveni Mtem Ces: affectam votis Mtis v. Ser.ma, illiqz plurimum gratum esse, q Mtas v. Ser.ma, de expeditione, cum domino Doctore Borgk missa, fuerit contenta. Caeterum quae consensum matrimonii spectarent, Consiliariis suis remidenda se commissuram, et in omnibus, ubi Mti v. Ser.ma gratificari posset, se non vulgarem operam daturam, haec fuit summa responsi, postea a me nihil fuit omissum, ad istiusmodi negotiorum expeditionem, de quibus multa forent scribenda, rem tandem cum consensu illac perduxi, quemadmodum ex illmis copia, quam his inclusam mitto videbitur. Alia etiam, quae mihi erant demandata, quam habuerint expeditionem, ex decretationibus, quas cum primis sum missurus cognoscentur, omnia ad forum iuditiale remittuntur, promittiturqz, q omne id, q iuris est fieri debet, ulterius non potui, saltem ne in consensu, mihi aliqua quam timebam fieret difficultas. Clausulae, quae sunt in illo, sunt communes, et generales, solentqz sic dari, et hic a stilo Cancellariae, ne latum quidem per unguem disceditur. Alia, quae hic aguntur sic habent. Fuit hic Orator captivus Regis Galliae captivi, qui inter multa alia, obtulit Mti Ces: Regem suum, dominam Leonoram Reginam Portugaliae, sororem Ces: Mtis, ducturum coniugem, et illum summam pecuniariam, quantum esset possibile pro redemptione daturum. De provintiis vero domui Burgundiae ablatis, et a Regno Franciae possessis, nihil posse restitui, ad quod fuit illi responsum, Leonoram iam esse desponsatam domino Duci Borbonen, redemptionem pecuniariam fieri non posse, et si ea, quae de domo Burgundiae possidentur, bonis mediis non restituerentur, id aliquando vi futurum. sic ille absolutus, et non parum animo consternatus discessit. Sunt etiam hic alii duo Oratores, de quibus prius scripsi, preter tertium Regis Angliae, qui iam hic agit a biennio, illi a Rege suo Caesari, maria, et montes pollicentur, quibus tamen hic non

non omnino creditur. M^tas Ces: certo in Italiam profectionem parat, nihil aliud quam neruus deest, qui omnibus modis queritur, Itaq; hic in Toleto, non diu sumus immoratura. M^tas sua, ad alia Regna, se etiam conferet, vtpote valentiam, Aragoniam, et vt aliqui dicunt Granatam, pro conquirendo viatico. Nos vero, in hoc inferorum æstu, cum eo peregrinabimur, et plus solito pecunia: rum exponemus, de quibus mihi adhuc, a M^te vra Ser.^ma nullus modus datus est, eaq; de re, animi non parum pendeo a fuccaris ad meam fidem, in mutuum accipiendo. Spero tamen in horas, quem: admodum M^tas v. Ser.^ma mihi scribendum commisit, de his curis resolutionem, Cui me humillime, vt domino meo clemen.^mo com: mendo. Ex Toleto ad Tagum prima die Junii Anno dni M°v°xx° v°.

Scriptum mihi fuit, a domino Ludouico Aliphio, quod Mediolanum quidam misisset, ad vice Regem, pro omnium rerum status Barem ex: peditione, ab illo mihi hic fuit scriptum, quod de arce Barem, vice Rex difficilem se fecisset, et deinde collaterale consilium decreuis: set, quod pars nostra partem aduersam, deberet ad sublationem se: questri vocare, vnde hic obseruatorias quemadmodum prius hic fuit nostris expeditionibus commissum impetraui, et quod ad hoc se: questrum interesse habentes, non nostra pars, sed collaterale con: silium vocare debeat, quas litteras cum aliis ad dominum Ludoui: cum presentibus transmisi, is, vt reor M^ti v. Ser.^ma, et alia: rum litterarum copias transmittet, ex quibus omnia latius, quam ad hanc temporis angustiam scribi potest intelliget.

Noluj etiam Mtem v. Ser.mam latere, q Ducis Moscorum nuntii, hinc rursus propediem expediuntur, impenditur illis, quolibet die a Caesare, pro victu, ad numerum quindecim Ducatorum, Nuntii isti, nunquam in aliorum oratorum consortium venerunt, domi semper ebrii, vt istius gentis mos est, Caesar pro honore suo, q huc videntur tam remoti Nuntii ad eum venire, sic decenter, et tantis illos expensis tractat, aliam certe causam, non inuenio, Ex instinctu domini Antonii, de Comitibus omnino sperat, q possit pacem certam inter Mtem v. Ser.mam, et illorum principem conficere, velit enim illius Mtas, q sua opera pax apud omnes haberetur, quam tamen hic nondum video. Proficiscetur itaqz dominus Antonius de Comitibus iterum cum illis in Moscouiam, et in rem Mtis v. Ser.mae maria, et montes mihi pollicetur. confiditqz omnino se commodam pacem vtrisqz partibus confecturum. Illi vt exuli Patauino istiusmodi non obsunt legationes, petiit me, vt illum Mti v. Ser.mae summopere commendarem, et opera eius in hac differentia componenda pollicerer. Mtas v. Ser.ma pro sua incomparabili prudentia, omnia sine dubio recte moderabitur. Sed de his cum primis latius, referetur enim mihi omne id, quod hac expeditio fiet.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Carolo Quinto Romanorum imperatori

Ser.me, ac excellentissime princeps. etc. Nuntius noster Borkg, in causa Baren, ad vram Mtem missus, tandem rediit, duas res gratissimas afferens, quarum hoc potissimum est, q declarauit vram

Mtem, in ea beniuolentia erga nos permanere, quam nobis semper ex ea sanguinis coniunctione, quae nobis cum illa intercedit pollicebamur. Est deinde nobis perquam gratum, q vra Mtas ducatum Barenn. nobis restituere dignata est, non adeo propter ea commoda, quae illinc habituri sumus, quam q hi qui dissidentes animos nostros, inuicem vel videre vellent, vel vt videant querunt, non habeant quod gaudeant. Agimus igitur vestrae Maiestati, quas maiores possumus, et debemus gracias, relaturi etiam quacunq parte, et occasione id facere possumus, vt amori nostro nunq intermorituro, sed perpetua serie permansuro, ad summam coniunctionem nihil defuturum esse videatur. Caeterum, quia is Orator noster, qui iam pridem, apud vram Mtem, fungitur munere sibi a nobis iniuncto, ob eas necessitates, quae subinde se offerunt, adhuc munus ipsum aliquantisper est obiturus, refferetq nonnulla, a nobis vrae Mti, rogamus illam plurimum, dignetur eius verbis, qua solet benignitate, aeque, ac nostris propriis fidem adhibere. Valeatq fel.me Mtas vra, et voto suo in omnibus optatis pociatur, nosq habeat commendatos. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cancellario Caesaris Caroli

Mag.ce ac. Eam spem, de tua Mag.cia, erga nos beniuolentia, semper nobis pollicebamur, quam nuncius noster, ab imperiali Mte nuper rediens, multis verbis confirmauit, quae nobis est, multum gratissima. Agimusq, et habemus, tuae Magciae gracias non vulgares, q operam suam rebus nostris nauare, apud istam Mtem, ex animi nri sententia perficiendis non dubitauit, in quo studio vt perseueret, rebusq nostris data necessitate, non desit, etia

atq etiam rogamus, persuadeatq sibi, parem nos ei graciam relaturos esse, data quacunq occasione, in qua nos sibi gratificari posse intelliget, et cognoscet. Reliqua idem Nunctius nr, a nobis doctus, tuae Mag.cia coram explicabit. quae bene valeat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni dantisco Oratori

Mag.ce vr. Post eam expectationem, quae non sine quada molestia esse potuit, in reditu ven.lis Stanislai Bork doctoris et Canonici Cracoview, id tandem accepimus, quod ipsam expectationem nram, ingenti laetitia affecit, posteaq accepimus, animu Imperialis Mtis, ne minima quidem in re, ab ea beniuolentia, et amore, alienu esse factu. quem iam pridem, multis quidem aliis in rebus, exploratum habere caepimus. Nunc vero, in hac Barensis Ducatus restitutione, confirmatu habemus, quem, singula dimetientes, multo pluris facimus, qua ipsu ducatu, in cuius restitutione, idquod nobis, non sine summa animi voluptate, ac singulari consolatione cordi est. satis superq experti sumus. itaq gaudemus et deo omnipotenti gracias agimus. Cuius benignitate, et singulari gracia, ea fiunt, quae rebus Christianis afflictis, culpa temporu sine controuersia, opem, et auxiliu sunt allatura. Attulit doctor Bork eas litteras sua Mtis, quae ad recuperandu ipsu Barew ducatu, necessariae erant, quibus acceptis mox cum eis tabellariu celerem illuc misimus, ne mora aliquid impedimenti rebus nris afferre possit. Multa eni considerantes, quae temporum vicissitudo, et varietas in perturbandis rebus ipsis nris, parere posset, omnia quo ad possumus circumspicimus, et prouidemus, ne qua res noua ingeniis aduersantiu conflari possit, quae no:

bis in ipso Ducatu, si negligeremus, difficultatem vel damnu sit allatura. et propterea volumus, tibiq mandamus, vt ad vitandos tales euentus, in Curia Imperialis M^tis te contineas, quoad a nobis certior factus eris, quando sis ad nos rediturus, eaq fide, et industria qua hactenus vsus es, in rebus nostris agendis tibi creditis, agas, et diligenter obserues, ne qua procella consurgens, siue a collaterali Caesareo consilio, et exequutoribus testamenti olim dominae matris nrae, siue a quocumq alio, nouos motus insperatos, et noxios excitare possit, sumptu vero necessariu, tibi suppeditandu prouideri faciemus, ne inopia premente, dignitati nrae, aliqua in re deesse videri possis, quem in deffectu a numulariis, de more accipies, donec quod mittendu est afferatur. In reliquis, quae accidere possunt, sic te geras, eaq dexteritate vteris, vt res ipsas nras, fideliter, et diligenter curans, graciam nram promerearis, quae tibi non deerit, pro ratione, et modo obsequioru tuoru. Datu.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Lodonico Aliphio

MAg.^ce fidelis nobis dilecte. Cum expectassemus hactenus magno taedio litteras, vel significationem aliquam, ab Oratoribus nostris apud Caesaream M^tem, de negotio nro Baren, venit tandem nudius tertius, doctor Borgk, attulitq, et inuestituram, et alias litteras oportunas, ad ipsum Ducatu, aegre quidem, attamen satis beniuolenter obtentas, quas in manus tuas mittimus, vt quae opus sunt, ad possessionem capiendam, et alia omnia tibi commissa et necessaria obeunda exequaris. Et quia ipsa Caesarea M^tas, dum possessionem nobis reddi iusserat, adiecit cu conditione, vt arci Baren, personam sibi gratam, et non suspectam, praeficeremus. volumus vt Nicolau Carminianu,

olim thesaurarium rerum Regnalem, in quem iuste nulla cadere potest suspitio, Castellanum eiusdem arcis Barem constituas, tantisper donec a te coram latius de omnibus edocti hoc faciamus, quod magis ex usu fore videbitur, Scribit etiam eius Mtas Caesarea, exequutoribus testamenti, Ill-mae olim dominae matris nostrae, ne se ad possessionem aliquorum bonorum ingererent, quoad eius Mtas, de ea facultate testandi ipsius defunctae matris nrae plenius cognosceret, quod ut ita fiat providebis, Reliquimus vero adhuc, apud ipsam Caesaream Mtem, Joannem Dantiscum, ut tantisper illic maneat, donec res postulare videbitur, Itaque si quid difficultatis adhuc, vel a collaterali consilio, vel a quopiam alio suboriretur, tam in capienda possessione, quam etiam aliis rebus, tu illi mox significare cures, ut quae necessaria forent et perficienda restarent, illic exequeretur. Reliqua omnia virtuti, et industriae tuae committimus. Datum Crac.

Sigismundus I Rex Poloniae. Ioanni dantisco Oratori.

MAg.ce ec. Cum Doctor Borgk, Investituram Caesareae Mtis, et commissionem illius de restituenda nobis possessione Ducatus Barem attulisset, intellexissemus que ab eo per vos omagium isthic fuisse praestitum, persuasum habuimus, quiam ea causa Ducatus Barem, citra ullum aliud negotium, finem habere debuisset, quandoquidem Investitura, non nisi legittimis possessoribus concedi solet, et cum qua sequestrum, ex diametro pugnare videatur. Nuper autem significationem habuimus, a Magnifico Ludovico Alifio Collega tuo, ipsam possessionem nondum restitutam, obtendique litteras Caesareas mere in contrarium Investiturae, et Iuris observationi contrarias, quibus scriptum dicitur, ut de restituenda possessione, nisi vocato duce Me:

diolani nihil fieret, cum tamen, et nos vocati non fuerimus, neq causam nram dicere permissi sumus, quando nobis possessio nra, in quã legittime fuimus ingressi, erat adempta, ad quam iure optimo, restitui ante omnia deberemus, etiamsi, et omagiu prestitu, et commissio, ac Inuestitura impetrata non fuissent.

Itaq grauissimo animo ferentes ita nos duci, et versari modis indignis, ab officialibus Caesareae Mtis, cum qua nobis tanta coniunctio, et necessitudo intercedit, Scribimus in hac re, eius Mti Ces: ne nobis tam insignem iniuriam, et contumeliam fieri permittat, sed vt commissionem suam exequi mandet, pro dignitate, et iustitia sua nostroq amore mutuo, quandoquidem nos sufficientes sumus, non solu domino Duci Mediolani, sed etiam vnicuiq citra vllum sequestru, pro iure nostro respondere. quare agas diligenter, apud eius Mtem, iuxta instructiones, quae tibi ex neapoli a Collega tuo mittuntur, de ipsa restitutione possessionis.

Ages etiam, vt Mtas sua Caesarea, confirmare dignaretur Capitula, et articulos matrimoniales, vt tollatur omnis difficultas, et controuersia, quae erga nos oritur, vel oriri potest. Nam et vicerex Neapolitanus, non obstantibus litteris inhibitionis, circa exequutionem testamenti per Caesaream Mtem concessis, scripsit Collaterali consilio Neapolitano. Mandans, vt procedatur, ad exequutionem testamenti, et proinde ages, vt inhibeatur denuo per Mtem Ces: vt illa prior inhibitio, quae concessa est, in vigore suo conseruetur.

Insinuabis etiam Mti suae Caesareae, et certiorem illam reddes, dextro tamen modo, et cautissime, q Iudices ad quos causae nostrae demandantur suspecti sunt, presertim principalis vicerex, qui habita expeditione per Ces: Mtem nobis concessa, triginta quinq diebus, et vltra, distulit executionem voluntatis Caesareae Mtis, ea de causa, vt nouas commissiones, et mandata ex Hispania, nobis aduersa haberent, prout habuerunt, et proinde curandu est tibi, vt deinceps ita negotia nra, in Regno Neapolitano committatur,

vt eorum melior, et efficatior fiat exequutio.

Etiam facti sumus certiores, quod si maxime denuo mandaret nobis Caesarea Mtas possessionem restitui, non cessurum arce Baren Castellanum Ferdinandum de Alarcon, quod eius Mti Caesareae, iusiurandum praestitisset, nec liceret illi, nisi ab illa speciatim iusso resignare ipsam arcem. quare dabis operam, vt illius Mtas mandet illi spetialibus litteris, manu sua subscriptis excedere ipsa arce, et, vt illum aliquo alio offitio, seu Magistratu providere dignaretur. Nos vero gratam personam illius Mti, eidem arci preficiendam curabimus. neque de hac re, quidquam est, cuius Mti ambigendum.

Quantum conijcere possumus, eorsum tendunt hae dilationes et difficultates, vt nos adigant, ad bona ipsa deserenda, et contentationem qualemcunque accipiendam, verum nos nullo pacto sinemus, tam insignem nobis iniuriam fieri. iustitiamque nostram, etiam si quaevis extrema subeunda essent, prosequi non desistemus, et vehementer dolemus, ea adversus nos, a Caesareae Mtis offitialibus committi, quae ne in infimum quemuis subditum essent committenda. Speramus tamen quod illius Mtas, meliorem quandoque nostri, et coniunctionis ac vicissitudinis nostrae rationem, sit habitura, neque sinet nos tam indignis modis duci, et versari.

Etiam certiores facti sumus, designatum isthuc ad Caesaream Mtem legatum, a summo Pontifice, Rmum d. Cardinalem de Salviatis, cum eoque Oratorem Ser.mi domini Regis Hungariae, Rdum Stephanum BroderIcum iturum, et proinde scripsimus et ipsi summo Pontifici, legatoque, et Oratori Hungariae, vt hanc causam nostram Barensem commendatam haberent. Quando itaque isthic constituentur, vtaris consilio, et patrocinio ipsorum, et presertim Oratoris Hungariae, cum quo confidenter omnia loqui poteris, non secus quam cum intimo consiliario, et Secretario nostro. ita illius virtutem, et fidem in nos perspectam habemus, pro fide tua, et gracia nostra facturus etc.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Mercurino Gattarino Cancellario
Caesaris

Illris, et Magnifice sincere nobis dilecte. Mittentes ad Caesaream Mtem, in summis reip.ce christianae necessitatibus, et etiam in quibusdam negotiis nostris, hunc nobilem, et egregiu Ioannem Dantiscu Secretariu nostrum, et ab illo edocti, quanta nos beniuolentia, vra d. complectatur. Commisimus illi, vt in omnibus auxilio, et consilio eius innitatur. Rogamusq illam plurimu, vt illi patrocinio, et fauore suo, apud ipsam Caesaream Mtem adesse velit, quae ex sententia, et citra moram, negotia sibi commissa, transigere possit. Cognoscet semper eas operas, quas pro nobis facit, non vulgaris esse apud nos ponderis, neq illaru ingratos, et immemores, nos futuros. Cupimus vram d. optime valere, et id, quod ei ipse nuntius noster offeret, vt grato animo suscipiat optamus.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Carolo quinto Caesari Catholico

Serme, et excellentissime re. Exigente summa necessitate, reip. Christianae, et nonnullis etiam priuatis negotiis nostris. Mittimus ad vram celsitudinem, nobilem Ioannem Dantiscu, Secretariu nrm, cui commisimus ea, quae intelligimus, praesentissima rei Christianae pericula, eidem vrae celsitudini referre, quam plurimu rogamus, vt et fidem illi adhibere, et cum tam in publicis omniu rebus, indies

magis in preceps vergentibus, quam etiam in quibusdam negotiis nostris, privatis, benigne, et citra moram absolutum ad nos remittere digne: tur: factura pro excelsa virtute, et offitio eminentiæ suæ, nostroque mutuo amore et necessitudine. Dominus Deus Mtem vram, servet diu: tissime sospitem, et fælicem. Cui nos ex animo commendamus. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ioanni Dantisco Oratori.

MAg.ce sincere nobis dilecte. Sperabamus nos nullas deinceps habi: turos difficultates, in negotiis nostris Barem. obtenta inuestitura, et Omagio præstito. verum acceptis ex litteris tuis his technis, quibus nos isthic offitiales, Cesareæ Mtis ducere et versare contendunt, fe: cimus, e vestigio, id quod oportunum videbatur. Scripsimus Cæsareæ Mti, diligenter, eiusque Mtis officialibus, tam apud Curiam, quam etiam in Italia existentibus. Scripsimus et summo Pontifici, pro patrocinio, et Rmo domino Car.li sanctorum quatuor, protectori. Scripsimus item legato, ad Cæsaream Mtem designato. Rmo domi: no Cardinali de Saluiatis, ac Rdo Stephano Broderico Oratori Hungariæ, cum illo profecturo, vt apud illius Mtem, existentes, non desint consilio, et patrocinio suo. Tu igitur omnia diligenter significato Collegæ suo Io: Dantisco, quæ cum Iurisperitis istic o: portuna censueritis, et quæ petenda, et expedienda videbuntur, Speramus, quod Cæsarea Mtas, habitura sit tandem aliquando maiorem rationem necessitudinis, et offitiorum nostrorum, quam istorum, qui inter nos dissidium volunt, Intelligimus plane, quod his difficultatibus nos a iustitia nra, quasi pertesos repellere vellent, Verum nos, nequaquam illam deseremus, etiam si extrema quæque sint tentanda. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Cracc. vicecancell.
Lodouico Aliphio Burgrabio Cracc.

Magnifice domine, amice char.me habui a dominatione vra litteras, quibus scribit Ducatum Barem, non modo adhuc non restitutum, verum maioribus difficultatibus, quam antea inuolutum esse, et indies adhuc maioribus inuolui, quae res, Ser.mis dominis nostris non potest esse non molesta. Mittuntur in eo negotio litterae, ad quos potissimum mitti debent, eaeque in manus d. vrae reddentur, nec dubito quin d. vra pro singulari sua prudentia, et in principes fide, omnem suam operam impendet, quo negotium celerius expediatur. Existimo etiam Ser.mum d. nrum, per eam legationem, quam ad Caesaream Mtem missurus est, idem negotium diligenter commendaturum. Post discessum hinc d. vrae, magnae rerum mutationes, hic sunt consequutae, sed vna precipua, quod Albertus Marchio Brandenburgen, et Dux in Prussia, post tot bella, et caedes; post tot hostilitates et inimicitias, tandem cum Ser.mo domino nostro Rege, nuper in graciam rediit, Nam suae Mti caput submisit, homagium, atque iuramentum fidei praestitit. Regia item Mtas, animaduersa eius in se fide et propensione, eam partem terrae Prussiae vniuersam, pro qua per tot annos, ne dicam secula digladiabatur, in feudum liberalissime concessit, ita, vt se deinceps non Magistrum, sed Ducem in Prussia, scribat, et nominet. Et inde a quibusdam maleuolis nostris nata est suspitio, immo calumnia, quasi nos Lutheranae sectae (cui idem Dux in Prussia, quadam ex parte deditus esse dicitur) faueremus, quod tamen manifestissime falsum esse constat, vel ex eo, quia Ser.mus d. noster, nullos cum eo de relligione tractatus vnquam habuit, duntaxat pro eo, pro quo tot grauissima bella hactenus gesta sunt, videlicet

Dux in Prussia creatus feudal.

pro Homagio praestando, quod tandem eum primum ab eo obtinuimus,
nostra nihil referre arbitramur. cui secta potissimum idem Dux in
Prussia addictus esse velit. nec nostrum est, aliquem ad religionem
cogere, qui alioqui circumcirca, quasi nube quadam impiorum, et
infidelium vallati sumus. haec ideo perscripsi vestrae d., ut si for-
te aliquid tale usquiam dici audiuerit, pro sua prudentia, et
in patriam nostram amore, iustissime confutare, et diluere sciat,
Valeat, et sit faelix v. d. et me diligat. Datum.

Sigismundus primus rex Poloniae
Joanni Dantisco Oratori.

Magnifice sincere nobis dilecte. Recte facis, quod crebro litteras ad
nos mittis, et de multis, ac variis rebus, et negotiis cum nostris,
tum externis atque alienis nos facis certiores. quare scias hanc
tuam diligentiam, nobis non vulgariter esse commendatam, pro
qua tu etiam graciae nostrae fructum olim experiere. Hortamur
autem te, non intermittas istic, apud Caesaream Mtem, res
nostras prosequi, maxime, quod Ducatum Barensem attinet, cuius pos-
sessionem, nos nondum assequuti sumus, nam ut scis arx Barensis,
nondum nobis restituta est. Itaque prout etiam alioqui aliis litteris
tibi mandauimus, insta, urge, et perfice apud eandem Caesaream
Mtem, ut nobis etiam arx ipsa restituatur. Nihil enim iniquum postu-
lamus, contendimus pro eo duntaxat, quod nostrum proprium est,
nichil alienum desiderantes. Des igitur operam, adhibitis etiam
precibus, ne Mtas sua patiatur nos ulterius in possessionibus,
nostris detrimentum pati, quin eas nobis pacifice imperet resi-
gnari, et dimitti. Significatum est nobis praeterea, quomodo Illmus
dominus Franciscus Sforcia, pro Ducatu Barensi, ad inditium Caesa-

rea Mtis, nos aut vocauerit, aut omnino vocaturus est. quam rem nos eo æquiori animo fecimus, q non dubitamus, Jus nostrū, quod ad eundem Ducatū nobis competat, cum Cæsareæ Mti, tum omnibus quorū interest, clarius et lucidius, inde fieri posse. Sed cum Ill. dominus Sforcia Dux pro Ducatu Barēn, ad quem nullū Jus habet nos impetat. Nos vero ad Ducatū Mediolani plenū et perfectum ius habēmus, Nichilominus tamen, pro Ducatu Barensi, respondere non abnuimus, modo rogamus Cæsaream Mtem, quam et tu verbis nostris roges, vt cum primū de Ducatu Barēn nobis lis mouebitur, sua Mtas vnico atq eodem Juditio, vnoq actionis contextu, causam etiam Ducatus Mediolanēn, atq ita et Ciuitatis Cremonēn, ad quam etiam ius habemus, diiudicare, determinare, et diffinire iubeat, id nos paribus, vel etiam maioribus offitiis et meritis, suæ Mti rependere, semper presto erimus. Significasti nobis, posterioribus litteris, a te, ad nos scriptis, quomodo Antonius de Comitibus, iterū a Cæsarea Mte, ad Ducem Moscorum legatus mitti deberet, pacem vicz inter nos, et eundem Ducem compositurus. Nos equidem mallemus Mtem suam Cæsaream, a mittendis ad ipsum Ducem legatis prorsus abstinere, presertim quod ad negotiū pacificationis attinet, propterea q experientia didicimus Barbarū, et plus solito sibi fidens ingenium, talibus legationibus, non modo mitescere, sed etiam efferatius atq insolentius reddi. Proinde si furere ceperit, et in auras sæuire. Non perinde tanti existimamus, quemadmodū forte homines suspicantur. Expertus est enim et ipse aliquot preliis, quā sibi conatus eius non successerunt. sed nos Cæsareæ Mtis voluntati, contraire nolumus. neq enim nobis id licet, illud tamen satis mirari nequimus, suam Mtem a nobis minime rogatam, tot legationes ad Moscoviā mittere, a qua si id peteremus, vix obtinere speraremus. Sed vtcunq est tu cura, desq operam, quantū tibi licuerit, vt negotium nostrū cum eodem Moscorū duce, ex tot legationibus quā minimū difficultatis habeat, et quibus cum mandatis, idem legatus

isthuc profecturus est, quidq[ue] illi iniungetur, et quae Caesareae Mtis
intentio fuerit, quam plenissime poteris nos litteris tuis, per primum
nuntium facias certiorem. Proxime praeterito Mense Junio ha:
bunde (vt opinamur) tibi descripsimus, quo modo res Prussiae
transegerimus, sed fortassis litterae nostrae adhuc ad te perlatae
non erant, tunc cum tu ad nos litteras nouissimas dabas, tamen in:
terea temporis existimamus, tibi iam redditas esse, quae si (ita vt
opinamur) tibi redditae sunt, poteris ex eis intelligere, nos in hoc
toto negotio, quod cum Magistro Prussiae gessimus, nichil a boni
principis et christiani regis offitio, vlla in parte deflexisse, nec in ea
concordia, de religione ne tantillum quidem, cum illo egisse, multo:
minus a connubio filiae nostrae, de quo ne somniauimus quidem vnquam,
quare quoties e re fuerit, habebis quod Curiosis istis, et suspicio:
sis responderes. Nos enim eligimus potius eam pacem, quae pro ratione
temporis contingere potuit, et visa est solidior, quam omnino necessi:
tate, et furore bellico terras et haereditatem nram, et regni nri
repetendo, omnia vastare et destruere, considerantes alioquin, iam
pridem in Prussia, non de ordine solum, sed de tota prorsus religione
actum esse. Hic fama est, Ces: Mtem, cum christianissimo Rege, in
graciam rediisse, ac pro maiori amicitiae et coniunctionis suae mu:
tuae firmitudine, matrimonia quaedam conclusisse. quae si ita se habent,
nobis per primam postam quam diligentissime perscribas. Si etiam
Christianissimus Rex, adhuc isthic est, adeas illum nomine nostro,
et fausta omnia, ac felicitia illi precere. Rogesq[ue], vt si fas est,
et illi faciendum videbitur, vt res nras Ces: Mti commendet, quo
et arx Barensis nobis restituatur, et vbi Dux Franciscus nos pro
ducatu Barensi impedierit, vt vno et eodem iuditio, etiam pro
Ducatu Mediolanensi, et Ciuitate Cremona, nobis Mtas sua Ces:
faciat iustitiam fieri, quae omnia tu verbis, ad rem accommoda:
tis, propones et ages, pro fide et industria tua, Non succurrebat
nobis in presens nomen, et titulus J. d. Comitis, de Nassau. quare
tu litteras nras, quae sine titulo sunt ad illum inscribi titulo illius con:

De creatione ducis in prussia

N

sucto facias.

Sigismundus primus Rex Poloniæ.
Mercurino de Gattinaria Cancell.^o Cæsaris.

Illris princeps, amice nobis char.^me. facti sumus certiores Illmum Principem Franciscum Sforcia, velle nos impetere et in jus vocare, pro Ducatu nro Baren. cui nos non abnuimus quidem respondere, et iustitiam nram declarare. verum cum nobis etiam jus competat ad Ducatum Mediolani, et Ciuitatem Cremonen. Rogamus plurimum tuam Illtem, facere velit operam suam, apud Cesarea Mtem, vt cum nobis instituetur actio pro Ducatu Baren. committere dignetur Mtas sua Cæsarea, quo vno eodemqz iuditio, pro Ducatu quoqz Mediolanen. et ciuitate Cremonen. ad quam etiam jus clarum habemus cognoscatur, et diffiniatur. Informabit, de his et aliis nostris negotiis plenius tuam Ill.tem, orator nr Magnificus Joannes Dantiscus, de mente nra sufficienter instructus. quem benigne audire et plenam fidem illi adhibere velit. Nos vero vicissim omnibus in rebus, quibuscunqz poterimus tuæ Illti, hanc operam referre curabimus. quæ valeat, et sit fælix. Datum.

N

Sigismundus primus Rex Poloniæ.
Carolo quinto Cæsari Catholico

Ser.^me, et excellen.^me princeps. Declarauit Mtas v. Cæsarea satis superqz fauorem suum non vulgarem, amoremqz fraternum erga nos, quod Ducatum Baren. nobis restitui mandauit, pro quo eidem

Mti vestra, quam maximas possumus habemus gracias. verum quia arx Barensis, vnde magna et pene tota vis ditionis illius dependet, nondum in potestatem nostram deuenit, quo beneficium hoc Mtis vestre in nos sit solidum atque perfectum: Rogamus illam plurimum, imperare dignetur, vt et arx ipsa nobis restituatur. Nichil enim alienum optamus, duntaxat, quod nobis iure competit, id petimus. Alia mandauimus Oratori nostro Mti vestre referenda, quam identidem rogamus, vt illi benignas, et clementes aures prebere dignetur. Dominus Deus seruet incolumem, et semper falicem, nobis et orbi christiano, Mtem vestram, quam diutissime. Cui nos, et res nostras, ex animo commendamus. Datum.

Sigismundus primus rex. Bona Regina Polonie.
Mercurino Gottinario Caesaree Mtis Cancellario.

Sigismundus, et Bona etc. Illustris et Magnifice etc. In plurimis rebus et negotiis nostris, que apud Caesareum culmen habuimus, non mediocre studium, et in nos beniuolentiam Illustritatis tue semper agnouimus, tum precipue in restitutione Ducatus Barensis, prout hoc ipsum, ex litteris Oratoris nostri Ioannis Dantisci, plene didicimus. pro quibus rebus, summas habemus gracias, tue Illustritati, cui etiam id per omnem occasionem, omni genere gratitudinis compensare volumus, Rogamus illam plurimum, velit ceptum in nos offitium prosequi, et auctoritate sua, apud Caesaream Mtem, nos adiuuare. quo arx quoque Barensis, sine qua possessio ipsa Ducatus manca est nobis restituatur. Curetque, vt hoc Cesaree Mtis, in nos beneficium, sit solidum, et perfectum, ita vt vniuersa illa ditio, in potestatem nostram deueniat, Efficere etiam velit tua Illustritas, vt Mtas Cesarea, si quando nos Illustris d. Franciscus, Dux Mediolani, pro ducatu Barensi,

in Ius vocauerit committere dignetur, quo vno eodemq; iuditio,
fiat nobis iustitia, in Ducatu Mediolanen. et ciuitate Cremonen,
quandoquidem nos plus iuris habemus, ad Ducatu Mediolanen,
et Cremonam, quam habeat dux Franciscus ad ducatu Baren,
æquumq; esse videtur, vt cum Mtas sua Cæsarea vult ministrare
iustitiam in vno, vt illam faciat et in alio. prout, de his, et aliis
negotiis nostris, plenius informabit tua Illtem orator noster
Magnificus Joannes Dantiscus, cui rogamus adesse velit tua Illtas
ope et consilio suo. Nos vero referemus illi hanc operam, omni
beniuolentia, et gratificatione nra. Et optamus tuam Ill.tem
bene ac fæliciter valere. Datu.

Joannes Dantiscus Orator.
Petro Tomicio Eps Crac. vicecancell.o

R.me in Christo pater, et domine domine gr.me. Humillima
seruitiorum meorum commendationem. Accepi hic litteras d. vrae
R.mae, cum aliis Regiae ac R.lis M.tis litteris Crac. xiiij Junii,
Datu. x Mensis præteriti, quæ mihi a Deo fuerunt gratæ, q præ
nimia animi lætitia, eas ex gaudio lachrimis prorumpentibus,
perlegi sæpius, presertim cum me in hoc exilio consolatur, et boni
animi esse iubet, grata asserens hic seruitutem meam nostris
esse principibus, et me delationes quascunq; non timere debere,
cum fide et solita mea diligentia res mihi commissas tracto,
debitam me graciam promeriturum. vnde cum aliud non possim
D.ni v. R.mae, quas tenuitas mea potest immortales habeo gra-
cias. Deus opt: Max: rursus omnia vota, et cepta D.nis v.
R.mae prosperet et secundet, illamq; perpetuo gaudio affici-
at. Scribit mihi d. vra R.ma, q boni debeam consulere, q

rarius ad me dantur litterae, illas certe nunquam mihi tam arden:
ter efflagitabam, quam ipsis Ser.morum principum uxorum negotiis, quae
interdum scientiam, quomodo res apud nos haberent postulare vi:
debantur. Nam multa huc ex Curia Archiducis Austriae, et ali:
unde scribebantur, quae rebus nostris impedimenta ferebant,
hinc est quod expeditio status Barensis, hactenus in moram est protra:
cta, omnia hic suspitionis sunt plena, qualis quisque est, tales om:
nes retur esse alios, hic profecto ambiguis passibus + o7 o A 26 ꝑ ꝑ
ꝗ L, etsi hic est, nunquam est infirmior. De negotio Prutenico, et
coram Caesare, ac aliis, vbi videbatur expedire id egi, quod exi:
stimationi, et dignitati Regiae conueniebat, eoque libentius,
quo haec res semper mihi fuit cordi maxime. Idem egi in his quae
inducias, cum Turcis confectas spectant, quas ego, vt fierent
semper ex animo precatus sum, hic reuera nulla adhuc in rem
nram, spem video. Quod haec mutatio de Episcopatu Posnaniensi, a:
pud nos sit facta, me maximopere male habuit, nunquam ego id
de S. mihi persuasissem, et cum non habetur alia meritorum ratio,
mihi etiam, non parum spei ademit, quae tamen in Deum in primis,
et deinde in d. v. Rmam, tota est reposta. fortassis ad melio:
ra haec mora tendit, sic plaerumque fit, quoties fortuna voluit io:
cari, dat interdum indignis, vt digniores ab his dinoscantur.
Saepius sum questus d. v. Rmae, vt scribit, neque abs re, de promi:
sione, quae mihi nescio quibus modis fit, quod semper aere alieno sum
obnoxius, difficulter sine Mtis R. hic haberi potest commissio:
ne. Superioribus diebus, si forte fortuna huc wolff haller fug:
garorum factor non applicuisset, cum quo antiqua mihi est consue:
tudo, quomodo me hic, vsque ad pecunias, per dominum Ludoui:
cum Collegam meum, ex Neapoli missas sustinuissem, nullum sciebam
modum. Ab eodem Haller trecentos Ducat. v. Maii accepi in
mutuum, quemadmodum prius d. vrae Rmae scripsi, de his statim
centum euanuerunt, cum Mulam pro 50 Ducat. et vestes aestiua:
les pro totidem emissem, cum reliquis Ducentis aegre, vsque ad

tertium diem Julii me continui. In quo mihi ex parte domini Ludouici, hic alii trecenti sunt numerati, faciam id quodcunque velim, tamen id cum honore Mtis R., in hocque fungor munere, efficere non possum, vt singulis computatis, quolibet mense, centum Ducati non expendantur, sicut hoc Deo duce, calculi mei, aliquando plane testabuntur. De his trecentis, quos a domino Ludouico accepi, vsque in hunc diem, vix mihi centum restant, cum quibus tamen, vsque ad finem istius Mensis persistere possum, quod si interea nihil mihi mittetur, Ire iterum in lachrimas, iterum tentare precando Trapesitas cogar, donec dominus Ludouicus mei miserebitur. Cum 70. ducatis quos Regialis Mtas, pro Menstruo stipendio deputauit, pro oratore, vt incepi, ad vtriusque Mtis decorem, agere hic non possum, pro agente et factore, cum vna mula, et tribus vel quatuor seruis, emptis ab aliquo tabernario prandiis possem. Cum autem Mtas R. vult, vt etiam scribit .d. v. Rma, quod hic sim non reliquis inferior Orator, sicut suæ Regiæ dignitati, et hic apud exteros excelsæ existimationi bene conuenit, et vt mihi debitus suæ Mtis nomine, honor et locus concedatur, quoque habeam, cum ad Curiam eundum est comites, et aliquando Episcopos, atque alios Cæsaris aulicos, qui me conducant, vt hic moris est, et antecedant vel sequantur, necessarium est, quod cocum et mensam, his illecebris, vt tales capiantur habeam accommodam, quod hac menstrua impensa fieri nequit. Aliud est esse in vrbe, aut in Italia oratorem, aliud in aula Cæsaris in Hispania, id enim ter iam sum expertus, et nunquam minus singulis computatis, immo plus interdum, centum Ducatis per Mensem a me est expositum, quemadmodum hoc rationibus, ex thesauro Mtis R. fieri potest manifestum. Velim nihilominus, Si hoc cum decoro Mtis R. assequi daretur, quod decem sufficerent. Habuit olim Illma domina Dux mater Rlis Mtis, agentem seu factorem in Aula Cæsaris Barchinone, cum ego etiam, illic essem Gotifredum Caraczolum, cui quolibet Mense 80 Ducatos impendebat, qui nisi vnam habuit mulam, et tres, aut quatuor seruos. Ego

hic pro tanti Regis Oratore, cum sex, aut septem equis, ac de:
cem famulis, et nunqꝫ sine hospitibus, qui etiam non vocati veni:
unt 70 ducatis possum subsistere? velim tamen certe, vt scripsi,
quod possem, citra Mtis R. indignitatem, vel ꝙ aliquis hic pro
me ageret, qui posset, et ego dni vrae Rmae, vt consueui in Cancel:
laria seruirem, sorte mea contentus. Est bene verum, ꝙ cum Do:
minus Doctor Borgius mecum ageret in Valleoleti (Haec ciuitas
vnica est in Hispania, in qua leuiori impensa, quam in aliis omni:
bus viuitur) ꝙ tantum pro victu quottidiano, non exponebatur, ta:
men cum ad accessoria itum est, et ad ea quae spectant equos famu:
los, vtensilia domus, et plurima alia, quae recensere longum esset,
neqꝫ sine molestia, a d.ne vra Rma, legi possent, ad priorem nume:
rum hoc est centum ducat., semper fuit peruentum. Post illius abi:
tionem, frequentabant me, et mensam meam, vel hii qui antiquam
consuetudinem, et familiaritatem mecum renouabant, vel alii qui
nouas amicitias, mecum inire studebant, et vt scripsi, hoc pro
Regio decoro mihi conuenire mihi videbatur, ne solus in plateis
cum negotia agerem Regia, vt scurra aliquis obequitarem, quod
ne infimus quidem orator, ne dicam agens hic facit, quin habeat
aliquos suae farinae, qui in mulis eum comitentur. Nemo est praeter:
ea de omnibus meis seruis, vt scripsi domino Doctori Borgio, eti:
am de his, quos ex domo mecum adduxi, qui hic Polonis stipendiis
mecum militare velint, quisqꝫ fere menstruos Ducatos a me expos:
cit, quandoquidem omnia hic sunt cariora, quam apud nos, et quae
ad victum spectant, in duplo cariora sunt, quam in Valleoleti, et
Madrillis fuerunt, quod Regestra mea aliquando testabuntur.
Testabitur etiam is nuntius Pantaleon, qui mecum fuit, vsqꝫ in
tertium Mensem, a domino Ludouico, ad me missus, cum ex Baro,
vt spero, omnium rerum secum ferens expeditionem, ad Rlem Mtem
perueniet. In aestate praeterita, et in his infernalibus, non calo:
ribus, sed ardoribus, in tribus diebus a dispensatore meo semper
decem Ducati exponebantur. Ad presens vero, ordinem feci, in

hoc autumno, in quo maior rerũ copia esse solet, aliquibus equis venditis, quos in ea spe seruaueram, credens, q̄ indies cum primis litteris, reuocari debuissem, lucratusq₃ sum vnũ diem, per dies enĩ quatuor, decem ducati sufficiunt. quod si diu durabit, nescitur. Postquã huc veniet Rex Franciæ, redibit Cæsar, et soror Regis cum legato, et tot Oratoribus applicabit, et cum se huc, omniũ istorũ Regnorũ primores conferent, omnia in maius pretiũ excrescent. hic nempe sunt homines, qui res suas æstimare sciunt, Nihilominus dabitur omnibus modis a me opera, q̄ in istis futuris pompis, inter reliquos Oratores, Ser.mi Regis mei dignitatem et æstimationem, quemadmodũ conuenit tueri possim, etiam si cum meo maximo damno in posterum fieri deberet. Habeoq₃ eam firmam, in d. v. Rmã fiduciam, vt mihi pollicetur. Si recepero id a Fuccaris, quod necessitas et honor Mtis R. postulabit, intercessuram, ad eandem ditem d. v. Rmã, quo necessariũ meũ debitum, et iusto ordine contractũ dissoluetur. Et sicut effecit d. v. Rma, q̄ chirographus meus paulo ante a Georgio Hegel est redemptus, sic etiam queso dignetur efficere, q̄ item alter super alios trecentos Ducatos, de quinta die Maii redimatur, quo fidem hic seruare possem, Scripsi prius d. v. Rmæ, q̄ centũ Ducatos, quos a domino Doctore Borgio in mutuũ accepi, conuerti in argentũ. Vnde cum nuper, ex litteris Mtis R. Crac. xiij Marcii dat. intellexissem, mihi diutius hic esse immorandũ, vt aliis etiam Oratoribus par viderer, accepi alios centũ, ab ipso amico meo singulari Wolf. haller, quos illi antequã ex aula Cæsaris diuertam, soluere promisi, pro his etiam argentũ emi, quando erit redeundũ, et hoc debitũ soluendũ, rursus argentũ hoc vendi potest, et parũ in eo, in fabrica saltem amittetur. Hæc igitur omnia tam diffuse, in notitiam d.nis v. Rmæ, perducere volui, vt quo modo omnia haberent, atq₃ etiam ipsũ meũ animũ in omnibus cognosceret. porro nollem minimũ de me, malæ suspitionis locũ relinquere, verũ omnia ingenue, et aperte, pro fide mea, tam in rebus mihi commissis, quã

in singulis aliis, me hic egisse videri, quod Deo opt. Max. duce,
nunquam a me secus videbitur. De Oratore Caesaris, qui cum velle:
re aureo huc fuit expeditus, quod nondum de eo quicquam D. V. Rma,
vt scribit intellexerit, non parum miror, causas tamen, morem il:
lius esse suspicor, quas Mti Regiae descripsi. De matrimonio vero
Reginulae nrae, quod ille proponere debuit, post mortem Ducis
Frederici Saxoniae, nihil futurum certo credo. Sic enim haec age:
batur practica. Postquam Marchio Brandenburgensis Joachimus
in electione desciuerat a Caesare. Soror Caesaris Catherina, quam
nunc habet Rex Portugaliae, promissa filio Joachimi Marchionis,
illi fuit adempta, et iterum Nepoti Ducis Frederici, ex fratre Jo:
anne promissa cum ampla dote. Cum autem hoc promissum, nescio
qua de re seruari non potuit, et ista Catherina Regi Portugalensi
in Coniugem fuit data, vt huiusmodi promissum rependeretur,
Caesar voluit, apud Ser.mum Regem nostrum agere, vt Nepoti ducis
Frederici Reginula nra daretur, promittens de suo pro dote centum
millia ducatorum. Ad presens autem cum Dux Fredericus mortu:
us est, suspicor etiam haec omnia, vna cum illo interiisse, aliud his de
rebus, in meam notitiam non peruenit. Habet tamen alios Reginu:
la nra procos, vt Ducem Mediolani, et Marchionem Mantuae, sicut
de his latius, ex meis ad Mtem R. d. v. Rma intelliget, habitu:
ra multo etiam his digniores, modo magistro Prussiae, vt huc est per N!
scriptum, non sit desponsata, quem rumorem hic quantum potui, in
nihilum redegi. Gaudeo plurimum, quemadmodum scribit d. v. Rma,
quod tam verbosae, ac incultae meae litterae, vel potius volumina, non
sint ingratae Mti R. qua de re quandocunque mihi dabitur tempus,
et occasio, non omittam, istas omnium rerum Ephimerides prosequi,
nec me labor iste grauabit, presertim cum hanc Mtis R. volunta:
tem esse sciam, a qua me, dum spiritus hos reget artus, et deus mi:
hi intellectum dederit, nullus labor, neque vlla difficultas, siue gra:
ue etiam discrimen, amouere poterit, quod sibi certo d. v. Rma
de me polliceatur, non frangam Deo duce fidei tesseram, quo fit, quod

hoc exiliu donec illius Mtas voluerit non grauate feram. Quæ in negotio Barew egi, et quantu difficultatis, laboris, atq indigni: tatis sustulerim, litteræ meæ ad Mtem R referent, omnia tamen sic sunt transacta, q spero nos deinceps istius status, pacificam possessi: onem habituros, penitus, vt reor, 3 φ L ȹ π φ 7 σ 2 2 π, in hunc fi: nem omnia acta sunt, Si fuisset melius 3 ƃ 2 L σ o d l x 7 meum non de culpa disputare, nunqua factu fuisset, 2 6 ρ ƃ A 2 L ȹ ƃ 7 ego tamen consulerem, si quicquam, in me est consilii φ 2 L φ L ƃ 2 σ 2 L 6 x A b o A ȹ 6 L ƃ ȹ nunquam carebit o σ + + d 3 x 9 L φ L σ 7 ƃ 2. Sic iste x d 3 6 ȹ 6 γ inhiat, sunt etiam alii multi respectus, sed ista vna ratio est potissima | Optime fecit d. v. Rma, q mihi e: pistolam, ad nuntiu pontificis Rmi domini Premisliew, et copias tam de rebus Prutenis, quam etiam de induciis cum Turca confectis miserit, his enim, et Cæsari satisfeci, et plurimoru rabiem compescui, vt ex decretationibus desuper cognoscet. | Gdanew, quos cogor di: cere conterraneos meos, nihil in malam rem moror, vtinam Deus Mti R cum Regni sui primoribus, cum daret animu, quo illoru pertinatia et fastus, dignis, et eisdem, vt meriti sunt modis, pu: niretur, quod suspicor commode posse fieri, si ex animo, et bona fide, dissidiu hoc inter Mtem R, et Magistru seu Ducem Prussiæ est compositu. | Scripsit mihi, ex Antuerpia viij Julii præteriti, Cancellarius domini Magistri Clingenbegk, qui hic in Hispania tan: to tempore meçu habuit commertiu, in hæc verba, quibus modis facta est concordia, inter Mtem R dominu vestru, et inter Magi: strum Prussiæ, dominu meu, credo vos non ignorare. Deus faciat q ista concordia, sit stabilis, et firma amen, et hoc amen, quem: admodu illum nosco, valde mihi est suspectu. Dominus Archie: piscopus Lundew, qui hic agit nomine Regis Daciæ extorris, et meçu est continue in contubernio, retulit mihi, antequa hæc compositio facta esset Regem suu dixisse. Si nunc Rex Poloniæ saperet, et vellet, cum Magister Prussiæ nihil habet, et ea qui: bus me fraudauit absumpsit, desertusq est, ab omnibus amicis,

et nemo ei credit amplius, actum esset de Prussia, et de omnibus
fortunis eius, Si omnia sic se habent, quemadmodum iste Archiepiscopus
de Magistro loquitur, parum illi foret fidendum, sed meum non est in
his diuinare, exitus acta probabit etc. Magna spes fuit domino
Magistro, in fratre suo Marchione Joanne, de quo scripsi, quibus
modis aliquoties, inter nos conuentum fuit, cum vero Rex Franciae
captiuus Hispaniae applicuisset, Caesar Marchionem valentiam,
vbi Regina coniunx eius degebat, praemisit, vt illic Regem adue-
nientem bene tractaret, vnde bonus iste Marchio, velut commissio-
ni Caesaris, aut vxoris suae desideriis, et mandatis satisfaceret,
in summis caloribus per postas valentiam accelerabat, quo cum
peruenisset, et in primis Caesari, in exceptione Regis Galliae, et
deinde plus fortassis quam tempori conueniebat, votis coniugis suae
obsequens fuisset, in acutissimas febres incidit, et condito testamen-
to, in illis, quinta die Julii animam exhalauit, non sine plurimo-
rum in Aula dolore, et multorum Hispanorum summo gaudio, certe
cum sic res inter Mtem R et dominum Magistrum transacta est, sum-
mopere eum viuere cuperem, fuit alias apud omnes graciosus prin-
ceps, et Aulicae humanitatis plenus. Deus omnipotens, dignetur il-
li aeternam dare beatitudinem. Rme domine, ea quae mihi in notis
d. v. Rma, descripsit Ducem Mediolani a N pendere, et quod illi quot-
annis sex millia ducatorum soluere sit solitus, dudum ante domino Lu-
douico etiam in notis significaui, nihil tamen hic sine illo fieri potest,
neque cum nobis his presertim temporibus valde contrarium expertus
sum, magis metuendum est φ ᵹ or 36 ꝓ A Γ6, qui has nobis aduer-
sas machinas omnes struxit, neque ab his desinet, placuit enim illi,
ꝓ in eo statu fuit in persona, et omnia bene conspexit, adhuc mea
sententia est, quam supra annotaui, saluo tamen meliori iuditio,
nolo hac in re plus sapere quam oportet. | Quod d. v. Rma, de rebus me-
is, et prouentibus columbanis est sollicita, habeo illi quas possum
immensas gracias, Scripsi igitur domino Doctori Borgio, de quo
vt viro probo, et integro, singularem concepi fiduciam, illumque ro-

Mors Marchionis Brandeburgensis

gami, ut omnium rerum mearum curam haberet. quam ne grauate susci:
piat, d.ni v. Rmae supplico, illum bonis modis inducere dignetur, nihil
enim votis d.nis v. Rmae negabit, sic eum illi auctoratum, atque deditum
certo scio. Postremo, scribit d. v. Rma, Reginalem Mtem, me ad
Ecclesiam d.nis v. Rmae Crac nominasse, et licet fuit aliae etiam pri:
ores nominationes, dat tamen mihi spem d. v. Rma, meam etiam
posse in effectum aliquando peruenire. polliceturque mihi ea in re, fauo:
rem, et patrocinium suum. Negotium praeterea I. ubi se occasio offeret,
recenti memoria conditum habere, et se semper fortunis meis con:
sulturam concludit. Explicare nequeo Rme domine, quantum haec
gracia, et propensio, d.nis v. Rmae erga me, animum meum tot curis
hic confectum erexit, et bonae spei plenum effecerit, hocque nullis meis
fit meritis, sed solius dei clementia, qui iam a multis annis d. v. Rmam
sic mihi facit propitiam. Illum igitur pro longaeua incolumitate, et
felici omnium rerum successu d.nis v. Rmae orare non desino. Cui me ut
domino meo gro.mo, humillime commendo. Datum Toleti, ad Tagum
4 Septembris. Anno domini M° D° xx v°.

Ioannes Dantiscus orator Sigismundo primo Regi Polo[niae].

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clement.me. Post humilli:
mam perpetuae meae seruitutis commendationem. Cum hunc nuntium
quem dominus Collega meus, ex Neapoli huc ad me miserat, decima Se:
ptembris praeteriti expediuissem, cum illo longo volumine, de omni:
bus Mti v. Ser.mae copiose scripsi, et litteras meas, ad manus domi:
ni Collegae mei transmisi, quas reor cum primis Mti vrae Ser.mae
deferri curauit. Ex his omnia, et quo statu rerum, ac istius tem:

poris, et Curiae historiam spectant, intellexit. Ea quae interea se obtulerunt, quantum per angustiam hanc scribendi licet sic se habent.

Eger fuit plurimum, Ser.mus Rex Franciae, acuta et quottidiana febri, ut etiam medici, de salute illius desperarent. Qua de re Caesar ex Segovia, versus Madrillis, ad invisendum eum accelerauit, inuenitque eum in lecto, vix caput attollentem, illumque humaniter salutauit, et boni animi esse iussit, quod nihil aliud, quam salutem suam curaret adhortatus est, de reliquis negotiis, bonam spem pollicitus. Ad ea Rex, dignas gracias habuit, Deo in primis, quod Caesari eam benignitatem indidisset, et quod illum videre coram, quemadmodum id dudum desiderasset, licuisset. Deinde Caesari, quod eum inuisere captiuum suum dignatus fuisset, commendans illi si moreretur liberos suos, feruntque simul una sine arbitris, ad decursum unius horae fuisse, et postquam ab eo Caesar discessisset, Regem dixisse aiunt, Pereant illi, qui inter nos ista dissidia fecerunt, Iste ne est iuuenis, tam deformis ut monstrum, et sine ingenio balbuciens? laudauitque summe eius prudentiam, et facundiam, Superuenit interea, morbo magis inualescente, domina Dux de Alenchon soror Regis, admissa ad illum per Caesarem, quae sua presentia, non parum illius saluti profuit, nam cum Rex in 24 horis, in extasi nihil fuisset loquutus, et iam pro mortuo descriptus, illa, ut fertur plurimum religiosa, post missam, ante Regem habitam, cum sacerdote, accepto sacramento corporis domini, genibus flexis, monstrante hostia Sacerdote, Regem ante lectum, alacri vultu, et voce, sic dicitur fuisse alloquuta, Domine frater, cognosce Deum, et creatorem tuum, ille suspiciens lachrimosis oculis, cum tanto tempore, nihil fuisset loquutus, miraculose respondit, cognosco, et paratus sum, licet indignus, et peto mihi eum dari, dataque fuit illi cum omnium admiratione Eucharistia, et ex eo tempore, melius habere cepit, iamque bene conualuit. — Rex Galliae

Cum Rex esset, in eo vitae discrimine, subito se huc ad consultandum Caesar contulit, erantque hic aliquot diebus, et noctibus

etiam perpetua consilia, eo enim mortuo, omnia essent inuersa, fuis-
setq; dubiu, vbi se iste fluctus frangeret. Sed conualescente Rege,
rursus se inclinati animi erigebant, venit interim huc penultima Se-
ptembris præteriti, legatus Pont: Cardinalis Saluiatis, iuit illi, vo-
catis ad se omnibus Oratoribus Cæsar obuiam, extra ciuitatis por-
tam, et cum in illo tumultu, et puluere, qui fuit densissimus lega-
tum excepisset, deinde nos oratores, sigillatim quemlibet digitto
demonstrando, cuius quisq; principis esset, edocuit, illumq; magno
cum honore, ad sinistru latus obequitantem, vsq; ad Ecclesiam ma-
iorem conduxit, et accepta benedictione illic reliquit, vbi diuer-
soriu paratu habuit

Post illius ingressu, tertia die dominu legatu accessi, qui me certe hu-
maniter pro honore M.tis v. Ser.mæ excepit, extra cameram suam
mihi obuius, In quam ingressi, feci ea ad illum verba, quæ et vra et
R.lis M.tas mihi aliquoties præscripsit, et quæ ad hoc tempus expedi-
re videbantur, edoctusq; a me, quo modo negotiu status Barcu ha-
beret, reseruationem castri admiratus est, pollicebaturq; operam
suam, quemadmodu a sede apostolica, illi foret commissu, opor-
tuno tempore apud Cæsarem se tentaturu. Si castrum hoc expugna-
re posset, quod indies expecto, sed timeo, frustra scalas eum admoli-
turu, causis his obicibus, quas abunde nouissimis meis litteris M.ti
vræ Ser.mæ descripsi.

Appulerat huc etiam, Rege melius habente, tertia octobris præteriti,
domina Dux de Alenchon, cui Cæsar vsq; ad portam ciuitatis iuerat,
obuiam, suis oratoribus, illamq; dextrum latus, in progressu ha-
bentem, vsq; ad domu illi paratam conduxit, et cum illa vsq; fe-
re in conclaue, multo sermone vtrinq; habito ingressus, osculo more
Gallico dimisit, Sequenti die, primos de Consiliariis suis pro illa
misit, cumq; in palatiu venisset, iterum illi vsq; ad gradus pro-
cessit obuiam, et iterum osculo excepit, tandem in penetralia in-
trogressi, paucis vtrinq; adhibitis, per aliquot horas inter eos
tractatum est, ferturq; Cæsar has conditiones proposuisse, In pri-

nis vt Rex Galliæ, tres milliones, pro damno bellico persolueret,
et deinde se Romam cum eo, ad coronationem conferret, restituta
prius Burgundia, et pro maiori istarum rerum firmamento, filio suo
primogenito, delphino, et successore, pro obside dato, donec omnia
perfecta essent, Dicuntur Galli, unum millionem, hoc est, decem Centena
millia ducatorum, et eam profectionem Regis ad vrbem obtulisse,
Burgundiam vero, coram Pontifice in decisionem iuris deposuisse,
obsidem autem, quasi non necessarium omnino negasse. Post hos tra:
ctatus, cum quater domina Dux, soror Regis apud Cæsarem fuisset,
re infecta, et in vlteriorem deliberationem accepta, discessum est.
Nihilominus Cæsar, dominam hanc hinc exeuntem, cum ipse vena:
tum etiam iret, conductu extra ciuitatis portam et sequebatur.
illaque adhuc in Madrilles, apud fratrem agit, misso celeri ad matrem
ac perlamentum in Franciam, de his rebus tabellario, adhuc quid
sperandum sit, incertum est.
Habentur hic mirabiles tractatus, propositum est hic ex Brabantia
preter ista coniugia, de quibus in nouissimis scripsi, quod Regi Franciæ,
domina Margareta, maior Cæsaris amita iungeretur, et quod illa nomi:
ne Cæsaris, existens Regina Franciæ, præesset Burgundiæ, Si non
procrearent liberos, parum referret, cum illorum Rex Franciæ,
iam satis haberet, et quod Delphino Franciæ, filia Regis Portuga:
liæ, et Leonoræ sororis Cæsaris daretur in coniugem, quo omnia
pacta, certius firmarentur. Multi multa proponunt, quid subse:
quetur, exitus docebit parum adhuc temporis, ad induciarum ex:
pirationem, hoc est, ad primum Januarii diem restat, quod si ni:
hil interea certi concludetur, nescio, quo modo, ab vtraque parte
vlterius, neruo vtrinque deficiente, erit belligerandum, presertim
Rege in captiuitate existente, qui omnibus modis cupit liberari.
ferturque Cæsar, illi dixisse, cum boni animi eum esse iuberet, quod sic
eum velit tractare, quemadmodum ipse vellet tractari, si apud illum
in similem fortunam incidisset, Verumtamen intelligo bonum
hunc Regem, non nisi valde grauate hanc captiuitatem ferre,

spem licet vultu simulet, quae intimo dolore non caret.
Agente hic domina Duce de Alenchon, libenter me illa vidisset, et ego
illam vicissim, sed ne qua suspitio de vtrisque fieret, consulto cauimus.
fuit tamen apud me Venceslaus Zaramba, qui illi seruit, relictus a Mag.co
Zaremba domino Palatino Siradiensi, illem mi excusauit, et mihi rursus ab ea re-
tulit, quod si per Gallias, aliquando redirem, me omnino ad illam con-
ferrem, habituram se aliqua verba mecum, de his rebus, quas illic
dominus Palatinus Siradiensis egerat, quod pollicitus sum. Ego illi
rursus significaui, quo modo Ser.ma M.tas v. mihi litteris suis
innuxisset, postquam huc legatus pont: et Ser.mi Hungariae etc. Re-
gis orator applicuissent, quod pariter cum illis ad hanc pacem
conficiendam, omnes conatus impenderem, et licet orator Hun-
garus Romae remanens huc non venisset, ego tamen, mandatis
M.tis v. Ser.mae insistens, Caesarem nomine M.tis v.rae, modis om-
nibus, ad concordiam ineundam cum Rege Chr.mo, adhorta-
tus fuissem, exponens difficultates, et discrimina, in quibus hoc
potissimum tempore Resp: Chr.iana versaretur. Et quod Caesar M.ti
v. Ser.mae de hac fraterna adhortatione gracias habuisset, et
se pacem cupere summopere asseruisset, pollicitus se omnem da-
turum operam, quo vniuersalis aliquando conficeretur. Haec eti-
am sic egi, nomine M.tis v. Ser.mae, cum Caesare. fuit dominae Du-
ci haec sollicitudo, quam ad hanc pacem gerit M.tas v. plurimum
grata, postulauitque a me, vt vbi se occasio offerret, modis omni-
bus huic M.tis v. S.mae sancto desiderio, me accommodarem, quod
post Caesarem, apud dominum Magnum Cancellarium aliquoties e-
gi, et illi desuper litteras, et mandata M.tis v. Ser.mae ostendi.
qui mihi respondit. nimium tardi, et segnes in agendo sumus, timeo
ne flagellum Dei, ex hac somnolentia nos excitabit. Res certe
omnis, quantum ego coniectura consequi possum, in mora ducitur,
quid ex ea Deus futurum esse voluerit, cum magno fortassis detri-
mento aliquando faciet periculum.
Firmatum est, X. Mensis praeteriti, coniugium inter Caesarem et

Regis Portugaliæ sororem, magna vi, vt fertur auri, vnde nunc fama est, q̄ in fine istuis Mensis, Cesar in Siuilia, quæ Hispalis ēr, constitui debeat, pro istuis matrimonii consumatione, Illac Cæsarem omnes sequemur. Iterū noui sumptus erunt necessarii, et ego adhuc, sicut Reginali Mti scripsi, nullam a domino Ludouico accepi prouisionem, preter trecentos Ducatos, quos hic tertia die Julii preteriti accepi, durabantq̄ vsq̄ ad Mensis Septembris decursum, vnde hic rursus, per datos fideiussores, ducentos Ducatos in mutuū accepi, vt Collega meus, dominus Ludouicus, illos Neapoli persolueret, quod si non fiet, ego depactabor, eo modo hic hactenus vixi, et nisi factores, dominorū Fuggarorū, nullam, a vestra Regia, aut Reginali Mte habentes commissionem, mihi affuissent, dudū hinc cum ignominia, et rerū mearū iactura, discedere coactus fuissem, nihilominus mihi interdicitur, ne deinceps quicquā a fuggaris, in mutuū accipiam, cum etiam mihi aliunde, nihil mittitur, vnde erit viuendū? et presertim, si is hic esse debeo, vt fui hactenus Ser.ma Mtis v. orator. Potest mihi tuto Mtas v. Ser.ma credere, q̄ nullū hic mihi promercale aurū est, neq̄ erit in reditu, quocirca iterū mihi ad fuggaros confugiendū erit, qui ad honorem Sma Mtis v. me nunquā deseruerunt.

Hodie quæ est dies omniū sanctorū, et natalis meus, cum apud Cæsarem cum aliis Oratoribus essem, antequā iret ad missam, vocato me et magno Cancellario, per illum mihi referri iussit, quomodo, dominus Jacobus fugger, suæ Mtis consiliarius fidelis dilectus, multa bona, in auro, cupro, et aliis rebus, circa fodinas montiū, in Hungaria habuisset, quæ omnia illi per quandā iuris apparentiā, vi fuissent in Hungaria sublata, contra omnem æquitatem, et veram iuris formā. qua de re, cū dominus Jacobus Fugger, de Mte sua multifariam esset bene meritus, indignumq̄ foret, q̄ eo pacto per vim illius bona diripi deberent, sua Mtas Ser.mo Hungariæ Regi, et Ferdinando Archiduci fratri suo, omnibusq̄ in conuentu Imperii Principibus scripsisset, ad

hoc animum intenderent, vt domino Fugger, bona illius omnimode restituerent. Et cum sua M^tas de prudentia, ac aequitate M^tis v. S.^mae plurimum confideret, illamque, et apud Ser.^mum Hungariae Regem, et illius Regni consiliarios, magnam auctoritatem habere sciret, mihi hoc idem negotium, qui hic Ser.^mae M^tis vestrae nomine agerem, iniungere decreuit, hortareturque me, vt hoc domini Fuggeri negotium, nomine Ces. M^tis, magna cum diligentia M^ti v. Ser.^mae commendarem, rogaremque, vt intuitu suae Ces. M^tis, ac etiam, quia id ipsa aequitas expostularet, M^tas v. S^ma illi apud S.^mum Hungariae Regem nepotem suum, et apud illos consiliarios adesse velit, quo bona sua recuperare posset, et hanc suae Ces. M^tis comendationem sibi plurimum profuisse sentiret, quod sua M^tas, omnibus studiis, et fraternis offitiis, M^ti v. S.^mae rependere, et semper referre vellet, Mique cum re singulariter germanice sua M^tas est alloquuta, his verbis, thut das beste. quapropter S.^mae Rex cum hoc negotium Ces. M^ti, sic curae, et cordi esse intelligo, et quia etiam dominus Jacobus fugger, aliquoties M^ti v. S.^mae libenter inseruiuit, et ego in seruitio S.^mae M^tis v. ab eo non paruam beniuolentiam expertus sum, humillime M^ti v. S.^mae supplico, vt M^tas Ces. aliquid eam in re, M^tem v. fecisse cognoscat, dignetur huic bono viro, sic bonis suis spoliato, vbi id oportunum cognouerit, ope, et intercessione sua adesse, Rem M^ti Ces. profecto gratissimam, et illi summe necessariam, vt qua illum perpetuo sibi deuinxerit, factura, et vt hic dicere possem M^tem v. S.^mam, libenter semper reipsa M^ti Ces. gratificari solere. Haec quemadmodum mihi a M^te Ces. scribenda sunt commissa, in notitiam M^tis v. S.^mae deducenda existimaui.

Essent plurima alia scribenda, sed cum haec posta hac nocte hinc proficiscitur, in compendium omnia conferre cogor, aliquando de his longiore volumine scripturus, quando haec Tragaedia, quorsum adhuc tendet sciri poterit.

Regis Angliae Oratores, adhuc hic sunt, sed male contenti, sicut fere omnes alii, euanuit hoc matrimonium, quod cum filia Regis

corum fuit contractum. Dicitur, quod inter Anglos, et Gallos triennales facta sint induciæ, et quod inter istam desertam, et Delphinum Franciæ coniugium tractetur, quicquid erit, nihil boni hinc futurum esse suspicor.

Hic adhuc, ea rerum penuria, qua prius semper laboratur, a duobus annis hic plurimis stipendium non est solutum, et credo, quod illa hoc confecit matrimonium. Alia de leuioribus, quæ hic aguntur temporis angustia, et quod iam postulantur a me litteræ, scribere vetat. Commendo me humillime Mti v. S.mæ, vt domino meo clementissimo, et rogo cum aliud certe, his grauibus expensis dignum, hic agendum non restat, me ex hoc exilio clementer cum primis reuocare dignetur, meique reditus propitiam rationem habeat, et quo itinere redire debeam demandet. Datum Toleti ad Tagum prima die Nouembris. Anno domini M D XX V.

Dantiscus orator
Tomicio Epo Cracc

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me, humillimam commendationem. Vix mihi tantum suppetebat temporis, vt has saltem d.ni v. Rmæ exararem, ea solum de causa, ne a solita mea, erga D. v. Rmam obseruantia destitisse viderer. Quæ hic aguntur ex litteris ad Mtem Regiam intelliget. Rogo summopere, domino Jacobo Fugger, cuius benefitio, a collega meo destitutus, hic viuo, in rebus suis adesse velit, sicut per me Cæsaræ Mti Re significauit. Omisi in litteris ad Mtem R. quod dux Borbonium, ex Italia saluus et incolumis, huc in Hispanias traiecit, et breui huc ad Cæsarem est venturus. Alia non restant, propter hanc scribendi angustiam. Commendo

me suppliciter D.mi v. R.me, vt domino meo clemen.mo, et rogo, si
frater meus Georgius, alicubi in Curia vagatur, dignetur cum pro
me suo seruitio ascribere, et si est possibile, efficere, vt quantotius
redire possim, Jam hac Hispana aura, vsque ad nauseam sum saciatus
et timeo, ne propter tot expensas, apud nros insolitas, concepto hic
dolore, et tedio, a principibus nris, indignationem mihi pariam,
certe aliter hic viuere non possum, quae, vt diffuse D.mi v. R.mae scri-
psi x Septembris praeteriti. R.mo domino meo Premisliensi omnia
fausta precor. Ex Toleto I Nouembris Anno dni M D XX V.

Sigismundus primus Rex Polonie.
Joanni Dantisco oratori suo.

Mag.ce vir. Accepimus litteras tuas datas Toleti ad Tagum, pri-
ma die nouembris, preteriti, quibus etsi plurima perscripseris,
quae nobis erat iucundum intellexisse, quod tamen in multis, quae sci-
re apprime cupimus, referes te ad alias tuas litteras, decima Septem-
bris, a te scriptas, expectamus illas adhuc cum desiderio, ad quas
deinde, quae visa fuerint necessaria, tibi perscribemus. Interim
vero agas pro virili tua, apud Caesaream Mtem, vt possessio arcis Ba-
ren. nobis restituatur, vtque nos cum S.ma Coniuge nra habeamus li-
beram facultatem constituendi Castellanum pro beneplacito nostro.
et si aliter fieri non possit, vt saltem constitueremus Castellanum
gratum Mti suae Cesareae, etsi etiam illius Mtas declararet, et cuperet,
vt is qui modo est Castellanus Baren. relinqueretur in praefectura illa,
poteris ad hoc nomine nro consentire, ita tamen, vt idem Castellanus
absolutus a iuramento Caesari praestito, super castro Baren. fideliter
conseruando, et gubernando, denuo nobis, et S.mae Coniugi nrae, pre-
stet iuramentum, et omagium.

Miramur plurimu, q pecunia, quae ex Neapoli tibi missa est, hactenus ad te non peruenerit. Scripsit enim nobis Mag.cus Ludomicus Aliphius, q miserit tibi illinc quingentos decem aureos, quos non dubitamus te ad hoc tempus, vel iam accepisse, vel breui accepturu esse. habemus, et habere semper volumus debitam tui rationem, curabimusq, vt habeas semper bonam prouisionem, quo cu nra dignitate, isthic durare, et negotia nra diligenter agere possis. quae volumus vt cures, vt melius intelligis, et nos de omnibus reddas certiores. Datu.

Joannes Dantiscus Orator,
Petro Tomicio Epo Cracc.
Vicecancell.o

R.me in Christo pater, et domine domine gra.me. Humillima commendationem | Superiori die xii praeteriti, M.ti Regiae, omnem historiam, quae eo tempore habebatur, per multam papiru descripsi, et d.ni v.rae R.mae seorsum aliqua in ciphris, quaru scriba meus exemplum non fecit, quae omnia per postam ad vrbem expedita transmisi, et illarum litteraru si forsan non essent perlatae, iteru copias mitto, ex quibus intelliget d. v. R.ma, in quibus hactenus cum domino Doctore Borgk difficultatibus versati sumus, et quo tandem rem perduximus. Si Dux Mediolani quodammodo iam in Cremona captus, iuridice contra hunc statu S.mae Reginae dominae nostrae, agere non poterit, presertim si standum erit priuilegiis, S.mi Frederici Regis. Status iste iam sic per M.tem Ces: confirmat9, deinceps Reginali M.ti erit pacificus, quemadmodu illum Ill.ma domina Dux mater tenuit et possedit. Cum autem aliqu, inter os, et offam aliquid intercidere solet, dominus Doctor, et ego commodum censuimus, vt vnus hic nostru, donec omnia per nos expedita firma:

est supra

rentur, maneret. Sors autem super me cecidit, non tamen eo modo quod me vltro ingesserim, vt dominus Doctor testabitur, sed ne quicquam per me stetisse videretur. vnde cum aliter fieri non potuit, hic maneo et pro solita mea fide, donec Mti Regiae visum fuerit, manebo, modo ista mansio, non ex me ipso prouenisse censeatur. iam ego fere possem ab omni ambitione liber, quod alicubi in angulo, non procul a d. v. Rma inglorius delitescerem, quod nemo mihi post Deum, quam d. v. Rma efficere potest, in quam hic in terris, omnis mea spes sita est, nihil est, quod magis me hic angit, quam, quod multas pecunias exposui, et indies expono, ne mihi aliorsum, quam fidei meae conuenit ascriberetur qua de re pauca annotare libuit, ex quibus preter expensas, non parua summa exposita dinoscetur. Postquam cum domino Ludouico Aliphio Collega meo Venetiis primum applicuissemus, illi visum fuit, vt in vestibus luctus illic ducem alloqueremus, vnde quisque nostrum eiusdem valoris pannum, pro superiori veste, et subtus de serico raso, quod atlas vocant, pro Saione emimus. constabat enim 33 Ducatos, quae vestis lugubris, adhuc est Neapoli apud dominum Ludouicum. Si meminit d. v. Rma, antequam Cracouiam exirem, dixi me pro expeditione, de pecuniis mihi pro expensis datis etiam 40 Ducatos exposuisse. Immorati Venetiis, et Ferrariae, pro pompis nostris, illis, qui nos curarunt, nomine istorum Principum, et cimbarum ductoribus. pro parte mea 21 ducatos. voluimus lucrari in equis, antequam triremem ascenderemus, postea vix nobis tantum pro eis solutum est, quantum in hospitio consumpserant, pro triremi, et itinere, Venetiis emi lectum portabilem ligneum pro 3 ducatis, et quae ad lectum spectant 6 ducatis. Dominus Ludouicus soluit pro naulo patrono. Postquam Barum venimus, et dominus Ludouicus Neapolim iuisset, meque ad se vocasset, pro conductis equis vsque Neapolim, exposui ducatos xvi, quando illic erat exeundum, versus Hispaniam relicto lecto, vt voluit dominus Ludouicus, pro aliis equis dedi ducatos 50 per Italiam, et vlterius, pro bolletinis, et conductoribus viarum expertis, exposui ducatos 30. huc veniens pro alio lecto ducatos 5. pro apparamentis

et duabus auleis, pro vsu cameræ, et quibus equi, qui portant sarcinas teguntur decem, pro scutellis, discis, mensalibus, et aliis ad quottidianum vsum necessariis, ducatos xii. pro quatuor peciis argenti, vase quo aqua funditur, et tribus pateris 45 ducatos, pro panno quo famulos ad hiemem, et me vestiui 24 Ducatos. pro pellibus ouinis, quibus tres vestes subduxi 26 Ducat. Alia quæ minora sunt, et quæ ad quottidianum vsum emuntur omitto. hic enim in Hospitiis, et inter eundum nihil reperitur, quam id, quod quisque secum portat. Summa istorum expositorum facit 318 Ducat. De expensis nisi esset morosum, etiam dari ratio posset. sed hæc deo bene fauente, aliquando coram, ne cuiquam ansa calumniandi mi relinqui possit. hæc ideo d. v. Rmæ descripsi, et ingenue in illius notitiam peruenire volui. si forsan alia de me apud principes nros haberetur suspitio, vt illam diluere possit. Nollem enim, donec spiritus iste, in hoc est corpore, quod d. v. Rma propter me ruborem aliquem habere deberet, potius mallem me nunquam natum, scio etiam, quod non mihi, sed D. v. Rmæ creditur, quæ vt fortunis meis aliqua accessio fieri possit, in has legationis me struxit, in quibus Deo bene fauente, cum sic mihi est in fatis ita me geram, quod nec mihi, nec Dni v. Rmæ quicquam honesto contrarium impingi possit, cum hoc semper vtili proponere consueuerim. Proinde D.ni v. Rmæ, vt domino meo vnico, et colen.mo humiliter supplico. Si cognouerit, quod hoc duro, et fideli meo seruitio, per nescio quas delationes, quas non metuo, vel in Principum meorum indignationem, aut aliquam suspitionem fidei meæ non conuenientem, incidere deberem, velit efficere, vt cum primis reuocarer, et me inde exonerare possem, nullus est, cui hunc honorem non faueo, in quo sum hic, et certo etiam per salutem animæ meæ, mihi credat d. v. Rma, quod mallem esse minimus apud d. v. Rmam scriba vel stabularius, quam hic agere, et sinistræ suspitioni esse obnoxius. Scripsi in litteris ad principes meos, quod mihi restarent de omnibus hic, et a domino Doctore acceptis peccuniis, quingenti Ducati, de quibus vt dominus Doctor scit, quinquaginta iam desunt. Accepi igitur ad fidem meam, ab illo in mutuum centum Ducat. prius etiam centum de meis exposui. illos liben:

ter impendam, saltem vt aliqua iniqua nota caream. de omnibus me ad dominum Doctorem refero, qui vt vir profecto bonus, et integer est, quicquid ille de me dixerit, oraculum esse volo, ille etiam aliquando referet, quam ego ex mandato D. v. Rmae cum Collega meo pacientiam habui rel. non scripsi, neqz scribam, sed coram, vt in Deum spero intelliget, nihil est ab omni parte beatum. alia non restant. Commendo me humillime fauori, et gracie D.nis v. Rmae. et rogo me Mag.co domino Palatino Crac. excuset, q non scripsi, tot enim in domini Doctoris expeditione, se obtulerunt agenda, que mihi fuerunt impedimento. Rmo domino Premisliensi, omnia fausta precor, et me illi, et d. v. Rmae iterum atqz iterum commendo. Ex Madrillis Regni Tolleti oppido xix Decembris Anno dni Mo D xx vo

Joannes Dantiscus, Orator.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.o

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me. Humillimam commendationem, Sperabam mihi plus temporis superesse, cum Mti Regie scripsissem, vt etiam de his, que vellem longior, cum d. v. Rma esse potuissem, sed fefellit me opinio. iam enim ad postam a me expetuntur litterae, dabit igitur breuitati veniam.

Habeo gracias immortales, q cum duplicatis xi. Septembris dat. Cracouie D. v. Rma de rebus nostris, ad me perscribere dignata fuit. Maiores gracias, et quas tenuitas mea potest D.ni v. Rme habeo, q fratrem meum Georgium, quem vnice diligo, d. vra Rma suorum numero ascripsit, me illum, et omnes meos perpetuos seruos habitura.

Ex litteris ad Mtem Regiam, intelliget d. v. Rma, omnia que hic fiunt. Mag.co domino meo Palatino Cracouien, scribere propter

temporis angustiam non potui, illi me humiliter comendo. R^mo^ domino Premisliensi episcopo, omnia fausta precor, et me totum D.^ni^ v. R^mae^ trado, atque pro mancipio dedo. Ex Toleto, ad Tagum celerrime x Januarii. Anno dni M^o^ D xx vi

Ioannes Dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Polonie

S. Exma M^tas^ Regia, et domine domine clemen.^mi^. Post humillimam perpetuae meae servitutis commendationem. Scripsi M^ti^ v. S.^mae^ brevibus prima Novembris praeteriti, quae hic agebantur, presertim de aegritudine Regis christianissimi, et quomodo rursus convaluit. De adventu item Car.^lis^ Salviatis, legati Pontificis, qui huc penultima Septembris applicuit, et quomodo illum convenerim, et de ingressu huc iij octobris dominae Ducis de Alencon, sororis Regis Franciae, ac de matrimonio, inter Caesarem, et sororem Regis Portugaliae confirmato, deque commissione a Caesare mihi data, ad M^tem^ v. S.^mam^, in favorem domini Jacobi Fugger, et de aliis pluribus rebus, quae eo tempore se offerebant.

Scripsi iterum novissimas xvi Novembris 2°. Postque mihi litterae M^tis^ v. S.^mae^ 11. Septembris Cracoviae datis redditae fuerant, quibus respondi, quantum pro illa tempestate licuit, moliminaque vicerRegis, quae hic passim aperte feruntur, inserui, et quomodo Dux Borbonensis, eodem die huc ingressus fuerat, cum aliis novis, quae hic habebantur annotavi. Supervenerunt tandem etiam duplicatae, priorum litterarum M^tis^ v. S.^mae^, cum quibus R^mus^ dominus Crac. Episcopus mihi scripserat, quas xxviij Novembris accepi, unde a tempore perlectionis illarum, licet dominus Magnus

Cancellarius mali per podagram habuit, vsqz ad hunc diem labora:
re, in Commissionibus Mtis vrae, S.mae, et curiam quottidie fere fre:
quentare non destiti, Cæsariqz et domino Comiti de Nassan, lit:
teras Mtis v. S.mae reddidi, et mandata mihi iniuncta exposui, illa:
qz Cæsari, pro memoriali vt hic vocant, in scriptis dedi. Sed om:
nia, donec dominus Canc.rius, conualesceret suspendebantur, ille
cum iam saluus ex ea aegritudine factus esset, litteras a me Mtis v.
S.mae libenter accepit, operamqz in his omnibus, de quibus illi scri:
ptum, et per me dictum fuit pollicebatur, tam cito tamen Cæsarem
his rebus intendere non posse asseruit, propter haec pacis tractan:
da cum Gallis negotia, qua de re, per duos aut tres dies, quousqz
nescio quid de istius pacis conclusione canebatur me continui, et rur:
sus aratrum hoc prosequutus sum, fuiqz singulis diebus, vsqz in hodiernum
mane, apud Canc.rium, et post prandium apud Cæsarem, et quo instius
illum vrgere viderer, pridie ei litteras duplicatas Mtis v. S.mae,
quasi nuperrime mihi redditas, iterum presentaui, et eadem, quae pri:
us mandata illi exposui, nihil aliud pro responso obtinui, quam qz
breui negotiis his informatus in consilio de illis intendere vellet,
et mihi desuper benignum dare responsum. Intellexi interim, qz he:
ri Mtas sua debuit ire venatum, per aliquot fortassis dies non re:
ditura, quapropter me illico rursus ad Curiam contuli, et Cæsa:
rem subsequente vice Rege, inter eundum conueni. Rogans illius Mtem
vt dignaretur, binis Mtis v. S.mae litteris, per me illi redditis, rn:
dere, aut mihi desuper mentem suam comittere, ne tam diu Mtas
v. S.ma, quae in magna esset expectatione, in tam longa incerti:
tudine versaretur, vtqz illi tandem plane mentem suam declara:
ret, quo illius fraternum amorem, et beniuolentiam, in re iusta, li:
quidius experiri possit, ad quod subintulit, vt paulisper adhuc
expectarem, breui se responsum daturum.

Contuli me igitur, iterum hodie, ad Canc.rium, et illi responsum hoc
Cæsaris retuli, hocqz etiam, quod vice Rex, quia illum etiam post
Cæsarem alloquebar, responderat, vt pote, quo modo a me quesi:

nisset. Si adhuc offitiales Mtis v. S.mae non essent in status Barensis pacifica possessione, ad quod ego respondissem, quod sine castro, istius status pacifica possessio haberi non posset, ad quod ille, quo modo? non ne debuit esse Castellanus, qui Caesari placeret, verum inquam ego sed debuit a S.mis principibus meis constitui, in quo illis derogatum est, et ille intrusus in Jurisditiones S.morum principum meorum se temere ingerit, condemnamurque et nemo nos acusat, vnde ille rubore, ex bile suffusus. Sit inquit Castellanus quisquis velit, quid ad me mihi perinde est. Rogo inquam ego D.cio vra Illris in hac sententia maneat, nullas deinceps habituri sumus difficultates, haec cum Cancell.rio retulissem, prorupit in risum, alibi inquit, aliter dicit, cumque vlterius quererem, quid sibi ista vellent, contraxit humeros, Lucifer inquit est, et vult se aequare altissimo, ad quod ego spero, quod altius decidet. Domino Cancell.rio, male cum eo, vt prius scripsi conuenit, neque immerito, neminem adhuc in hac aula audiui, qui de illo bene sentiret, aut loqueretur. Dominus Cancell.rius iocando mecum, illum vocare solet sollicitatorem meum, interdum etiam pro vice Rege nouum Regem, et apud neminem, quàm apud Caesarem, et comitem de Nassan habet graciam, suis etiam propriis seruitoribus exosus est,

Ante 3 horas, cum haec scribo, reddita mihi sunt de illo Regiae vestrae et Reginalis Mtis litterae Crac.s. 5 octobris dat.e, in quibus ea est sententia, quam iam crebris litteris, ad Mtem v. S.mam perscripsi, nescitur tamen certo, quo modo haec habeant, hic ea opinio est passim apud omnes, dicunturque mira, a meis delatoribus, hocque fere est apud aulicos hic frequens, quod vice Rex pro conficienda hac pace, a Rege Franciae, ducenta millia ducat.s cum scientia Caesaris habere debeat, et cum his pecuniis pro statu Barensi Mti v. S.mae satisfacere debere perhibetur, et cum nuper domino Cancell.rio, haec retulissem, quesiuit a me istius dicti auctorem, quem, cum ex Camera Caesaris est, designare non licuit, sed mihi sic relatum asserui fuisse, illo admiratus, dixit se hoc nequaquam

credere. Cæsaremq in negotio M^tis v. S.^mæ, non aliter facturu quã iustitiæ, ac iusto principi conueniit, respondi ego. Si istiusmodi technæ, inter homines fierent priuatos, valde indignu fore, quid inter princi: pes, et precipue hanc ob causam, q in aliis rebus Cæsar M^ti v. S.^mæ, non rogatus, aut requisitus, amorem suu fraternu, et singularem beniuolentiam, exhiberet, vt in missione velleris aurei, et in com: positione cum Duce Moscouiæ, ad quem tam insignes oratores mitte: rentur, quod M^tas v. S.^ma nunquam postulauerit, et si postula: ret, vix se impetraturu speraret, in causa vero iustissima, quæ hæreditatem claram S.^mæ coniugis suæ, et liberorum spectat, ad decursum ferme duoru annoru, habitis tot difficultatibus nul: lum finem habere posset, respondit mihi ille, Cæsaris culpam non esse, innuens in illum supra descriptu luciferu, promisitq se omnem daturum operam, quantum esset illi possibile, vt semel hæc res transigeretur, qq hactenus nihil fieri potuit, propter tot nego: tia et occupationes, paulo post vero tempus esse, quo commode causa hæc tractari posset.

Hæc est vsq in hunc diem, omniu reru summa, de quibus etiam ad longu, quantu ego intelligere potui, ad Mag.^cu dominu Lu: douicu Aliphiu, collegam meu binas, x, et vltima Decembris, præteriti perscripsi, aliud omni diligentia, et cura mea, etiam aliqu cum importunitate, efficere non potui, qua q mihi responsu de die in diem differtur, neq vllam resolutionem sum habiturus, sic enim certo opinor, anteq negotiu hoc pacis, cum Gallis omni: mode sit confectum, inde hinc capient consiliu, quod quale futu: rum est, tanti ingenii non sum, vt diuinare possim suspicor tamen aliquid.

Superiori die solatii causa, in campo obequitando, offendi domi: nu Sigismundu Loffredu, qui, me viso applicuit, cum illo longo sermone, de rebus nostris contuli, et de hac mora, pollicitus est me aliquando certiorem reddere, cum illi liceret, quamobrem fi: eret, et hactenus facta esset, aliud ab eo neq habere potui, neq

possum, inde quid coniectari debeam certi me præterit, timeo adhuc anguem in herba, qualiscunque ille sit, quantum totis viribus eniti possum vt tandem quid istis Sicophantiis sibi velint agnoscere possimus, nihil operæ prætermittam, Ego credo certe, si Cæsar honesto modo viceRegem in statum Barensem intrudere posset, sic illi addictus est, quod omnino faceret, non possum tamen mihi persuadere, quod ea in re quicquam contra Mtem v. S.mam, aut sine illius assensu sit attentaturus, Spero, quod breui, ex omni hoc dubio absoluemur, res enim hæc diutius sub hunc sole appropinquante, latere non poterit.

Accepi hic x Decembris, a domino Collega meo litteras Neapoli xvi Nouembris datas in quibus mihi scribit Pantaleonem nondum aduenisse, quem ego hinc x Septembris, cum omnium rerum expeditione, et longo litterarum volumine, ad Mtem v. S.mam expediueram, duplicatas vero, istarum expeditionum, xx Septembris hinc a me missas, se accepisse, et subito istam Methamorphosim de Castellano Barensi ad Mtem v. S.mam transmisisse, iniunxitque mihi quædam alia, quæ ad iustitiam status Barensis spectant expedienda, cum quibus quia adhuc de castro, quod principale negotium est, nondum sumus expediti, me continere cogor, in illis suo tempore nihil omittetur, modo id quod istius corporis caput est habeamus. Misit mihi etiam dominus Collega litteras, cambii, ad Welzeros, super 300 Ducatos qui mihi ab illis xiiij Decembris, nouissime præteriti sunt dati cum quibus iunctis istis 200, quos xvi Nouembris a Fuggaris accepi, vsque ad medium Aprilis futuri hic viuere possum, de his vestiui familiam, et exposui 30 Ducatos et coactus fui dare strenas, pro hoc nouo anno, off.bus huius Aulæ, et aliis, vt hic vsu receptum est, quas etiam vix 40 Ducatis redemi, anno præterito pro illis 30 exposui, sed hoc anno maior inopia et audatia petendi off.bus creuit, cum ab alio anno, illis stipendium non est solutum, et nemo hic vult seruire, neque ianuam quidem inferiorem ad Aulam gratis aperire, nisi aliquid detur, quæ omnia ex calculo meo cognoscentur, quem aperta fronte Mti v. S.mæ, seu illis quibus commiserit,

Postq Deo bene fauente aliquando incolumis rediero, sum exhibiturus, vtq Mtas v. S.ma, vnde reliqua coniicere potest cognoscat, quo modo hic viuitur, pro aqua tantu, q dim hic sum 36 Duc. dispensator meus exposuit, quid pro lignis, et aliis rebus, quæ ferme gratis apud nos habentur. hæc igitur toties in litteris meis inculco, cum apud nos sunt extranea, ne suspitioni fidei meæ, non conuenienti fiam obnoxius, quam Deo Duce, apud minimos etiam incorruptam hactenus conseruaui, eamq Mti v. S.mæ, cui, et prædecessoribus eius a 25 annis iam seruio, sine labe, integram representabo.

aqua

Quæ hic de pace aguntur, adhuc clare scribi non possunt. Hodie enim cum apud Cancellariu essem in prandio, et post illud, de rebus nris, vt supra scripsi contulissem, Rogaui eum, vt quantu liceret scire, ne Mti v. S.mæ, his de rebus fabulas, quæ hic passim feruntur, scriberem, mihi certi aliquid de hac pace communicaret, quam inter omnes alios christianos principes, nemo cupidius, q Mtas v. S.ma desideraret, respondit mihi, q adhuc certi parum haberetur, sed q omnino spes esset, breui pacem, quæ iam in extremis tractatibus, versatur futuram, conditiones tamen adhuc dici non possent, cumq interogarem, si in conditionibus, quas prius mihi dixerat, pax hæc confici deberet. erunt inquit istæ conditiones, s; non omnes, has igitur, quemadmodu eas domino Collegæ meo, Mti v. S.mæ perscribendas descripsi, ad presens etiam annotare, non superuacaneu censui.

In primis Rex Franciæ, sororez Cesaris Leonoram habere in coniugem, et filia Leonoræ, ex Rege Portugaliæ suscepta, Delphino primogenito Regis Franciæ, iungi matrimonio deberet. item vt Burgundia restitueretur Cesari, preter tres quosdam comitatus, qui Regi Franciæ cum Leonora, in dotem darentur. hoc pacto, quod si cum illa haberet liberos, illis in hæreditatem perpetuam, prædicti 3 comitatus cederent, q si liberi non essent rursus ad Cesarem deuoluerentur.

Item, q Rex Franciæ, renunciaret omnibus iuribus suis, quæ

super Regno Neapolitano, Ducatu Mediolani, Germania inferiore, et Tornaco, atque super omnibus aliis terris et dominiis, haberet, de quibus unquam lis fuerat / esset etiam obligatus Caesari, cum in Italiam pro coronatione proficisceretur, concedere omnem suam classem, et 6 millia peditum, cum quingentis equitibus grauis armaturae, ad eam profectionem soluto 6 Mensium stipendio mittere. Et quando Caesar contra quoscunque infideles, in propria persona expeditionem faceret, ipse etiam Rex Franciae, in propria persona proficisci cum illo astringeretur. Et quod omnes querelae, et causae dissensionum, quae unquam inter eos fuerant, sub hac pace, et concordia, sopitae, et remotae esse perpetuo, et nunquam amplius in memoriam reduci deberent. Dux Borbonum deberet etiam restitui, et ablata illi reddi. pro quorum omnium fide, atque firmamento. Rex Franciae Delphinum primogenitum suum, cum xii primis Regni primoribus, vel illorum filiis, huc in Hispaniam, pro obsidibus mittere obligaretur, qui cum in Hispania iam essent. Rex Franciae pro istarum rerum, et tractatuum conclusione, et obseruatione, liber in Franciam abire, et omnes istos tractatus, per sententiam diffinitiuam a perlamento, cum litteris suis desuper, sub suo, et xii primorum Regni, ac duodecim potissimarum Ciuitatum, sigillis munire, et confirmare deberet, hac adiecta conditione, quod si tractatus isti, modis quibuscunque etiam infringerentur, et non obseruarentur, totum Franciae Regnum, in ditionem Caesaris, omni iure, et cum pleno dominio, absolutum ab omnibus iuramentis Regi praestitis, cedere, ac deuolui deberet perpetuo — Conditiones pacis

Si sub istis conditionibus pax fiet, necne, adhuc incertum est, ego quidem credo, quod inter Caesarem, et Regem Galliae captiuum, qui modis omnibus quaerit liberari, huiusmodi conditiones possint concludi, sed in ambiguo est. Si Regnum Franciae consenciet, quousque mitiores fiant conditiones, quam istae hic confectae, propter quas suspicor in Italia tumultus excitatos, quibus, ut obuiam iri possit, cum nerui, et omnium rerum penuria hic la:

boratur, faciliorem hoc ingenio pacem futuram spero, sine dubio pax ista breui fiet, cum vice Rex vt fertur, ducentena millia, inde Ducatorum habere debeat, et illam prout vult tractat, sed si diu durabit, magnu est dubiu.

Dux Borboneu spe, et promissis frustratus, dui noluit consolari, intelligens ex vice Rege prouenisse, qui alias illi infestissimus est, q pacta cum eo facta, non sunt obseruata, vnde adhuc indies cu eo tractatur, promissaq hunc habent prætextu, ferunt ipsum imprudenter fecisse cum Leonora coniugiu haberet sibi pollicitu, q non subito etiam ab illa petiuisset assensu. Cæsar ei promisisset quantu ea in re præstare potuisset, Leonoram tamen sororem sua, quæ Regina, et vidua esset, cogi non posse, quæ iam sui iuris, et arbitrii foret, nihilominus magna cura apud illam egisset, vt in matrimoniu cum Duce consentiret, ad quod nequaqua induci potuisset, malle eni in monasteriu secedere, aut duriorem conditionem suscipere, q duci Borboneu iungi, quo hic volunt legittime causari, q promissis Cæsaris nihil sit derogatu, de quo non est meum disputare, Dicunt aliqui, q Cæsar illi in recompensam Ducatum Mediolani, vbi adhuc castrum obsidetur, dare statuerit, et nescio quæ alia fabulantur, sed vnu hoc scio Ducem Borboneu, male in omnibus contentu, et dissimulare, quantu pot omnia, ea fide hic tractantur etc.

Mortuus est superiori die Marchio Piscariæ, qui Cæsari in Italia, iam longo tempore seruiuit, quod etiam in ipso mortis fine testatus est, illi etiam cum vice Rege, non bene conueniebat. post illius mortem princeps Nauarræ, qui Ticini, seu Papiæ captiuus habebatur, corruptis Hispanis custodibus, fugit in Gallia, qui certe non dormiet.

Marchio Piscariæ

Ante 3 dies, venit huc secreta posta, quæ ferebat Ducem Mediolani Franciscu esse mortuu, quod adhuc abditu seruatur, ab illo amplius nihil est metuend. Iuribus suis, quæ nunq habuit super statu Bareu, hic certo renunciauit. sed nulli cessit. vnde

cum illius mors fiet manifestior, manifestius et acrius in rebus nris
urgebo Caesarem, hoc obice remoto. Alter frater Maximilianus,
fertur ex Gallia fugisse ad Helvecios, ut Ducatu Mediolani re:
cuperaret. sed ut est in Adagio. ad kalendas graecas.

Matrimoniu Caesaris, de quo aliquoties scripsi, firmum est. Vidi nu:
per sponsam depictam, apud magnu Cancellariu, quod si illa pictu:
ra respondet, certe formosissima est, subfusca paru, qui color illi
valde decori est, Eo tempore, dominus Cancellarius a me quaesiuit,
Si a Mte v. S.ma haberem litteras, de vellere aureo presentato.
Cum mihi ea de re, nihil esse scriptum assererem, quasi me fortas:
sis dubiu vellet confirmare, certo inquit, Mti v. S.mae, iam esse
missu, quasi diceret, post tam longam deliberationem, tandem
esse negotiu confectu.

Missi sunt hinc pridie versus Portugaliam, ad excipiendam
sponsam. Archiepus Toletanus Dux Calabriae, et Dux de Ve:
gera, cum Almirante de Castilia, celebrabunturque nuptiae,
hic prope in quodam opidulo, et propter minores expensas, et
quod non sit necessariu civibus Toletanis hic omniu exactionu, et
vectigaliu dari immunitatem. Est enim in more positu, ubicu:
que Rex Castiliae celebrat nuptias, illic istiusmodi immunitatem
concedi, De dote prius scripsi, quam ampla sit, et quantu hic
illa sit necessaria.

Dicitur etiam, quod Rex Franciae, ante hinc suu exitu, cum Leo:
nora matrimoniu sit consumaturus, et quod iam sint insignes ali:
quot ex Ducibus Oratores designati, qui delphinu, cum aliis ob:
sidibus, in oris Hispaniae excipere debeant, crediturque quod pasca
hic sumus celebraturi, donec omnia haec perficiantur.

Archiepus Lunden electus, de quo, et illius domino Rege Da:
ciae x. Septembris, cum Pantaleone, ad longum scripsi, mecu
hic est, in quottidiano commercio, vir profecto bonus, et bene
industrius, is mihi secreto retulit, et fidei meae commisit, ne
in notitiam hostiu domini sui id perveniret, quod Caesar illi dixe:

rit. Regem Daciæ in conditiones pacis, cum Rege Galliæ esse inclusum, sic quod ab vtrisque omnino restitui debet, quod igitur Mti v. S.mæ scribo, vt pro sua incomparabili prudentia, illi non solum vicinitatis, verum etiam affinitatis causa, quæ inter vtriusque liberos contrahi possit faueret, omnia sors versat, melior semper est amor et beniuolentia, quam qualecunque odium. Si aliquando bonus iste Rex fortassis seductus deliquit, tot calamitatibus castigatus resipiet.

Venit hic superioribus diebus post mortem fratris sui Illris dominus Joannes Albertus Marchio Brandenburgensis, quem vt vt decuit Nepotem Mtis v. S.mæ, ante Cameram Cæsaris, nuper excepi, inueni adhuc reliquias quasdam, ob repulsam in Episcopatu Ilocensi, nihilominus, satis humanum se mihi exhibuit, dicens se aliquando, vberiorem familiaritatem, mecum contracturum, manebit hic in Aula, habiturus a Cæsare conditionem, et pensionem, quolibet anno duorum millium ducatorum, sed eam æstimationem, et authoritatem, quam hic Marchio Joannes habuit apud omnes, vix meo iuditio consequetur, Quomodo hic Ducis Moscouiæ Nuncii habiti sunt, et quibus modis expediti, ad longum prius scripsi, scribet etiam fortassis, dominus Collega meus, cui, cum propter temporis breuitatem, Mti v. S.mæ scribere non licuit, illa præscripsi. Mittuntur hinc a Cæsare mandata, et instructiones ad Oratores, qui ab Archiduce, nomine Cæsaris in Moscouiam proficiscuntur, intellexi omnia illis ad vota Mtis v. S.mæ committi, et quod prius omnia dominus Archidux, cum Mte v. S.ma communicauerit, proposui nihilominus ea, quæ de his negociis 11 Septembris, Mtas v. S.ma, ad me perscribere dignata est, Magno Cancellario, qui etiam pene mihi fassus est, fumum esse, tam longinquas legationes, et illas magis pro fama, quam ex vsu aliquo fieri.

Discedunt hinc a Curia Episcopus Londiniensis, qui cum domino Rmo Cracoviensi Episcopo Bononiæ se studuisse dicit, cum collega suo doctore Samson, et in locum eorum Eduardus Lens, qui contra Eras:

Epatus Ilocen[sis]

Roth: aliquando scripsit, a S.mo Angliæ Rege pro oratore huc mitti:
tur, quid ex frustrato matrimonio, cum Regis Angliæ filia, ante 3
annos contracto, nascetur, aliquando res ipsa docebit.

Habentur hic variæ, et graues suspitiones, contra Pontificem, et Venetos,
de his tumultibus in Italia excittatis, Nihilominus legatus Nuntius
Pontificis et Venetorum orator, adhuc hic agunt, negantque, et tegunt
quocunque possunt stratagemmata sua, sic transibit orbis.

Scripseram M.ti v. S.mæ, quomodo Secretarius Cæsaris Philippus Nico:
la, et orator ipse Ducis Mediolani, mecum de matrimonio, cum S.ma
Reginula, primogenita, M.tis v. S.mæ, loquuti erant, iam hæc res
penitus euanuit Dux mortuus est, iste bonus Secretarius, correp:
tus cardiaca passione, sibi ipsi mortem asciscere voluit, cum for:
pice, qua vulnera duo in collo, inoffenso tamen gutture, sibi infli:
xerat, Ex quo furore sanus euasit, sed offitium suum apud Cæsarem
amisit

Et ne quicquam intactum relinquam, cum M.tas vra S.ma, minimarum
etiam rerum scientiam habere vult. Scripseram quod duo famuli mei
ab inquisitoribus hæreticorum capti, preter culpam fuerant, quos
Marrani isti, contra Cæsaris tot promissa, mihi facta, in quintum usque
Mensem in carcere detinuerunt, vnde Cæsar toties a me impulsus,
magno labore tandem effecit vni inquisitorum Episcopatum dando
quod 4 Decembris emittebantur, quo factum est, cum amanuensem
non haberem, cui fidere audebam, quod tanto tempore duplicatas
non feci.

Scriptum est huc nuper, ex Insulis Balearibus, quod centum bire:
mes, quas fustas vocant Turcarum, visæ sunt in mari, alia ma:
iora nauigia expectantes, quorsum illæ diuertent, cum in isto ma:
ri sint, et propinqui Siciliæ, Sardiniæ, et ipsi Italiæ, lenis est
coniectura, hic tamen talia non creduntur, quamdiu ad viuum, non
penetrauerint,

Alia hic hoc tempore, digna scientia M.tis v. S.mæ non habentur.
ego quidem hic digna pariter atque indigna aliquando ferendo, non

possum esse, sine magno tædio, quod tamen cum sic M.ti v. S.mæ visum est,
animo æquo, quamdiu illa voluerit, etiam si extrema omnino sint per-
ferenda tollerabo, nihilque est, quod me magis affligat, quam quod tantas pec-
cunias, M.tis v. S.mæ hic effundo, sine quibus cum illius decore, ac di-
gna æstimatione, pro Oratore subsistere non possum, sine expensis, lar-
gitionibus etiam erga subarratos meos delatores, iurisperitos ref.
id genus hominibus uti cogor, quod igitur licet aliquoties scripseram,
replico, me fidem meam, erga M.tem v. S.mæ integerrimam quisquam
malus sugillare posset, sub M.te eum vera S.ma, et illius servi-
tio, quamdiu sum vivere, et mori decrevi. Cui me suppliciter,
ut domino meo clemen.mo, commendo. Ex Toleto, ad Tagum x
Ianuarii. Anno domini M.o D XX vi.o

Inter scribendum allata est huc alia novitas, Ducem Mediolani, non
mortuum, sed veneno, nescio a quo accepto, gravissime, sic quod non cre-
deretur victurus laborasse, rursusque ad se rediisse, esseque spem eum
convaliturum, superiori die mecum loquutus est illius Secretarius
Camillus, cui anno præterito, in Valle oleti prædixeram hæc om-
nia, quæ ad presens cum illo Duce fiunt, is me verum vatem fuisse
asseruit, sed tamen adhuc omnia, non eo modo agi, quemadmodum
adversarii cuperent. Castrum Mediolani munitissimum esse, in eoque
milites, et fortes, et constantes, qui impetus istius obsidionis, non
magni penderent, multaque inter os, et offam, intervenire posse,
Estque mihi fassus Ducem suum, non tam acriter, pro statu Barum in-
stetisse, ut multi suspicarentur, immo parum, aut nihil, et nisi in-
ductus, de quo adhuc mecum, cum inter spem, et metum, apud Cæsa-
rem penderent, plane loqui non auderet, promisitque se aliquando

ad me venturum, ex eo fortassis omnem partis adversae studium expiscabor.

Constans hic rumor est, quod Dux Borboneus ante nuptias Caesaris in Italiam sit rediturus, et quod in recompensam matrimonii, et aliorum promissorum Ducatum Mediolani habere debeat, ex quo centum, et quinquaginta Caesari, et Archiduci Austriae quinquaginta millia Ducatorum, singulis annis solvere tenebitur, quam firmitatem haec pacta sunt habitura, cum castrum Mediolanum, rebus desperatis, vel in Pontificis, aut Venetorum, seu Helvetiorum manus tradi possit ipse viderit, Iste bonus Dux, patriam, et omnia bona sua deficiendo ad Caesarem amisit, caput suum manifestis aliquoties obiectavit periculis, et cum labe honoris sui, apud fere omnes suspitionem non levem reliquit. haec illi refertur gratia, Nusquam tuta fides, ut Dido inquit, hic vero minime, sed de his aliquando coram, Deo bene favente latius.

Postquam Comes de Nassan rediit, a Leonora Caesaris sorore, quae ab hinc xii leucis diversatur, et forsan ab illa matrimonium cum Rege Franciae, cum illud, cum Duce Borboneo omnino fastidivit, impetrare non potuit. Caesar ipse ad eam se contulit, impetrabit si Diis placet, tantae molis haec res est, credunt has technas neminem intelligere, cum passim ab omnibus rideantur. Mutato proposito, quod scripsi hic debere fieri, in Gallia futurum est.

/ Cum Rex Franciae relictis his obsidibus omnia hic conclusa in Regno suo exequetur, tum demum illi post postulationem cum ceremoniis factam, in Galliam sponsa mittetur. Non miretur Maiestas vestra Serenissima, quod diversa plerumque prioribus scribo, omnia enim ad eum modum hic tractantur, et retractantur.

Significavit mihi Illustrissimi domini Ducis de Hatri hic agens, quod accepisset litteras, quibus illi responsum est, ad eas, quas cum Pantaleone hinc dederat, et quod Pantaleon incolumis Neapolim venisset, unde non mediocri gaudio affectus sum, cum quod illi reditum, ad dominum collegam meum, et sospitatem faveo, tum etiam, quod Maiestas vestra Serenissima,

ex hoc longo volumine, quod cum illo scripsi, multa de negotio Bareum, et viceRegis molimimibus intelliget, dudum enim conatus illius percepi, de quibus tamen hucusque nihil certi scire potui, cum neque Caesar neque magnus Cancellarius, aut quisque alius ex consilio, ea de re aperte quicquam meminit, omnes obscure loquuntur, ab Aulicis multa tamen clare dicuntur, immo nuper mihi dixit unus, qui ex Italia vidisset litteras, ad viceRegem, quarum suprascriptio, illum Ducem Bareum vocabat; quodcunque id est, quod sub his tricis, adhuc latet, ut scripsi brevi experiar, sed huius rei exitum sic omnino suspicor non sumus habituri, donec cum Gallis, et fortassis cum Italia omnia componantur, inde consilium in rem suam, et partes adversa Caesar capiet, expeditionemque istarum rerum daturus est, scit apprime moras nectere, ac procrastinare, et obaudire, si quid durius, aut vehementius illi dicatur, plerumque ego veritus sum, ne aegrius importunitatem meam, et ea quae per illam dicta sunt ferret, sed toties impulsus obcalluit, et permittit sibi dici, ac exprobrari quodammodo, ipse tamen in sententia, quam concepit perseverat, iam fere duo praeteriere menses quo responsum de Castro Bareum quottidie efflagito, et nihil aliud quam cras, et brevi, pro responso obtinui hactenus. quod igitur M.ti v. S.mae scribendum duxi, ne mihi quicque de his moris, quae hic fiunt impingi possit, cum hic nihil aliud cupiam quam absolvi, et esse quantotius cum M.te v. S.ma, Cui me iterum, atque iterum suppliciter commendo. Datum ut supra in litteris.

Fertur mihi dum hanc cartam insero, aliud novum, quod faustum sit, et faelix, diuque duraturum, pacem iam omnimode conclusam, quae hactenus inter Caesarem, et Regem Galliae, variis mediis et conditionibus tractata est, et per Franciae perlamentum, sufficientibus mandatis, firmata, qualiscunque per Regis consensum conficeretur, postquam haec quae novum hoc allatum est, venantem Caesarem, ac ad sororem properantem, subito consequitur. Conditiones vero pacis, preter eas, quas descripsi, recenti hac

in prima fama ea feruntur. Burgundia preter 3 comitatus debet restitui, matrimonium per verba de presenti cum Leonora firmari. Duo Regis filii, Delphinus, et Dux de Orliens, cum Duce Albaniae, et Lotoringiae, in obsides dari, pro quibus excipiendis Comestabilis Castiliae, et dux de Alua, usque ad oppidum victoriam sunt deputati, decem centena millia ducatorum, de quibus duocentena millia, pro dote, quitantur seu dimittuntur, Caesari a Gallis debent solvi. Rex Galliae, post obsidum adventum, dimitti pro conditionum exequutione, cum Burgundia fuerit restituta, pecuniae persoluta, ac pro sponsa missum, obsides rursus cum illa redibunt in Franciam, pace, ut speratur perpetua permanente. Haec ex tempore tumultuario calamo conscripta M^tas v. S.^ma ad presens clementer suscipiat, paulo post, omnia verius, et habundius habitura.

Carolus Quintus Caesar Christianus Sigismundo primo Regi Poloniae.

Carolus etc. Ser^mi Princeps, frater char^me. Postquam divino nutu, ad Regiae dignitatis apicem vecti sumus, nihil aeque nobis cordi fuit, quam pacem et unionem, inter Christianos principes componere, armaque nostra in sempiternos Christianae fidei hostes convertere, ut Christiana resp: quae intestinis bellorum tumultibus prostrata iacebat, erigeretur, et quantum per nos fieri posset propagaretur, satisque evidens huius animi nostri inditium, dedisse arbitramur, dum pacem C iniquis quidem conditionibus I in ipso Regni nostri initio, cum christianissimo Gallorum Rege inivimus, arctissimumque foedus, cum eo percussimus, et licet inde tot cedes,

tot strages, tot demumque calamitates, non sine magno animi nostri do-
lore Christiana Respub perpessa sit. Placuit tandem Deo opt: Max:
(qui quum in Caelis habitet mero providentiae suae ordine terrena mo-
deratur) nobis tantam tamque insignem, ab ipso Gallorum Rege Chri-
stianissimo victoriam apud Ticinum concedere, cui similem, nec
prisca unquam saecula viderunt, qua universis Christianae Reip: mise-
riis, perpetuum finem imponere liceret, eaque victoria per nos ade-
pta, licet facillimum nobis fuisset, in Galliam sine Rege, ac Duci-
bus orbatam, omnique milite omnino exhaustam, cum invicto exer-
citu nostro, maiora semper moliri conante, aliisque copiis irrumpere,
et non solum ea, quae per Gallorum Reges, a nostris praedecessori-
bus fuerant occupata recuperare, sed damna etiam inde sequuta
ex ipsius Gallorum Regis dominiis resarcire, maluimus tamen Chri-
stianae Reip: saluti consulere, quam humanam laudem et gloriam
nobis vindicare, ditionemque nostram quovis modo propagare, ea que
mente ac animo ipsius Gallorum Regis liberationem, pacemque cum
eo tractare, ac componere decrevimus, quod licet (non sine ma-
gna animi nostri molestia) tamdiu fuerit procrastinatum, Tandem
Deo opt: Max: huiusmodi conatibus nostris, tamque sibi ipsi, eiusque chri-
stiano populo dicatis, sua gratuita benignitate favente pacem, ami-
citiam, veramque concordiam, cum ipso Christia.mo Gallorum Rege,
inivimus, arctissimumque foedus cum eo percussimus, ac in eo S.tem vram
comprehensam voluimus. In quo cum neque S.tas sua pro eius aequitate
Ducatus nostri Burgundiae, aliarumque rerum quae nobis iure pertine-
re dignoscuntur restitutionem denegare noluit, nec nos illi pro
nra liberalitate amicitiam et affinitatem meam abnegavimus,
immo quo haec arctiori necessitudinis vinculo, stabiliri possent.
Ser.mam dominam Leonoram sororem meam char.mam, illi matrimo-
nio copulandam promisimus, et nihil a nobis praetermissum extitit
horum quae ad veram amicitiam et mutuum amorem, praeterea com-
modum, vel otium subditorum meorum, ac universae reipub: Christianae
oportuna censuimus, quod S.tem vram latere noluimus, ut tamque

in ipso fœdere comprehensa, vna nobiscum eam animi voluptatem accipiat, quam pro suo in Christianam remp: animo merito habituram nobis pollicemur, cum nihil amplius sit, quod dubitare debeamus, Christiani nominis hostes ditionem nram tentaturos, immo collectis tandem Christianorum viribus, maiorum nostrorum exemplo ipsos expugnare, et (si Deus concesserit) in ouile Christi redigere, pro virili erit nitendum, ad idque S.tem vram etiam atque etiam hortamur, quam fœliciter Regnare cupimus. Datf.

Joannes Dantiscus orator
Sigismundo primo regi Polo^e^.

SEr.ma M.tas Regia, et domine domine clemen.mi
Post humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Scripsi nouissimas M.ti v. S.mæ, decima Januarii præteriti, quarum his duplicatas, si forsan non sunt redditæ adiunxi, ex quibus per ordinem omnia, quæ in negotio Barensi ac aliis in rebus acta sunt, habunde intellexit, Addidi præterea, exemplum litterarum, quas ad Mag.cum dominum Ludouicum Aliphiü, hinc xxiiij prædicti Mensis scripsi, vnde etiam de his, quæ cum Cæsare, et magno Canc.rio in re Barensi egi, certior fiet, quæ interea se obtulerunt, per modum ephimeridum sic habent

Cum pax inter Cæsarem, et Regem chri.mum, xiiij Januarii, in Madrillis, ab omni parte esset conclusa, vt ex articulis eiusdem videbitur, Suborta fuit iterum inter Magnum Canc.rium, et vice-Regem, quædam grauis dissensio, ratione veritatis, quam bonus iste Senex, quantum potest libenter tuetur. Cæsaremque ad eam amplectendam, ducit ac impellit, sed dum vidit se nihil pro:

ficere, et aduersariis suis plus fidei, quam sibi adhiberi, rursus in priorem suam sententiam, de qua prius, x. Septembris scripsi incidit, et bonis modis a Caesare, ut cum gratia dimitteretur rogauit, se iam postremo senio confectum, domique res suas, et amicorum indispositas habere, laboresque aulicos pertesus, et in his fessus amplius se ferre non posse, plusque in Italia se in rebus suae M.tis, quam in Curia commodum ac utilem futurum. haec fuerunt verba, ut ipse mihi Cancellarius retulit, quibus abitionem suam postulauit, sed Caesar haec in deliberationem accepit, effecitque quod usque ad Hispalim, adhuc proficisci debeat, illic ea de re consilium cum eo habiturus, unde cum sic Cancellarium turbatum cognoui, nolui illi esse importunior, ipse nihilominus mihi consuluit, ut apud Caesarem instarem, et sollicitarem sedulo, quod a me non fuit omissum, sed nihil aliud obtinere potui, quam hoc corui carmen cras cras.

Interea exitus versus Madrill hinc a Caesare parabatur, ut illic cum Rege Chr.mo conueniret, illumque et alia omnia, quae in confecta pace agenda restabant, absolueret, et inde recta, versus Neapolim contenderet, quod ubi compertum habui, velis, et remis incubui. non veritus etiam, ut in agendo, taedulus Caesari fierem, omnibusque modis, et blandis, et durioribus verbis, promissum toties responsum postulaui / hoc cum in cassum aliquoties cessisset, tandem adegi eum, quod mihi pollicebatur se in consilio statum (consultam hoc vocant) quod post prandium haberi debuit, negocii Barensis mentionem facturum, operamque se ut absolueretur daturum. Rogaui summopere, ut sic fieret, et subinde me ad Cancellarium rursus contuli, illique Caesaris hoc responsum exposui, orabamque ut cum res haec tractaretur, beniuolentiam suam, quam ad negotia M.tis v. S.ma habet semper, illic etiam impartiret, quod se facturum promisit ut illius verbis utar, quantum esset possibile.

Consulta haec habita fuit, usque ad quartam horam noctis. mane. cum primum oportunum videbatur, iterum conueni Cancellarium, sed ille tum litteris legendis ex Italia occupatus, rogauit, ut eum

eo essem in prandio, quo facto liberius meum possit conferre, vnde eum in conclaue, cum eo diuertissem, consedimus, ille vt solet subrisit. heri inquit, longam consultam habuimus, ex qua, multis rebus infectis, et vra etiam discessimus. habemus vnum diabolum (vice Regem significando) qui non solum vestras, verum etiam ipsius Caesaris omniumque statum Italiae res turbat, et quamdiu ille presens est, nulla in re quicquam boni fieri potest, quapropter ego suadeo, ne in hoc exitu Caesarem, in negotiis vestris molestetis amplius, sed vsque ad Hispalim differatis, vbi omnia commodius expediri possunt. iste enim Demon Lucifer, qui se vult aequare altissimo, cum Rege Galliae discedit, forte absente illo, omnia melius dirigentur, egoque id faciam, quod mihi est possibile, Dixit etiam inter alia, quod omnes consiliarii in prima sententia persisterent, Caesarem non debere hoc mutare, quod semel decreuit, sed permittere Mti v. S.mae quod castro Barium Castellanum praeficiat, quemadmodum in litteris remotionis Sequestri, fuit expressum. Multaque alia mihi retulit, quae in exemplo litterarum mearum, ad dominum Ludouicum Aliphium videbuntur. Inde Mtas v. S.ma cognoscet, quo viceRex Caesarem ducebat, et quid ille, si potuisset honesto modo, in mente habuit, quae certe nemo, quam Cancellarius hactenus impediuit.

Dixit mihi eodem tempore etiam Cancellarius, quam de re, licentiam vt vocant a Caesare domum eundi, a Curia petiuisset, quod omnia videret sine ordine, et peruerse dirigi, ac saniora consilia sperni, peruersaque multa tractari, quod rebus Caesaris, nequaquam bene cedere posset, Seruitiorumque, et fidei suae rationem nullam haberi, implicatumque se esse multis debitis, ex quibus sub his expensis, quas in Curia facere cogitur, difficulter se explicare posset. nihilominus se adhuc esse a Caesare inductum, vt ad Hispalim proficisceretur, quod negare non potuisset, Si tamen illic etiam hunc transuersum agendi ordinem non immutari cognosceret, vlterius nequaquam se in Curia mansurum. Cum ego interrogarem, quando Caesar hinc certo abire deberet. Nam per decem fere dies, illius exitus in crastinum semper ducebatur. ille mihi Sa:

lomonis hoc respondit. Tria esse investigabilia, et quartu quod penitus ignoraret. Viam volantis Aquilæ in aere, viam navis in mari, viam serpentis super petram, et viam Iuvenis in adolescentia sua, quod ultimu cu accentu, et affectu quodam pronunciavit, subestq aliquid. Cum, quid de pace hac conclusa sentiret, quærerem, Ego inqt, postq omnes desperabant, ego solus bene speravi, nunc, cum omnes bene sperant, ego despero, videbit inq Cæsar, in istaru reru fine, quis illi fidelius consuluit, utinam sim vanus vates. Hæc et multa alia, quæ longu esset recensere, inter nos habita sunt, et conclusu Cæsarem in exitu, me alloqui magis non debere, illumq usq ad Hispalim sequi.

Ex his Mtas v. S.ma, quomodo hucusq omnia habentur liquido cognoscit. accingo me igitur ad hoc iter, et cogor me denuo cum equis iteru instruere, novosq sumptus facere, cum hic omnia in exitu quæ viam spectant preciosiora sunt, quam antea fuerunt, vix 50 Ducatis me expediam, quo fit, ut prius in novissimis scripsi, q usq ad mediu Aprilis, cum pecuniis mihi a domino Ludovico Aliphio missis, trecentis vicz ducatis, me sustinere non potero. quapropter ad hanc viam in omnem eventu, a Welzeris, datis litteris cambii, ad dominu Nicolau Antoniu Carminianu, quem dominus Lud. Thesaurariu status Bareu reliquit, alios iteru trecentos Ducatos accepi. Multæ hic profecto pecuniæ expenduntur, quibus in stuporem aliquando vertor, et timeo, ne mihi suspitionem aliqua fidei meæ non convenientem, et inde indignationem, pro gracia, quam a Mte vra S.ma spero pariant. fretus tamen fide, et innocentia mea, prudentia item incomparabili Mtis v. S.ma, quæ cum calculu meu aliquando videbit, non aliud de me, quam quod fideli subdito, et servo convenit experietur. Cum istis 300 Ducatis, usq ad Iuniu futuru me sustinebo. aliter enim hic, et necessitate, et honore Mtis v. S.mæ exigente, pro Oratore sustinere me non possu.

Iam fere sextus Mensis agitur, q neq post illas, quas x Septemb:

cum Pantaleone, neq; post alias meas in Nouembre et Januario, ad Mtem v. S.mam datas, responsu aliquod accepi. habeo igitur certam fiduciam, q breui Mtis v. S.mae litteras sum habiturus, quae mihi laetu reditus mei nuntiu sint allaturae, priusq; isti hic aestus excandescent, quos non paru metuo, non oblitus, quid superiori aestate sum perpessus. quandoquidem causam non video, propter quam Mtas v. S.ma amplius hic meou tantas expensas facere debeat. Negotiu de castro Baren, iam prope finem est, quod credo in Hispali perficietur. q si Caesar castrum hoc, ex instituto in Regno obseruato, vel ob quoscunq; alios respectus, retinere seu occupare voluerit, quod tamen mihi non persuadeo, necessario sequi oportet, q etiam impendat quo conseruetur | hoc ex vsu et re illi esse nequit. quocirca spem de recuperatione, non leuem concipio, quae cum facta, et ea quae hunc statu spectant certo ordine firmata fuerint, superuacanea hic mora mea vlterior esset. quae Mtas v. S.ma, et alia quae adhuc expedire videbuntur, pro summa sua sapientia bene perpendet. Ego me ex mandatis Mtis v. S.mae, ne latum quidem vnguem mouebo. quicquid Mtas v. S.ma de me statuerit, modo illi cum gracia seruire possim perferam libenter.

Caesar hinc xii istius versus Madrill soluit, tota curia hic relicta, et cum Rege Chrianmo, inter quintam, et sextam horam vesperi cum multis ceremoniis conuenit. Rex illi, vsq; extra portam oppidi iuit obuiam, quem cum Caesar supra Mulam tardius progredientem vidisset, ipse equo vectus, alacri cursu ad eu contendit, et vt ferunt humanissime excepit, adegitq; illu, vt hospitem in Hispania, et futuru Sororiu, q dextru inter eundu latus acciperet, dinq; reluctantem hoc modo in castru illic comitatus est, multis officiis amore ac beniuolentia plenis, erga eu vsus, non sine spectatoru summa admiratione. fuerunt ibidem vna per tres dies, genio, vt haec tempora exposcebant, et familiaribus colloquiis indulgen. Caesar neminem Oratoru, vt Regem compellarent

hinc secum proficisci permisit, licet hoc omnes postulassemus, cur hoc factum sit, varii multipharīam interpretantur. Ego certe Regem libenter conuenissem, tum ut illi de hac confecta pace, nomine M.tis vrae S.mae fuissem congratulatus, tum etiam, ut illi mandata nouissima, de castro et Statu Baren M.tis vrae S.mae exponere potuissem, ut pote. Si ei expedire visum fuisset, pro mutua cum M.te vra S.ma coniunctione, Caesarem alloqueretur, ac intercederet, quo castrū Barenū, quod a statu illo, iure auelli nequit, rursus in potestatem M.tis v. S.mae perueniret. Sed cum illac, nemo de Oratoribus fuerat admissus, et ego me continui. Nihilominus, vnū de meis Nobilem Fabianū Woyanowski, famulū R.mi domini Cracouien, iuuenem satis industriū, ad illū conuentū misi, dediq3 ei litteras, ad D.o: Stam Lasski, fratrem Mag.ci Palatini Siradien, quem apud Regem, cum Oratorem isthic ageret reliquerat, ut per mediū illius, id quod mihi M.tas v. S.ma iniunxerat, in notitiam Regis perueniret, sed sors aliter vertit. Nam domina Dux, de Alenzon soror Regis, cum ex Hispania discederet illum secum, cum quibusdam aliis Nobilibus, in Galliam abduxerat, vnde ob acrem, et oculatam custodiā, quae de Rege, et eius comitibus habebatur, ea in re Nuntius meus nihil efficere potuit, et sic vno equo iterū destructo, quem ex Neapoli huc usq3 foui rediit, et omnes ceremonias, illic habitas mihi retulit, quas, cum sint rarae, et vix multis seculis eueniunt, presertim inter duos tantos principes, annotare non superuacaneū censui

Post tres dies ut scripsi, cum simul in Madrillis fuissent, dispositū erat, ad Regis ut fertur postulata, q Regina Leonora, ad Ilescas opidū, ab hinc sex miliaria nra diuerteret, magno videndi Regem desiderio flagrans, quod de Rege, ut eam videret, etiā creditū est. qua de re xvi istius, ex Madrillis soluerunt, et 4 miliaria progressi, in Torison oppidū diuerterunt, illic in vna pariter domo, hospitio suscepti, dulci familiaritate, et consuetudi:

re iuncti pernoctarunt. Sequenti die Ilescas cum prioribus ce:
remoniis, Rege ad dextrum latus obequitante, intrarunt, et pau:
lopost, domum simul, vbi Regina diuersabatur accesserunt, quae
cum puellis suis, et mundo muliebri, descensis gradibus, vsq; ad por:
tam domus illis iuit obuiam, exceptiq; vtrinq; per oscula, vt in Gal:
lia vsu receptum est, in Aulam ad id peripetasmatis exornatam
deuenerunt, consessum est illic, erant ibi de primoribus heroinis ista:
rum regionum plurimae, inter quas, fuit Regina Germana, reli:
cta vidua olim Nepotis, M.tis V. S.mae, Marchionis Joannis Bran:
denburgen., et Comitis de Nassan coniunx, Marchesa de Zenete,
dici nequit, quam alacrem, et hilarem se Rex vultu omnibus
ostenderit, perinde, atq; in Gallia in consuetis suis Simposiis visus
est saepius, ipse ibi blandiri, iocari omnes, et precipue Reginam
ambire, alloqui, choreas ducere, omnibus demiq; placere sata:
gebat, adeo, vt cunctis, qui prius eum norint, admirationi fuerit.
Transactis sic tribus, et vltra horis, postq; vale dictum fuit. Caesar
cum Rege, per duo miliaria, rursus ad Torison retrocesserunt,
et ea nocte nocte, multa feruntur mutuo contulisse, et licet vt
scripsi Reginae vale iam dictum fuerat, nihilominus mane facto
iterum ad eam concesserunt, et vt prius plures horas mutuis col:
loquiis ac tripudiis absumpserunt. Inde item valedictione fa:
cta, ad Torison sunt reuersi, et postero Die, qui fuit xix huius
cum laute simul epulati fuissent, et quam familiarissime, satis lon:
go tempore, inter se de plurimis contulissent, classicum ad abitio:
nem insonuit, vnde iterum conscensis equis. Caesar Regi vltimum
vale dicere statuit, quod eo in loco Rex recusauit, per longius il:
lum prosequutus spatium, et tandem quasi ab eo inuitus auelleretur,
per mutuos amplexus, fuit discessum. Caesar recta versus Hispalim
et Rex cum ViceRege, ad Burgos obsides illic expectaturus
rus. Iste est, istius congressus finis, vtinam ex eo orbi chri.no haec
quae sperantur commoda eueniant, sed adhuc haec messis in herba est.

Regina Leonora huc rursus concessit, præstolariq; hic debebit,
donec omnia, quæ in pace tractata sunt perficiantur. Timeo, ne
bona ista Princeps, diutius quam velit expectet. Multum est muta-
ta ab illa, qualem ego eam, ante annos decem, apud divum olim Ma-
ximilianum Cæsarem, in Brabancia Brusellis videram, plurimum
formæ, et decori, per tam breue spatium est derogatum, pinguis non
parum facta, vultu crassiore, postulis rubris, ad elephantiam fe-
re declinantibus infecto. Certe minimum, aut nihil pictura, quam
Mtas v. S.ma habet, ad presens respondet. Agit hic, non omni-
mode de fratre contenta, qui discedens cum ipse egeret, illi etiam
non habunde prouidit. quapropter hic illius offitiales, Sicophan-
tias, seu, vt hic vocant finantias, pro conquisitione pecuniarum,
struunt, idq; quod anno futuro, de dote sua, ex Portugalia habere de-
beret, fœneratoribus, non parua summa relicta accipere cogi-
tur, et pro hoc tempore impendere. Cum hoc fit Sorori, facilis
est coniectura, quid cum Aulicis fiat, quorum hic adhuc magna
pars est, qui a creditoribus nondum sunt absoluti.

Dux Borbonem etiam hinc xvi istius versus Cæsar Augustam cessit,
eius Comites, ne de ipso dicam, æstiue in Italiam viaticati, quod
vnq; huc venerint imprecantes discesserunt. Intelligo tamen eum,
ante consumptum Cæsaris matrimonium, mari se non crediturum, hinc
vlteriorem, vt alii omnes, prouisionem expectabit. quocirca Cæ-
sar in hoc itinere parum cunctabitur, vt ante Hispalim, sponsam su-
am cum tam ampla, vt prius scripsi dote conueniat, postq; hymen-
neum, cum illa, magna pompa, quemadmodum hic passim fertur,
Hispalim ingrediatur, vbi non diu est immoraturus, inde Corduba
Granatam Valentiam, et tandem Barzalonam concessurus, et
habita classe Regis Galliæ, vt in articulis pacis est conclusum,
versus Neapolim, quod pro festo Joannis xxv. Junii fertur futu-
rum, et inde pro coronatione Romam iturus. longa hæc erit pe-
regrinatio, et in æstibus non parum tædiosa. quod si interim Mtas

Mtas v. S.ma me reuocare dignabitur, nihil mihi fieri potest com:
modius, et gratius. Si etiam aliter visum fuerit, omnia mihi pro
Mte vra S.ma, non grauate sunt perferenda. fiat voluntas domini.

Magnus Cancellarius xvii istius, huic soluit, iterum podagra, quam
hic guttam vocant correptus, cum vltra solitu morem, cum Duce
Borbonen cui bene vult summopere, cænasset. In lectica itaqz
versus Hispalim, defertur. ipse Dux Cæsarem in Italiam præcedet.
Statu Mediolani, vt constans fama est habiturus, vtqz franciscus
bonis modis ex castro protrahatur, fertur q Cæsar, ex eo, per me:
diu Pontificis Ro: Cardinalem facere intendat, quæ vita illi me:
lius competet, cum alias ignauiæ ventri, et luxui deditus perhi:
beatur. Maualtqz confessor, quam Martir mori &c.

Rex Franciæ, postqz obsides, vt in ar.lis pacis continetur, in Hi:
spaniam venerint x Die futuri Marcii postlimimio in Galliam re:
uertetur, vt ea, quæ pro pacis conseruatione hic tractata sunt
exequatur. Et ne quicqz de his tractatibus Mtem v. S.mam la:
teat, impendi omnem operam, qua articulos confectos, et Galli:
ce summatim descriptos obtinui, quos vtcunqz latine versos, his an:
nexis, Mti vræ S.mæ, cum meis scholiis mitto. ex quibus omnia
hic conclusa cognoscet. qui Regem Galliæ melius norunt quam e:
go, dicunt illum, licet libere plærunqz loquatur, profundissimi
esse cordis, et in eo multas habere latebras, mirisqz modis omnia
dissimulare posse, perinde atqz non dissimularet, vnde licet, vt
fertur Cæsar totus in eum confidat, neqz sibi permittit, quicqz
illi contra dici. nihilominus hic suspitio non leuis, et ingens du:
biu, donec 47 isti articuli perficiantur, apud plurimos mane:
bit. Non obstante etiam, q Cæsar illi vellus aureu reddiderit
quod in principio belli ei Rex remiserat. Deus tamen, qui corda
Regu in manu sua habet, omnia in meliorem p finem, quam cre:
ditur dirigere potest.

Ex hac pace, si durabit, neminem reor maius commodu, et e:
molumentu, quam Luciperwillu, vt Cancel.rii verbis vtar, vi:

cerregem habiturum, quem vt Cæsar contentum redderet, cum for=
tassis illi de statu Barem, satisfacere non potuit, dedit ei in Regno
Neapolitano, de quibuscunq; prouentibus ipse voluerit, supra id quod
prius ratione offitii habet, sedecim mille ducatos annos. fuitq; mihi
dictum, ꝙ huiusmodi summa ei tamdiu dedisset, donec de Statu Ba=
rem M.ti v. S.ma, per aliam recompensam satisfieret. hoc cum Can=
cellario retulissem, hanc inquit conditionem, a Cæsare, non audiui,
sed bene verum est, ꝙ sedecim millium Ducatorum meminit se illi tantum an=
nuatim dedisse, sine tamen ista interiectione. Dixit item mihi eo tem=
pore Cancellarius, ꝙ Cæsar ab eo quæsiuisset. Si non possent inueniri mo=
di, quibus M.tas v. S.ma contenta redderetur, de Statu Barem,
ad quod se respondisse, vt prius, quemadmodum in exemplo litterarum
mearum ad D. Ludouicum habetur. Datus est etiam a Cæsare vice=
regi, Comitatus de Ast in Subandia, ex quo prope, decem et octo
mille Ducatos annuos percipere poterit, in Germania insuper inferi=
ore, etiam illi non parum datum est, sic, ꝙ in summa, ex hoc bello
et pace, a Cæsare, plusq̃ quadraginta millia Ducatorum, de annu=
is prouentibus acceperit. quid adhuc a Rege Galliæ est habitu=
rus, dicebatur hic vt scripsi in nouissimis, ꝙ Rex illi, ducentena
millia scutorum promiserit, cum quo nunc in Galliam proficiscitur
et sine magno munere, cum istius liberationis auspex fuerit, ab
eo non dimittetur. Sic mutat fortuna vices, quem tollit in altum
deprimit, et quem nunc presserat, inde leuat. sed vt p̄hi dicunt
Nullum violentum perpetuum, quod cito fit, citto perit.

Legatus Pontificꝭ Cardinalis Saluiatꝭ, qui vt Regem videret,
non parum apud Cæsarem institit, vnde ad illum in Madrillis, per
breue temporꝭ spatium, sed non sine arbitrꝭ fuit admissus. vena=
tur hic, cruce, facultatibus, ac indulgentiis suis non pauca, quæ
tamen Statum eius, vt reor sustinere non possunt, et cum interdum
caccultat, vt eius generꝭ est, etiam in Hispalim lectica produci=
tur, fortassis nuptiis, seu copulæ Cæsarꝭ intererit. Nos alii ora=
tores recta ad Hispalim præmittimꝰ. Credo ꝙ istæ Nuptiæ, parua

impensa celebrabuntur, quare ad eas pauci etiam vocabuntur. Hic adhuc ea, et maiore penuria, quam ante laboratur. quo fit, quod in istis futuris ardoribus, per haec Regna Gaditana, ut scripsi, pecuniae omnibus modis quaerentur. Nam in eis Caesar, nunquam fuit prius, quod si pro futura aestate, in Italiam traiicere volet, sine nervo illic, nequaquam poterit esse integrum. Audivi magnum Cancellarium dicentem, astantibus quamplurimis, quod si Caesar hoc anno Italiam non attigerit, postea frustra conari, hoc ego etiam, quantum meo iuditio assequi possum, rebus sic stantibus, certo credo futurum, quare dexre, donec ferrum candet exercebunt, et in usus suos vertent, quod si refrixerit validi incudibus ictus, et brachia multa vi, in numerum extensa, non proderunt. In hoc itaque ad presens incumbunt. missae sunt ad omnes ut suspicor Reges, et principes, presertim in Germaniam litterae, quibus ista profectio denunciatur, et ab eis solita suppetiae postulantur. Voluitque hinc Caesar Comitem de Nassan, ad electores imperii, et ad nescio quos alios mittere, sed ille se omnibus quibus potuit rationibus, ab hoc itinere redemit. Nam alias in Germania, non apud omnes bene audit. Siquidem hinc abiisset Caesar hic solus fuisset relictus. Dominus maior Domus, maior gubernator Bresse, hodie hinc iuit, ut Burgundiae possessionem capiat. Dominus Beulrein de Rois, iuit in Flandriam, non omnimode contentus. is enim Duci Borbonium sororem Caesaris promiserat. Vice Rex in Galliam proficiscitur. Cancellarius etiam ut scripsi, Italiam petere statuerat, quo factum est, quod dominus Comes de Nassan hic remansit, non invitus certe, nunc apud illum erit rerum arbitrium.

Scriptae etiam hinc sunt a Caesare, ad Mtem v. S.mam litterae, quarum cum presentibus exemplum mitto, significaturque Mti v. S.mae pacem et foedera haec esse confecta, eamque in illa, cum reliquis Regibus et principibus inclusam. has ego litteras, cum de statu Barum, nihil se continebant, de quo rogaveram ut Mti vrae S.mae responderetur, ad me accipere nolui. Nam hoc negotium de quo scribitur ego hic non procurabam. Missae sunt igitur ad dominum Archiducem

in ea forma, quemadmodum alijs Regibus, et Principibus, in hac pace, et fœdere comprehensis conscriptum est, gloriosæ tamen sunt, ut videbitur, huicque nationi, cuius illarum fuit auctor respondent, quandoquidem hic aliter sentimus

Iam per alias digressiones vice Regem hunc relinqueram. Ne tamen de his quæ per me hic sciri possunt, Item v. S.mam, cum de omnibus vult habere scientiam quicque prætereat, iterum Luciperum illum conueniam, de quo intellexi, effecisse eum, quod Gran metter, seu maior domus maior, ad Burgundiæ possessionem capiendam sit missus. Nam illi cum Cancellario bene conuenit, egisseque cum tantum apud Cesarem, quod offitium hoc domus ei dederit, et ipse aliud offitium stabuli, quod interim quo vice Rex fuit nunque dimisit, Comiti de Hegmunth ex Annonia, quem ille in graciam Cesaris promouit, resignauit, idque sub hoc prætextu fecerit, cum hic passim dicatur Regem Galliæ fidem non obseruaturum, quod ipse igitur in Curia Cesaris vult esse, concordiamque hanc et amicitiam, inter Cesarem, et Regem, cuius ille cor in manibus habere gloriatur, firmiorem in dies, et perpetuam facere, contra omnium opinionem, qui aliter senciunt, et hoc contra Cancellarium. Hinc illæ lachrimæ, quod hoc itinere cum Regem in Blais perduxerit, recta Neapolim contendet, illicque ex mandato Cesaris, alium Vice Regem, quem sibi expedire cognoscet constituet, et inde ad offitium hoc domus, ad Cesarem reuertetur. hæc est illorum sententia, qui cum eo versantur. Aliud tamen ab alijs dicitur ipsum vicerex in Regno Neapolitano plurimos habere, quos sibi non abs re hostes fecerit, ab illis timere exitium, quod illum certo, si diutius ibi ageret maneret, proinde consulens saluti suæ, hoc commentum sub specie fidei Cesari proposuisse, cui bonus iste Iuuenis, qui hodie 26 ætatis annum exegit credens, omnia illum agere permittit. ego tamen etiam non parum in causa fuisse arbitror, quod igitur amplius Vicerex esse nolit, cum videt se statum Barem, in quo satis tutus fuisset, obtinere non posse Nam in eum totam suam fidutiam locauerat. Mauultque esse hic

vbi Viceregibus, et omnibus imperare potest. Sed hoc vnum Lucani me consolatur. Magni breuis est fortuna fauoris, presertim, cum animus istius Principis, paulo momento, huc vel illuc impellitur, quod per non vnam iam Methamorphosim hic sum expertus.

Venit huc nuper in Postis a domino Archiduce Salamanca thesaurarius, qui fertur futurae Imperatrici torquem viginti millium Ducatorum valoris attulisse. quid iste egerit. Nam in itinere a Caesare est expeditus, adhuc scire non possum. cum tempore tamen, sit etiam quantumuis latens, expiscabor aliquid. fuit huc scriptum, quod Mtas v. S.ma cum Nepote suo S.mo Hungariae Rege in Morauia pro Januario praeterito conuenire debuerat, et postea ea de re, nihil est innouatum hic, et ne verbum quidem amplius.

Conuenit me nuper apud magnum Cancellarium dominus Vilhelmus de Rogendorff, cumquo mihi adhuc in Aula Caesaris Maximiliani, praeclaris.mae memoriae antiqua fuit consuetudo. Hic, in Curia peditum Germanorum, et aliorum qui hactenus circa Perpinianum in finibus Cataloniae excubias seruarunt. Capitaneus est, et non paruae apud Caesarem, Comitem de Nassau, et Dominum Cancellarium auctoritatis, vir certe, inter istas nationes, pro Germano, sagax, et industrius, ille mecum ab ouo exorsus, quod semper rebus Mtis v S.mae libenter inseruiuisset, repetens id quo modo me Caesar Max: vna cum eo, ad eorum: pendam Annam, quae tunc Leonoram dirigebat, vt eius animum Mti v. S.mae afficeret misisset, et ego mille Ducatos, quos Caesar mihi dare voluit Annae promisissem, vt matrimonium hoc conficeret. etc. quod eo et ab eo tempore libenter Mti v. S.mae seruiuisset, et ad presens etiam istius esset animi, vbi illi commodo, et honori esse posset, longa istiusmodi pro sua facundia vsus praefatione, qua de re, cum intellexisset matrimonium, quod Mti v. S.mae propositum fuisse sciret, inter Marchionem Mantuanum, et primogenitam Mtis vrae non successisse, aliud se honestius, et commodius scire, cumque ad haec verba peruenisset, vocatus fui a Cancellario, ille se alio tempore, ad me venturum pollicebatur, dicens, si in his quidque conficeretur, quod etiam operae meae

digna ratio haberi deberet. Cumq illa agerentur in exitu Caesaris ad me non peruenit amplius, oblitus forsan, vel credo potius de industria omisit, vale tamen per alios, sine aliqua adiectione, mihi denunciauit. Vnde suspicor nihil aliud, quam de Duce Borbonen. fuisse hoc negotium, apud quem semper esse solebat, desperat forsan, propter coniunctionem Mtis v. S.mae cum Rege Chri.mo, id non posse confici, quod etiam quemadmodum alia leuiora, in notitiam Mtis vrae S.mae perducendum existimaui.

Et ne quicquam intactum relinquam, semper noua hic habentur vaticinia, quibus a plerisque creditur. Est hic quidam Epus Nicen. de quo prius aliquoties scripsi, is se ex cuiusdam Monialis praedictione, Summum Pont: Ro: futurum sommiat, captiuitatem Regis Franciae reuera, quae, vt hodie, anno praeterito fuit et plura alia, quae euenerunt praedixit. De eo item, nouum habet vaticinium, quod passim coram omnibus, sub his verbis profert. Surget Rex, fretus ingenio, multa promittet, pauca seruabit, plurima exiget, et caetera, hoc res. quid sibi velit, nulli vult declarare, vidit etiam, cum ista coram Cancellario diceret litteras Venetorum ad Caesarem, quarum suprascriptio fuit, S.mo, et excellen.mo Principi res. cum toto titulo, et in fine sine aliqua adiectione, fuit vltimum Archiduci Austriae res. ad haec ille, breui scribent. Domino nrō clemen.mo quid ex his erit futurum experientia docebit.

Vtque per modum Epilogi, rerum mihi commissarum adhuc reminiscar. Sum constans in ea, qua prius opinione, quam aliquoties descripsi, quod de Statu Baren. et praesertim quod castrum spectat, omnimodam absolutionem, et certitudinem, Mtas v. S.ma non est habitura, quousque cum Gallis omnia perficiantur, inde fabricato consilio, Caesar responsum suum, propter quod a me toties est impulsus, dabit, et cuius sit sententiae, ac mentis erga Mtem v. S.mae se planius declarabit, quod spero breui futurum.

Alia hoc tempore, digna scientia Mtis v. S.mae, se non offerunt, ex Hispali. Deo bene fauente. quo modo Nuptiae istae transactae sunt, et

de omnibus aliis, quae interim euenient, scribam quam copiosissime. Commendo me, et causam sororis meae, quam R.mus dominus meus Crac. exponet, suppliciter M.ti v. S.mae. quam Deus opt. Max. per omnem faelicitatem, ac dierum longitudinem, quam diutiss.me augeat, conseruet, atque tueatur, meque hic mori non permittat, priusque illius manus, more Hispano humillime coram exosculer. Datum Toleti, supra Tagum, in die sancti Mathie apostoli XXV Februarii. Anno Natiuitatis Seruatoris nostri M D XXVI°

Joannes Dantiscus orator
Petro Tomiczki Ep̄o Cracc.
Regni Polo.e vicecancell.o.

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me. Humillimam commendationem. Respondi nuper litteris D. v. Rmae Cracouiae XII Septembris datis, in quibus mihi Tragaediam omnem Gdani actam plebisque ibidem insolentiam descripsit, et quo modo Nuntios suos, cum eorum Antesignano Georgio Zimerman, vt facinora sua assererent et tuerentur, ad M.tem R. miserint, qui adhuc eo tempore, quousque maturiori consilio, et debito, et offitio suo M.tas Regia satisfaceret, erant retenti. Post istas, nullas deinceps a D. v. Rma accepi, sumque in magna expectatione, quorsum se isti fluctus frangent. Spero siquidem tam insignem in Deum, et sanctam religionem iniuriam, ac temeritatem, Audaciam quoque tam crudam, et friuolam, in iura superioritatis M.tis Regiae commissam, non impune praeuaricatoribus illis fuisse.

Cumque ausi sint, contra Dei, et Ecclesiae instituta, et aduersus M.tis R. superioritatem, cum tanto contemptu impudenter se opponere, minime mirum est, quod in me, et in meos sunt debacchati,

presertim cum me negotiis Regiis addictu, tam procul abesse compertum haberent, quo non solu mihi, verumetiam clientelæ Regiæ, sub qua huc sum legatus vim se inferre testari possent, omitto ea, quæ in Ecclesiam meam commiserunt, hæc enim nulli non sunt nota, in sanguinem etiam meu impuras manus immittere, non sunt veriti, quemadmodu hoc in sorore mea, audacter, quadruplatores isti comprobarunt, qua primi mariti sui debita, ante eius coniugiu supra sex annos contracta, cum dotem suam, et omnia quæ ad illum intulerat amisisset, et a nemine per quatuor annos, anteq iteru nuberet impetita fuisset, decretis suis malignis, et iniquis, persoluere coegerunt, q tamen per modu appellationis, vt apud eos vsu receptu est, aliquandiu fuit intermissu sicut hoc latius, in supplicatione ad Reginalem Mtem, cuius exemplu his inclusi, D. v. Rma cognoscet, quam humiliter deprecor, dignetur etiam Mtem Regiam orare, ne tanta iniquitatem, contra omne ius, et æquu, ab istis lymphaticis, et furiosis spiritibus correptis, in exequutionem deuenire permittat, sed causa hanc vsq ad meu reditu, clementer suspendat.

Scripsit mihi item D. v. Rma, ea quæ de Turcis et Tartaris illo tempore apud nostrates habebantur, et q quinq millia equitu nostroru, in finibus Regni, ad excubias obseruandas, adhuc ea tempestate ibidem militarent, quæ cum Cæsari retulissem, admiratus est equitu tantu numeru, et denuo a me quæsiuit, quinq millia? respondi, q interdu nroru, triginta, et vltra millia equitu, q hic videtur fidem excedere, contra hostes progrediantur, cum hostiu solent esse quinquaginta, et quandoq, vsq ad centu millia, et hi omnes equites. Non credunt, id, quod nobiscu crebro agitur donec experiantur. Timendumq est, pro hoc veris futuro, ne ista nauigatio Cæsaris, quam post festu Joannis in Junio parat in Italiam, per Turcas, et Aphros intercipiatur, et ne illi citius, quod omen Deus auertat, qua Cæsar coronentur.

In fine litterarum suarum iniunxit mihi D. v. Rma, vt q diligentiss. me de omnibus, quæ hic agerentur, et presertim de pace, et connubiis Cæsaris

saris

saris ac Regis chri.mi perscriberem, quod certe feci, quantum
potui, et quantum mihi hic scire licuit, videorque mihi parum omisisse
de his omnibus, quæ hactenus hic sunt tractata, quemadmodum hoc ex
meis ad Mtem Regiam liquido intelliget. habui etiam singulari arte
et industria Summarium omnium articulorum, super hac pace confecto:
rum, ex quibus singula cognoscet, et quid ex hac pace futurum sit pro
summa sua sapientia perpendet. Hic me hercle pauci bene sperant,
Vnum hoc oro Rme domine, quod si in tantis, et tam longis meis scriptio:
nibus, quibus ad Mtem R uti soleo, ut illius mandatis satisfiat, quicque
impudentius et minus incultum, aut præ timer ditatum emiserim, id pro sua in
me gracia, in bonam partem interpretari, et veniam mihi desuper
impetrare dignetur. Scribo enim calamo volanti, et precipiti, preser:
tim cum tempus me deficit. et interdum ea quæ mihi pro veris deferun:
tur, et aliorsum eueniunt, quandoque etiam quæ vera sunt, et omnimode
sic conclusa, quæ tamen paulopost invertuntur. Nunque fui in Aula ma: NB
gis incerta, et perplexa, plura hic video plerunque impetu quam rati:
one dirigi, ac magis ex re, quam ex prudentia consilia fieri, quo
sæpe fit, quod ea, quæ pauloante scripsi paulopost retracto, unde hoc
magis rerum rectoribus, quam mihi levitati impingi potest.
Ego semper onero querelis D. v. Rmam, de quo mihi ad presens etiam tem:
perare non possum, cum preter Deum, ad neminem alium spem et confu:
gium meum habeam, Scripsi Regiæ ac Reginali Mti, de tantis expen:
sis, quas hic sub ea persona, quam hic fero, apud istas exteras nati:
ones, ad illarum Maiestatum honorem, ac æstimationem facere cogor,
incertus, si de me sint contenti, nec ne. Deum pure testem aduoco,
quod ex his, preter victum, et amictum, nihil in meum cedit commodum. In
exitu ante duos annos Cracouiæ pro servicijs equorum meorum a Mte
Regia 172. florenos accepi: de meis proprijs pecunijs centum Du:
catos in auro meum asportaui: A domino Doctore Borgio in Ma:
drillis alios centum habui in mutuum: item hic a Wolffgango haller
ad fidem meam centum et quinquaginta Ducatos in auro accepi.
quos ego illi ante meam abitionem ex Hispania persoluere sum

pollicitus, summa est 500 Duc. quos ego in hoc seruitio exposui, de quibus tamen, ne inferioribus oratoribus me, sim inferior, paruam quandam argenteam suppellectilem, pro vsu mensæ ad honorem Mtis Regiæ, mercatus sum. Nemo hic est ciuitatum Orator, siue Venetus, Florentinus, seu Ianuensium sit, qui non argentum suum splendide habeat,

N iste mos adeo hic peculiaris est, quod secretarii et aulici quidam minores, ne dicam de summis, quibus ad id suppetiæ, quinimo et ciues, qui etiam habent habundantiam, ex argento edant et bibant, hinc ego adactus, me etiam aliis conformem effeci, nihilque ad id ex Regiis pecuniis accessit, quas ita obseruo et expendo, quemadmodum Deo bene fauente, cum ex reditu meo, ex calculis, et rationibus meis videbitur, quod coram æquo Iudice, nullam fidei meæ sinistram suspitionem sunt relicturæ. Sunt etiam multa, quæ pro commodo negotiorum mihi commissorum, et quæ interdum quibusdam Secretis meis subarratis, extraordinarie cogor exponere, et quæ item in alios vsus præterquam domesticos proueniunt, quæ non leuem summam conficiunt. Ex his cognoscetur, quod mihi non thesaurizo, quoque nullum promercale aurum, colligo. quamdiu me noui, et quandiu etiam aliis notus fui, quorum adhuc bona pars in Curia Mtis R. extat, eosque in testes voco, et ab auaritia, et ab eius sordibus semper fui alienissimus. etsi mihi coram V. V. Rma gloriari licet, vtile nunquam honesto prætuli, quamuis mihi illius copia, data fuit non semel. quapropter si quid forsan contra hoc animi mei institutum, ab ipso X, cui propter V. V. Rma in multis detuli, vel a quocunque alio persenserit, Rogo atque obtestor partes meas, apud S.mos principes nostros, vsque ad meum reditum tueatur, nemo vt in Deum spero, me repetundarum reum aget.

Rme domine. Memini me 4 Septembris hinc ad longum cum Pantaleone, domini Ludouici Aliphii nuntio scripsisse, quæ ⊤ spectant, adhuc in ea opinione perseuero, vtcunque res cadet, quod multo commodius, et facius esset, si S. induci posset δ L φ o x 6 6 o σ 3 d π 6 4 z propter multos respectus consentirent. Res enim nunquam tam bene componentur, quin semper aliquid noui suboriri possit,

quod d. v. Rmam cum B. ad vnguem perpendere arbitror, quantum hucusque hic immorando, intelligere potui Э. semper modos quaeret, vt alicui ea in re benefacere possit. Cumque omnes sumus mortales, Si quod Deus quam diutissime probibeat B decederet, ad quem adhuc respectum habere coguntur, actum esset, vtque hoc honesto quodam pretextu fieret, non deesset commenta. haec pro fide mea, et quantum ego hic existens, certis coniecturis consequi potui. Mtem R. per d. v. Rmam latere nolui. Cui me, et fratrem meum Georgium humillime commendo. Maximopereque rogo, nos gracia sua prosequi non desinat. Fabianus Woyanowski, qui mihi hic rebus Mtis Regiae accurate, et fideliter inseruit, se etiam suppliciter d. v. Rmae commendat. Datum Toleti supra Tagum 24 Februarii Anno domini M°. D° xxvi°.

Joannes Dantiscus orator
Bonae Reginae Poloniae.

Dignata fuit mihi nouissime Mtas v. Sma scribere, quod fratrem meum Georgium, quem aegrum Neapoli, apud dominum Ludouicum reliqueram, Rmo domino meo Episcopo Cracouiensi commendauit, et quod in mea absentia amicorum meorum curam suscepit, quo hic tanto liberius et vigilantius, negotiis Mtis vrae Smae intenderem, pro qua singulari Mtis vrae Smae gracia, eas quas potui gracias habui, habiturusque sum, dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus. fretus itaque tam clementi Mtis v. Smae propensione, audentius ad illam scribo. Est mihi soror, quam vna cum parentibus meis, cum dote pro nostra conditione satis ampla, marito cuidam in Lituania dederamus, qui nobis insciis, multis debitis erat obaeratus, ille non diu superuixit. Venerunt post eius mortem creditores, et pro debitis suis, quicquid ille

reliquerat, vtpote Curiam seu domum, et omnia quae in ea erant acce-
perant, sic, quod vix cum vestibus suis, soror mea, manus illorum effuge-
rat, amissa dote, et aliis bonis, quae ad illum intulerat, fuitque postea
circiter 4 annos vidua. Et cum nulla calamitas sola venire soleat,
cum sic spoliata rursus ad parentes meos, ex Lituania in Prussia
contenderet, stante bello nouissimo, in Konigsberg seu Monte Regio,
id quod illi fuit reliquum, per officiales domini Magistri fuit receptum.
Qua de re, ad preces dominorum, qui Thoroniae a me permoti, pro ea
intercesserunt. Maiestas Regia, de bonis hostium, quae Gdani habeban-
tur, illi recompensam quandam fecit, cum qua meoque ac parentum meo-
rum subsidio, iterum illam marito, quem nunc habet dedimus, et
quia manifestum fuit, quod istiusmodi debita, prior maritus mortuus,
ante sex annos, priusque eam habuisset, contraxerat, et quod illa etiam
dotem suam amiserat, nemo creditorum illam impecijt, neque molestauit,
cum id etiam, de iure illis non licuit. Ad presens vero, cum Gda-
nenses a religione mea, et obedientia erga Maiestatem Regiam, atque ab om-
ni diuino et humano iure defecerunt, me que hic tam procul, in ser-
uitiis Maiestatis Vestrae Serenissimae agente, sororem hanc meam, mihi certe in igno-
miniam turbare iuridice. Si iniquitas ius est, et minus iuste molesta-
re permiserunt, sententiamque contra eam, quod debita haec, quibus
nunquam est vsa persolueret, tulerunt. Ab ea sententia per maritum
eius, vt ibi in more positum est, ad Consules est appellatum, quae for-
san appellatio, adhuc illic in pretorio pendet. quapropter Maiestati Vestrae
Serenissimae humillime supplico, dignetur ad Maiestatem Regiam intercedere,
vt pro incomparabili in omnes iusticia sua, Gdanensibus in hac causa
silentium imponat, causamque hanc, vsque ad meum reditum, ad suum tri-
bunal, ex vi superioritatis suae auocet. Rem Deo gratam, et gra-
ciae suae, erga me conuenientem factura.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Dantisco oratori apud Cesarem.

Mag.ce fidelis dilecte. his diebus nobis hic in his terris nostris Prussiae existentibus, ternas accepimus litteras tuas, quibus nobis cum alia multa, tum concordiam Cesareae Mtis, cum chri.mo domino Rege Galliae declaras, sic ut et reliquae litterae tuae, serius nobis redduntur. proinde si quid est, quod negligi a nobis videatur hanc causa esse putes. Rescribimus Cesareae Mti, ad eius litteras, quibus nobis eandem concordiam etc. Scribimus et alias litteras, in negotio arcis Baren, quod tam diu duci vehementer miramur, et molesto animo ferimus. quare agas pro virili tua, ut tandem huius Tragediae finis sit aliquando, et maneas isthic tantisper in Aula Mtis suae Cesareae, sequarisque illam, quocunque, et in quascunque partes orbis se converterit, donec a nobis fueris revocatus. quod de provisione tui attinet. S.ma coniunx nea, dicit curatum a se, ut tibi sumptus necessarii, ex statu Baren suppeditentur, tamen si qua esset in ea re negligentia, sumere potes, apud trapesitas, quantum tibi opus foret ad expensas necessarias, quod demum mandabimus illis persolui, cura quod facis, ut nobis et frequenter, et copiose scribas. Valde enim nos delectant tuae litterae, quantum libet prolixe. Multum hic negocii, et laboris capimus in restituenda religione, et toto statu huius civitatis nrae Gdanen, quae luteranismo, et seditionibus tota fuit corrupta et inversa, restituimus tamen gracia Dei omnia in pristinum statum. Utinamque et alii principes idem facerent, priusque hoc malum divina et humana omnia, ita ut iam magna ex parte fecit ubique confundat. Datum.

Sigismundus primus rex Polonie
Cæsari Carolo quinto.

SEr.mi ac excellen.mi princeps etc. Accepimus ex oratore nostro, quem apud Maiestatem vram habemus, arcem Barem, nondum esse nobis restitutam, de quo mirari satis non possumus, et vehementer dolemus, quod iustitiam, et Jus nostrum, quod unicuique quantumuis infimo deberetur, nos apud Mtem vram, cum qua nobis tanta coniunctio, et necessitudo intercedit, obtinere non possumus. Et proinde etiam atque etiam rogamus Mtem vram, ut tandem quod nobis iure liquidissimo debetur restitui faciat. Nam profecto iam nos pudet, tociens nequidquam, pro obtinenda iustitia nra Mti vre scripsisse, per ipsumque oratorem nostrum continue egisse, et neque preces nostras, neque etiam commendationes aliorum, pro nobis hactenus, apud illam quidque valuisse. Confidimus tamen in virtute Mtis vre, quod non pacietur diutius persuaderi sibi, quo minus iusti.mis postulatis nostris satisfaciat, quod vicissim omnibus offitiis, quibus poterimus Mti vre, referre curabimus. quam fel.me valeat, et nos habeat commendatos. Datis in ciuitate nra Gdanen.
·1526·

Sigismundus primus rex Polonie
Ludonico Alifio Burgrabio Crac.

Magnifice, fidelis, dilecte. Non dici potest, quam nobis molestu sit, q hactenus cum legatariis Ill.ma olim dominæ matris nræ, nichil sit determinatu, quodqz isthic, tam diu hoc saxu voluere cogeris. Itaqz operam omnem facias, ut q magis tibi videbitur fieri posse, ex re, et dignitate tam mea, q S.mæ d. Coniugis nostræ huic negotio finem facias, et cum illis rem transigas. Molestis.mu est etiam nobis Arcem Baren, nobis non esse restituta, qua in re scribimus adhuc, cum Cæsareæ Mti, tum etiam aliis litteras oportunas. Tuqz quæ curanda isthic occurrunt, fac ut cures, pro industria ac virili tua. Datis.

Ioannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo regi Polonie

Ser.ma Regia Mtas, et domine domine clemen.me
Humillima perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Scripsi nuper ex Hispali xiij Maii præteriti, Mti v. S.mæ in compendio, ea quæ illo se tempore offerebant, quæ ad presens propter hos nouos tumultus, prosequi non bene tutu est. Et cum interea, omnia ferme a Mte Ces. expedijerim, quæ vestræ Regiæ, et Reginalis Mtis negotia spectant, et quo omnia liquidius, quæ hic aguntur cognosci possint, misi hunc familiarem meu, nobilem Fabianu Woianowski qui ob certas causas hic mecu perdurare non potuit, a quo omnia

quae hic hactenus acta sunt, viva voce intelligentur. paulo post cum duplicatis commissionibus, quas cum primis Postis per Italiam transmittam, copiosius de omnibus scripturus.
Iste est Fabianus, qui superiori anno preter culpam ab Inquisito: ribus fuerat captus, et cum magno meo labore, et singulari Mtis Ces: gracia, cum per quinque menses desedisset liberatus, vnde sibi metuens, ne iterum incideret, quod hic facili negotio accidere solet, et cum illi etiam aer Beticus, non satis conueniat, patriam repetere maluit, falicior illi quam mihi libertas. Hunc vnamecum Mti v. S.mae suppliciter commendo, et rogo absentis sui serui, ac reditus mei aliquando clementem rationem, cum parum de tribus annis desit, habere digneтur. Datum Granate in Betica, prima die Septembris. Anno domini. M.D. xxvi°

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo Regi Polonie.

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me
Humillima perpetue seruitutis meae commendationem. In hoc no: stro exitu hinc, cum iterum breue scribendi tempus mihi restet, cogor esse compendiosior quam velim, quod item feci, in nouissimis xxvi Mensis nouissimi datis, longiorem aliquam omnium rerum historiam scripturus, cum in vallem oleti, centum ab hinc miliaria sospites applicuerimus. Dabit itaque Mtas v. S.ma, cum gracia sua, ad presens veniam.
Quae vsque ad primum diem Septembris praeteriti hic acta sunt, habunde vt reor Mtas v. S.ma, a familiari meo Fabiano, qui id temporis hinc soluit, accepit, paulo post xij octobris. Scripsi iter:

rum omnium rerum ingens volumen, unde etiam de omnibus quae hic se obtulerunt copiose edocebitur. Interea pauca euenerunt digna scientia Mts v. S.mae, quaedam tamen de his presentibus annotare, non omnino absonum censui.

Memini in penultimis Apologiae Regis chri.mi, qua se ad pacta non astringi tuebatur, et responsi ad eam domini Canc.rii, Inuectiuae preterea Pontificis in Caesarem, et illius longe refutationis, qua Caesar concilium generale appellauit, quarum omnium exempla C excudi cum debuerant, I Mti v. S.mae mittere pollicebar. N Cum autem hoc infaustum nouum, de interitu S.mi preclar.mae memoriae Hungariae Regis, et Turcarum victoria huc fuit allatum, decidit ab his inceptis animus, nihilque istorum in publicum iri permittitur, quo futurum spero, quod forsan, relicto hoc tam turpi certandi genere, ad instans malum reprimendum, omnium animi erigentur.

Scripserat huc Caesari Ser.mus Hungariae Rex per proprium nuntium duobus diebus, antequam cum Turcis tam infaeliciter congressus fuisset, quod bene sperasset per hanc cum Rege chri.mo concordiam certas suppetias. verum cum illa parum durasset, et non successisset, spem se vlteriorem non habere, destitutus itaque ab omnibus, cum hostem in penetralibus sentiret: Deo, et fortunae se committere, caputque et Regnum suum, se post biduum hostibus obiecturum. hinc ab istis huius nationibus varia feruntur, alii vt fit, factum probant, alii nimiam vehementiam improbant. Dicitur etiam huc scriptum esse, et hoc Cancellarius mihi retulit, quod ipse Rex pridie quam conflixisset, N in verba, et sectam Luteranorum iurasset, id mihi longe a veritate alienum esse videtur, confingunt vt certo credo, isti hic diaboli istas calumnias, quo Caesaris bonam propensionem immutarent, et se forsan a pecuniis contribuendis, de quibus iam tractatur redimerent.

De interitu Regis vngarie Lodovici qui cum Thurcis pugnando periit.

Scripsit huc quandoquidem dominus Archidux Caesari, omnibus modis subsidium implorans, non solum vt frater, verum etiam vt Infans Hispaniarum, quod si propediem sibi non mitteretur, fore vt paulopost de se nuntium magis triste, quam de Rege Hungariae audiret. Haec

scriptio permouit hic plurimos, et maxime Cesarem animum perculit.
qua de re, in primis Archiepiscopus Toletanus, omnes suos et Eccle-
siæ prouentus, qui ducentena millia ducatorum excedere perhibentur,
vltro in hoc subsidium, et profectionem, contra Turcas obtulit, modo
sibi, et eius sacerdotibus victus relinqueretur. idem de aliis dici-
N tur. progreditur ergo hinc Cesar, post quinque aut sex dies in Casti-
liam, vt illic desuper Curtas, hoc est conuentiones habeat, vtinam
bonos, et solidos effectus pariant.

In Valleoleti Cesar, celebraturus est Regi Hungariæ exequias,
ad illas, vt scripsi in nouissimis, cum mihi de stipendio meo men-
struo non suppeteret, accepi 200 Ducatos a Fuccaris, ex hisque mihi
et familiæ, vestes confeci lugubres, pro quibus 51 Ducat. impen-
di, et pro expensis quas huc ad me frater meus, cum litteris Mtis
v. S.mæ fecerat, alios quinquaginta, quandoquidem illi, ne assis quidem
cum huc ad me mitteretur, a Mte v. S.ma datus fuerat. Reliquos
centum Ducatos, ne sim expensis Mtis v. S.mæ grauior, in alios meos
vsus converti, et peto illos pro seruitio, quatuor equorum meorum,
in stipendio meo defalcari, nihil est quod habeam amplius.

Cesar hic fecit exequias auo, auiæ, et patri suo, neminem tamen ora-
torum vocauit, erant etiam non nimis sumptuosæ, quemadmodum alia om-
nia sunt quæ agit. Pecuniam enim, modis omnibus conquirit, ac con-
seruat. Mittit nihilominus hinc domino Archiduci fratri suo cum
oratore suo fratre Marchionis de Granata, centum mille Ducatos,
Cesar misit ferdinando centum millia ducatorum ad emendum regnum Vngariæ et Bohemiæ
ille ad instructionem domini Archiducis iturus est, ad corrumpendum for-
tassis Bohemos, vt Archiducem in Regem accipiant. nemo hic
alius qui illi obesse possit, quam Mtas v. S.ma timetur. Auditum tamen est
a quodam de consilio Cesaris, qui fertur dixisse, melius futurum. Si Mtas
vestra, ad ista Regna, in his turbinibus susciperetur, cum sit et æ-
tate perfecta, et prudens, et quod tandem post decessum Mtis vestræ, a
Cesare recuperari possent, cui tamen ab astrorum peritis parum vitæ
promittitur, sic varii varia dicunt. Suspicor tamen certo, quod non
solum contra Turcas, sed etiam pro Regnis istis coemendis Archi-

duci pecuniæ mittuntur, timeoq; plurimum, quod hæc ambitio rebus Christianis, plus nocebit quam proderit, nisi Deus nobis propitius aderit, nihil est quod solidæ spei nobis sit reliquum.

Dominus Magnus Cancellarius Cæsarem in Vallemoleti præcedit, meq; in societatem suam accepit, intellexi ex eo, quod Cæsar ex re consilium ibidem capiet, et quod omnino apud se statuerit, et in ea sententia perseuerat, quod quamprimum possit in Italiam proficiscetur, commissis omnibus negotiis huius belli contra Turcas, ipsi domino Archiduci, alias hic rumor passim sparsus est, quod certo in Germaniam traiicere debeat contra Turcas, quo ad contribuendum suos hic subditos promiores efficiat. Dixit etiam mihi Cancellarius, quod iam a Cæsare sit dimissus, vt eum pro futuro vere in Italiam præcedat, habent nescio quas cum Pontifice nouas practicas. Rex Angliæ hic etiam per oratorem suum tractat, misit huc Nobilem hunc rursus, qui Fabianum meum hinc per Gallias tuto traduxerat, ille mihi retulit, quod Rex Angliæ conditiones proponit, pro liberandis obsidibus, cum Burgundia nequaquam potest restitui, vt pecuniis redimantur. et credo quod rebus sic vt nunc stantibus succedet, habitis pecuniis, quæ ad non leuem summam ascendent. Cæsar procul dubio ad Italiam se conferet, modo vita sufficiat.

De aduentu huc in Hispaniam Pontificis, vt passim ferebatur nihil amplius dicitur, expectabit Cæsarem in Italia, tractabitur vt scripsi de pecuniis, et pace inter Cæsarem, et Regem Chri.mum, quæ vt spero, cum vltima necessitas id exposcit conficietur. Nihilominus Mti v. S.mæ humillime supplico, cum me reuocare dignabitur, vt mihi ad Regem Chri.mum mittat litteras, quibus liberum et securum transitum, per Gallias habere possim, ne vt mari me committam, quod fugio maxime, sit necessarium.

Illmus dominus Ioannes Albertus Marchio Brandenburgensis Nepos Mtis v. S.mæ, qui hic meum fere in quottidiano fuit commercio, Mti v. S.mæ, se maximopere commendari petit. Scripsit etiam has annexas, ex quibus illius erga Mtem vestram animum liquido

cognosceret. Est profecto humanissimus Princeps, et Mtis vrae obseruan-
tissimus. Is mihi nuper dixit se intellexisse, quendam nouum electum ordinis ma-
gistrum huc venturum, et multas querelas contra dominum Marchionem
Albertum fratrem suum propositurum. Et quamuis inquit suspecta sit
causa de Lutheranismo, nihilominus inquam fratrem meum deserere non
possum, Cui ego respondi, quod etiam accepissem ex litteris Fabiani fa-
miliaris mei, datis in Lusiniano oppidulo Galliae, In itinere esse quendam
virum senem istius ordinis, ex Liuonia, qui similiter questum huc venit con-
tra dominum Ducem Prussiae, et contra Mtem v. S.mam quod contra
iura Imperii illum Ducem in Prussia creauerit, cum id non sit facul-
tatis Mtis vrae, sed Caesareae, et quod idem senex in aliis contra lutheranos
actis Mtem vram vocasset chri.mam, sed quod Dominum Magistrum Ducem fe-
cerit, summopere reprehendisse, Ad haec dominus Marchio. Si inquit
nouus iste Magister, vel Senex huc applicuerint, mutuis inter nos con-
siliis illorum conatus reprimeremus. quicquid erit preter commissionem
Mtis v. S.mae, obiter ex meipso, quid illis, et Caesari sit respondendum
si ad hoc deuentum fuerit, in prompto quod ex priore desuper instructio-
ne, ad me superiori anno missa habeo. Hactenus de Magistro et hoc
ordine nihil hic fuit tentatum, neque adhuc quicque auditur, licet iam-
pridem hic compertum sit, quod Regis Daciae filiam in Coniugem duxe-
rit. Neque etiam intelligo negotium hoc curae hic haberi, quasi res Pru-
tenae, nunquam fuissent in rerum natura, cum tamen de illis prius hic per-
sonabant omnia, sic videntur in obliuionem deuenisse, quod igitur in no-
titiam Mtis v. S.mae deduco, ne quicque grauius eam in re hic agi
suspicari possit, hic quisque per se et suas res cordi habet, nemo in com-
mune consulit, quo fit, quod non miror Deum tempora nra corrigere, cum ne-
mo ad id ad quod suffectus est intendat.

Scripsi in penultimis, quemadmodum hic dicebatur, Vice Regem Neapolita-
num classem 70 velorum habuisse, et hoc pro re verissima praedicabatur
multum tamen iste rumor a scopo veritatis aberrauit, compertum habemus
cum magnis, et paruis, non fuisse vltra 30 Nauigia. Sic incertissima hic pro
veris narrantur, vnde quae hic seminera feruntur, ad partes nostras

per famam falsissima transuolant. adeo in hominibus habundauit iniquitas, et mendatium. credoque hoc Dauidis, nusque verius esse quam hic, Omnis homo mendax. qua de re. Si interdum aliter se res habuerit, atque ego scribo, veniam mihi dari queso. Non libenter scribo fabulas, nisi certos habuerim auctores contineo me, attamen et cum certis auctoribus me lapsum aliquando inuenio. Adeo hic inuersa sunt omnia.

De viceRegi, adhuc non accepimus Si Italiæ applicuerit, necne. Exiuit hinc 24 Septembris, et ex portu Carthaginis nouæ 24 octobris sequentis soluit. ter rursus tempestatibus adactus rediit. et semel vnam magnam Carracam incendio amisit. Tam longo tempore, nihil de eo auditur, nemoque scit, quo diuertit, aut vbi agat.

De negotio castri Barensis, misi duplicatas commissiones Cæsareæ Mtis xii octobris, versus Antuerpiam per Fuccaros, et 22 eiusdem Mensis per velzeros Romam, quas reor ad Rlem Mtem peruenisse. Ex his intelliget Mtas v. S.ma qualis expeditio fuerit. rem vlterius promouere non potui. Licebit Rli Mti deputare Castellanum fidum, et gratum Cæsari, qui iurare tenebitur, id quod in remotioni sequestri expressum est. hoc solummodo addito, quod etiam iuret se castrum in manus hostium Ces: Mtis non traditurum, quemadmodum ex meis penultimis latius patebit. spero quod semel istius rei finem sumus habituri. satisfactum enim est viceRegi principatu Sulmonensi vt prius scripsi; et duobus Comitatibus. breuique experiemur, quam executionem Commissiones ista Ces: sortientur, quod si obseruabuntur, et Mtas Rlis Castellanum suum castro præfecerit, non erit amplius causa, cur hic vlterius in tam grauibus expensis immorer. Neque quod summopere cupio Mtas v. S.ma reuocare tandem post tertium annum dignabitur. Idque quo fiet citius, eo mihi erit magis gratum. quod voluntati Mtis v. S.mæ, vna meorum humillimè commendo. Datum Granatæ vi Decembris Anno D. M°D°XXvi°

Sigismundo primo Regi Poloniæ Joannes Dantiscus orator

Ser.ma Regia M.tas, et domine domine clemen.me

Humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. In discessu meo, ex Toleto 24 Februarii, et deinde ex Hispali, cum huc fuit, eundum xiij Maii, nouissimas meas ad M.tem v. S.mam dedi, in primis, omnes tractatus pacis, inter M.tem Cæs: et Regem chri.mum, et ea, quæ id temporis negotium Barense spectabant descripsi. In vltimis Lacomicæ, cum vlterius opinione mea posta curreret, omnia quæ tunc se offerebant perstrinxi, vnde cum mihi ad presens liberius scribendi otium conceditur, quædam ex superioribus litteris, his annotare, atque altius repetere operæpretium censui, quo de omnium istorum temporum et tractatuum historia ex ordine vt se habuit, cum M.tas v. S.ma de singulis vult certior fieri, liquidius edoceri possit.

Cum exiremus Toletum, Rex Franciæ cum vicerege Neapolitano, versus Galliam contendebat, subsequente Regina Lionora, vsque ad victoriam oppidum, vbi exitum rei expectaret, cumque peruentum fuisset ad fines Franciæ, prope fontem rapidum, quod castrum cum oppido Cæsar pauloante a Gallis recuperauerat, circa vicum paganum, qui sancti Joannis vocatur, dispositæ erant duæ cimbæ in medio fluminis. Hispanis ad istam, ad aliam ripam Gallis magno numero expectantibus, In vna cimba fuit Rex Franciæ, cum Vicerege, et Ferdinando de Alarcon, in alia Delphinus, et secundo genitus Dux de Aureliis, iuncti duobus aliis dominis ex Gallia, cumque vicissim appropinquassent, primitus filii Regis ascenderunt scapham vice Regis, quos cum Rex exosculatus fuisset in aliam cimbam insiliit, insalutatoque vicerege

quamprimum littus Gallicum attigit, equum celerrimum Turcaicum ascendit.
Nunc rursus inquit sum Rex Franciæ, et subinde velocissimo cursu Ba:
ionam munitissimum oppidum intrauit, obsides vero filii, in victoriam
ciuitatem, sub custodia Comestabili Castiliæ perducebantur.

Missus fuit post Regem quidam Secretarius Cesaris, vt illum de tracta:
tibus confirmandis, quemadmodum in Madrillis conclusum fuerat, in Fran:
cia commoneret, quod cum frustra ab illo fieret Regi moras nectenti,
tempusque longius asserente ad istiusmodi confirmationem necessariam
quasi id sine suorum consensu facere non posset. Secretarius ille rebus
infectis ad Cesarem in Hispalim rediit, inde primum apparuit, quod de omnibus
hic conclusis nihil certi foret futurum, sicut ab omnibus fere in hac Aula
prius erat ominatum. Si mens non læua fuisset.

Postque Rex Galliæ articulos pacis vt erat promissum, cum primum in
Regno suo esset confirmare distulit, scribens huc Cesari, humanita:
tis et amoris largas litteras, excusando se præterea cur id tam cito
fieri non posset, longiorem petens dilationem, cognitum fuit ViceRegem Ce:
sari male consuluisse. suborta est itaque contra illum subinde non leuis sus:
pitio, adeo etiam quod de obsidibus accuratior fuit cura habita, ne
ille se de custodia intromitteret, cum patri tantum fauisset, immo eti:
am ipsemet episcopos habuit, qui superintenderent, quid molliretur. quod
cum percepisset, scripsit Cesari, vt posset ad Regem commonendum de pro:
missis in Galliam proficisci, quod non grauate impetrauit, fuitque ibidem
non paruo tempore, principio magno in honore habitus. Credebatur enim
quod nouos secum pacis haberet tractatus, quibus priores abolirentur.
Cum vero compertum fuit, quod nihil aliud ageret, quam Regem ad obser:
uandum pacta hortari, fauorem et auctoritatem breui amisit. hicque
etiam non immerito apud omnes male audiuit, quod Cesarem in eum cras:
sum errorem, contra multorum et precipue contra magni Cancellarii
tam fida consilia induxerat, vt scilicet Gallum in recenti præda ca:
ptum, et adhuc ferocientem cum plurimis suis integrum, ex manibus ad
suos peruolare demitteret. quique Cesarem in nouas difficultates, et an:
gustias sua temeritate persuasioneque tam arrogante et friuola.

detrusisset, et in scopulum tam bene praemissum impulisset. hinc ab omnibus
credebatur quod Caesaris fauorem, illamque facultatem quam in eum habet
omnino esset amissurus, quod tamen contra multorum opinionem secus eue-
nit

Interea quo vicerex fuit in Gallia, factum est nouum fedus, quod vice Regis
praeclaros tractatus non parum infecit et obscurauit, publicata fuit liga,
vt hic vocant, ipso die sancti Joannis xxiiij Junii, inter summum Pont: Re-
gem chri.mum, Regem Angliae, venetos, et Ducem Mediolani, relictusque est
locus, sub certis conditionibus Caesari, si hanc societatem cum illis ve-
lit ingredi. ipseque Rex Angliae istius ligae defensor est appellatus. et
cum publice proclamaretur, Rex Franciae data opera, ipsum viceregem
secum per ea loca duxit, vbi hanc publicationem liquido audire potuit,
vnde perculsus, vt redire posset ad Caesarem non difficulter a Rege
obtinuit. Sicque vt aiunt, pro tanto benefitio Regi, quod libere postliminio
redierat praestito, oneratus non leuibus muneribus Galliam deseruit,
et huc nona Julii praeteriti, sine strepitu, nocte intempesta, preter om-
nem fere opinionem et scientiam intrauit. habitusque est in eo honore, et
auctoritate, apud Caesarem qua prius, quod omnes admirantur.

Ante illius aduentum, dominus Magnus Cancellarius, iustis rationibus per-
motus effecit quod numerus Senatorum priuati consilii augeretur, ne cum
is rediret, omnis apud illum, vt quondam auctoritas haberetur. Cumque
Caesar paucorum consilio vsus, in tractatibus Gallicis sic lapsus fuisset,
facile sibi persuaderi permisit, vt plures ad hoc secretum consilium
viri prudentes adhiberentur, hoc, si paulo ante fecisset, solidius cum
Rege: Galliae: tractatum fuisset. non iuuat amisso claudere septa boue. Acci-
ti sunt igitur, ad hoc consilium Dux de alua, et dux de Bezera, viri
Hispani, senes virtute atque industria plurima prediti, deinde Toleta-
nus ac Barcen: Archi: episcopi, quorum apud omnes in Hispania auctoritas
magna est. et confessor Caesaris Episcopus Osmensis, cum his dominus
Cancellarius apud Caesarem agit omnia, neque vult quod sibi soli credatur,
neque Atlas vult esse, et solus caelum humeris sustinere, veritatem
quoque in consilio summopere tuetur, adeo, quod iam nomen mutauerit,

vt qui prius hic pater pacientiæ dicebatur, nunc pater veritatis nuncupetur, crediturque a multis, quod si Cæsar illos auscultauerit, et illorum sanis consiliis obsequetur, breui ipsum in Italiam venturum, et nouas suorum hostium machinas et ligas superaturum, quod Dii bene vortant.

Conueneram dominum Cancellarium, priusquam vicerex aduenisset, aliquoties rogando, vt maturaret, quantum posset apud Cæsarem, quo resolutionem rerum omnium, et castri Barensis planam tandem expeditionem consequi possem, ne cum vicerex aduenerit, negotia mea, vt paulo ante cum ex Italia appulisset, iterum inficeret. Ad quæ mihi respondit, quod illius aduentum formidare non deberem, nihil enim illum apud Cæsarem amplius valiturum, qui iam eum melius quam vnquam prius, cum magno suo incommodo cognouisset, iussitque me bene sperare, cum primum alia negotia, quæ tunc erant plurima et ardua absoluerentur, mea etiam non postrema futura, sed secus longe quam ille et multi alii sunt rati, euenit. Postquam omnes passim de absente vicerege, etiam in consilio, apud Cæsarem pessime fuissent loquuti, Cæsaremque contra illum non parum commouissent, ille in aduentu suo, vocalissimos quosque, elingues fecit, et mutos, a Cæsare humanissime exceptus et habitus, et cum illo solo, sæpissime inuentus oclusus, donecque hic fuerat, raro isti noui Senatores aduocabantur, quod hic plurimos male habuit. Dominus Comes de Nassau, quantum potuit a negotiis et Curia se extrahebat. Magnus Cancellarius, in sententia, vt abiret in Italiam constanter perseuerabat, quod tamen illi, vt inferius patebit, fuit negatum.

Hæc cum sic agerentur, contuli me ad Cæsarem, fecique omnium rerum mihi commissarum epilogum. Et inter alia exposui, quo modo anno superiori, antequam vicerex ex Italia, cum Rege chri.mo Hispaniæ applicuisset, Maiestas sua Cesarea commisisset omnium expeditionum, et præsertim illarum, quæ fuerant super castro Barensi litteras dari obseruatorias. hæc cum iam scriberentur, et vicerex aduenisset, subito fuerant impedita, propterea quod Decretum Maiestatis suæ de castro Barensi nunquam fuisset obseruatum, quo erat permissum, quod Maiestas Regalis Castellanum deputare deberet, id vicerex non aduertens, castrum nullo iure interce-

pisset, et Castellanum pro suo arbitrio intrusisset. et quod omnes istae morae
ac difficultates in iustitia Mtis v. S.mae, per neminem alium, quam per vi:
ceregem, qui ad statum Barensem, preter omnem aequitatem arden:
tissime inhiabat fuissent facta. quapropter Mtem suam Caes: roga:
bam, cum iam iterum Vicerex adesset, ne permitteret quod ille Mtem
v. S.mam ulterius, cum iustitiae suae detrimento circumduceret,
haberetque mutuae necessitudinis cum Mte v. S.ma, atque etiam ipsius
aequitatis accuratiorem rationem, presertim cum nullam graciam,
sed meram iustitiam, Mtas v. S.ma per me exposceret, quae nulli
negari deberet, Haec cum illi seorsum, certe ex affectu dixis:
sem, et quaedam item acria magis, quae res ipsa expresserat, comme:
morans etiam illi memoriale, quod desuper in scriptis a me receperat,
sanguineo quodam colore suffusus, paulisper substitit, et ad eum modum
respondit. quod negotia ista tamdiu fuissent producta, non aliam esse cau:
sam, quam quod graviores tractatus cum Rege Galliae, ac plurimae aliae
difficillime occupationes se interim obtulissent, quibus intentus rebus
hactenus Mtis v. S.mae intendere non potuisset, quod Vicerex, ea in
re nullam haberet culpam, neque iustitiae Mtis v. S.mae unquam obfuisset,
Seque deinceps daturum operam, quam primum esset possibile, quae his rebus fi:
nem imponeret, et non velle hinc abire, nisi prius in omnibus me resoluis:
set. Quod cum magno Cancellario retulissem, admiratus inquit. iste
Vicerex incantauit Caesarem, neque se aliter res habere potest, promi:
sit tamen iste bonus Senex iterum operam suam, quam praestare pos:
set.

Paulopost misit ad me, D. Sigismundus Loffredus, suo, et aliorum con:
siliariorum nomine, rogando, ut omnia memorialia, seu supplica:
tiones, quas in re Barensi Mti Ces: per hos dies dedissem, recolle:
ctas illi mitterem, nam eas quas habuissent, inter tot alias non
posse reperiri. et hoc ut intellexi ex commissione Ces: factum fuit,
ne toties a me molestaretur. Conscripsi itaque ex ordine omnia,
et dedi. Post longam tandem consultationem, et factam relati:
onem, et post tot conuentus cum Caesare Toleti Hispali, et hic Granatae.

de quo adhuc inter scribendu faciam mentionem, extorsi has com:
missiones, quas pauloante cum familiari meo Fabiano Woianowski
Rli Mti misi, et cum his iterum duplicatas mitto, ex eisdem habun:
de omnia intelligentur. A me nihil est pretermissu, quantu meo
sum intellectu sum assecutus, quod his rebus videbatur commodu,
idqz feci quod potui.

Subinde cum iam abiisset Fabianus, fui iteru apud Cesarem, com:
monuiqz Mtem suam, vt anteqz hinc vicerex in Italiam discederet,
presente adhuc eo, de castro Baren finem faceret, illiqz committeret,
vt res et negotia Mtis v. S.mae in Statu Baren, cum fauore et be:
niuolentia tractaret, commendataqz haberet, sicut et iusticie, et
mutue sanguinis coniunctioni, inter suam Ces: et vram Mtem conuenit,
quod libenter se facturum promisit. Alloquutus sum item, et vi:
cerregem, qui subsequebatur, et aulicis verbis illum excepi, nomine
Mtis v. S.mae rogaui, vt apud Ces: Mtem intercederet, quo tandem
cum hoc castro certus finis haberi possit, ille composito ad grauita:
tem vultu, lingua sua Belgica respondit Ik wil gern dat beste don
quod verbum illi peculiare est, et deinde inquit, quicquid Mtas Ces:
mihi in ea re mandauerit, libenter sum facturus, quid postea cum
illo se obtulerit, et quid tandem in his expediuerim, in hoc scriptionis
processu habebitur.

Que alias hic acta sunt, vt huius Aule historiam prosequar, sic
habent. Cesar postqz in Hispali nuptias suas celebrasset, ad quas ne:
minem oratoru vocauerat, Nam et in quadragesima decima Marcii
ipsa dominica Letare, et in luctu propter mortem sororis Regine Da:
cie sunt habite, paucis expensis illas absoluit. vnde cum post octo
dies Hispalim cum aliis oratoribus venissem, Cesari, quemadmodu
conueniebat, Mtis v. Regie, et Rlis nomine sum congratulatus,
et in hoc nouo coniugio omnia fausta precatus, quod illi gratum
fuit plurimu. habuitqz magnas, vtrisqz Mtibus vestris gracias. Ibi:
dem illum iteru de negotio Baren commonui, ad quod more solito
respondit, se quamprimu esset possibile, huic negotio accommoda:

turum,

Deinde per dominum de Lassan, ad Imperatricem mihi paraui aditum, ad quam cum intromissus fuissem, illa in magna primorum suorum, et puellarum frequentia assurexit, et me cum Aulica solemnitate audiuit. Congratulabar illi verbis Regiae vrae et Reginalis Mtis, et in hoc tam augusto connubio, omnem falicitatem precabar, exhibendo fraternum amorem et beniuolentiam, ab vtraque Mte vra, cum incremento perpetuo duratura. illa, vt est certe humanissima Princeps, cum per quendam Epm Portugalem, salutationem meam intellexisset, hilari vultu, vtrisque Mtibus vestris, immensas gracias agere iussit, verbis ac exhibitionibus amplissimis, pollicebaturque si vnque Mtibus vestris gratificari posset, se id oppido quam libentissime facturam, vnde ego, nactus ansam, exposui illi obiter negotium Barem, et moram, quae in eo preter omnem aequitatem, per duos iam annos fieret, rogando, vt hanc primam, in hoc nouo Coniugio vestris Mtibus impartiret beniuolentiam, intercederetque ad Mtem Ces: vt tandem aliquando istius rei finis haberi posset. quo audito, innuebat aliquibus circumstantibus, et cum aliquandiu collocuti fuissent, inter alia mihi referri iussit, quod Mtas Ces: nulli preter phas et aequum, facere consueuisset, neque id etiam negotiis Mtis v. S.mae facturam, subintuli statim, quod de Mte Ces: parum quererer, quae alias iustissimi principis nomen haberet, sed potius de illis per quos sic duceretur, Cumque interdum equis vltro currentibus, quo fortius proferantur, dari solent calcaria, hoc etiam ab illa postularem, vt scilicet Mtem Ces: quae per se ad faciendam iustitiam, suapte satis esset propensa, suo instinctu et adminiculo redderet propensiorem, hinc illa in risum versa, comparationem laudauit, et omnem suam operam pollicebatur, quod tamen profuisse parum sensi.

Ibidem in Hispali, varia se obtulerunt, quibus Caesar causabatur, quod rebus Mtis v. S.mae, non posset intendere, In primis excommunicatio quam volens subiit, persuasus a spiritualibus, et triginta tribus diebus sustinuit, donec ab ipso summo Pont: absolueretur. factaque fuit, propter Episcopum Samurrae, antesignanum olim et Ducem concita-

tæ communitatis, quem, ob cedem in custodem, strangulari iusserat in carcere, prout in nouissimis latius descripsi. Luctus præterea ob mortem Reginæ Daciæ, et non obseruantia pactorum cum Rege Chri.mo infectorum, Nouaqz liga in Italia, quæ omnia hic non paruas turbas excitarunt. fuerunt nihilominus hastiludia, vt vocant, et in illis vna cum Cæsare, viginti duo personæ, gemmis, auro, et argento preciosissime ornatæ, quibus omnibus Cæsar impensas, quæ pro labore artificibus debebantur, soluebat, ornatui tamen effectus ludi non respondebat. Venerat ad hoc festum, frater iunior Imperatricis, in Postis ex Portugalia, cum quinqz nobilibus, qui illum comitabantur, sine pompa, et magnis expensis, spectator tantum, nam in harenam non prodiit. Nihil secum rerum, ne lectum quidem attulerat, vnde in cubili Cæsaris diuersabatur, is post hos ludos, a paucis visus ac salutatus, a Cæsare tamen muneribus bene auctus, eo quo venerat modo discessit.

Inde Cæsar profectionem suam, in Cordubam versus Granatam, cum coniuge sua parabat, prius vero in discessu Ill.mo domino Duci Calabriæ, Reginam germanam relictam viduam nepotis M.tis v. S.mæ Domini olim, Joannis Marchionis Brandeburgen. connubio iunxit. Sic bonus iste Princeps, qui inter maiores suos, octuaginta Reges habuit, ex domo Aragoniæ, egestate ductus, in hac obesa anu desedit, et in scopulum, tot naufragiis famosum impegit, verum tamen ad presens ex auro et argento, qui hactenus fictilia in mensæ vsum habuit, vescitur, recteqz in hoc matrimonio, cum aliam spem non videret sibi consuluit, nuncqz natus ex Rege Vicerex Regni Valentiæ appellatur.

Venerat etiam circa hanc abitionem, Ill.ris dominus Henricus, Dux Brunsmicen. in Postis, et paulisper immoratus, in eisdem reuersus est. fertur q confirmationem fratris, quem, cum ex Prussia redierat, habitumqz professionis retinuerat. Magistrum ordinis, vniuersalem constituit, obtinuerit, et nescio quæ alia contra Ill.rem dominum Ducem Montis Regii, quondam Magistrum. Hæc mihi dominus electus Archiepiscopus Lunden., qui hic a Rege Daciæ extorri age:

bat, retulit. potissima tamen causa fuit, quod huc appulerit exercitus ille peditum, et quorundam equitum ab eo congregatus, et retentus in frisia orientali, quae alias Forstlia appellatur, quem vsui Caesaris seu potius expensis, et deinde Regis Daciae exulis applicare conabatur, et cum percrebuisset in Germania profectio Caesaris in Italiam, contendebat etiam vnus ex Ducibus istiusmodi profectionis fieri. Caeterum obtinuit quasdam litteras, contra ciuitatem liberam Goslariam, quae vna est de Vandalis, et illius ditioni adiacet, pro quibusdam argenti fodinis, vt vocant, quae illic habentur, easdem si posset vsurpare intebatur. Sic ille expeditus abiit. sequutus est subinde electus Lundens. de quo superioribus litteris, plurima Mti v. S.mae scripsi, is non omnino contentus discessit, rebus sibi commissis, non vndequaque ex animi sententia confectis.

Et ne quicquam Mtem vestram lateat, Scripsi alias Caesarem ex hoc coniugio, dotem nouem centena millia ducatorum habiturum, quae ingens summa, ad hunc modum decreuit. postquam consummatum fuit matrimonium, In primis pro mundo muliebri, quem noua sponsa adduxerat, defalcata sunt 50 millia Ducat. Iterum alia 50 millia, quae quondam Caesar a Rege Portugaliae in mutuum receperat, praeterea, ex hac summa, tria centena millia Ducat: sunt amputata, quae pro dote cum Leonora debebantur. item centum mille Ducati, quae Rex Portugaliae, in rebus et mercibus misit in Flandriam. In paratis Caesar, duo centena millia Duc. accepit; alia duo centena, duobus annis subsequentibus erunt persoluenda, vnde rumor longe rem ipsam excessit. habet nihilominus Caesar, cum nemini soluit, omnibusque modis conquirit pecuniam, cumque offitia, et omnia quaecunque potest obpignorat, ingentem auri vim compositam, quam vt aiunt ad profectionem suam in Italiam, et in alios vsus per omnem euentum conseruat, prudenter quidem, sed miseris aulicis incommodissimum.



Scriptum fuit eodem tempore ex vrbe, quomodo orator Mtis v. S.mae ad Turcarum Imperatorem missus, illic honestissime tractatus, et habitus fuisset. et quod Turca illi, quolibet die pro expensis quingentos

Ducatos dedisset, cumq; apud se in huiusmodi expensis, vltra medii Mensis decursu detinuisset, atq; bene expeditum, ad Mtem v. S.mam dimisisset, Cumq; in his nouis hic mihi aures pene defatigassent, Respondi: Infideles, et Barbaros, meliorem ac digniorem habere æstimationem, de Mte v. S.ma, quàm eos, qui et sanguine iuncti, et ex debito christiano Mti vræ sint deuincti, illam nihilominus ea facturam, quæ pruden.mo, et chri.mo Regi bene conueniunt, essetq; longe alia ratio tractandi Oratores apud nos, quam vt hic vsu receptum est, qua de re vicissitudine quadam, per alios principes beniuolentiam et liberalitatem nostris rependi. Ad hæc conticuere omnes confusiq; ora tenebant.

Per idem tempus, Cæsar cum Imperatrice, paucis comitatus Cordubam se contulit, omnibus aliis oratoribus, Cancellario, et consiliariis Granatam præmissis, huc itaq; xx vi Maii applicuimus, fuitq; in hospiciis conquirendis, nouus ordo compositus, vt si illa pecuniis mercaremur, in tantaq; ciuitate difficulter etiam sic conducta haberi potuerunt, Nam maior fere pars Mauris adhuc, sub nomine tantum christiano habitatur, qui sibi ab omnibus aduenis, præsertim Hispanis, summopere metuebant. Data mihi tamen fuerunt, cum hic paruæ casulæ sint tria hospitia, a primo 5. a secundo 3. a tertio duo ducati, quolibet Mense erant soluendi, lectos vero, pro famulis seorsum emi, in illis enim casulis nihil præter parietes visitur. Sic indies in hac Curia, quo vlterius Cæsarem sequimur, maiores accrescunt expensæ, quæ me certe male afficiunt, quandoquidem multæ pecuniæ absumuntur. Hoc vno Mense præterito, a xii Augusti, vsq; ad xii Septembris, cum expeditione istius Nuncii, quem paulo ante misi, ac cum emptione et reparatione vestium hiemalium Ducentos Ducatos exposui, alias etiam ordinariæ, atq; extraordinariæ, pro vestræ Regiæ ac Rlis Mtis decoro seruando plurima expenduntur, quæ igitur toties scriptis meis refrico, et inculco, ne quispiam fidei meæ, vel minimam notam inurere queat. In hocq; elaborabo, quoad eius fieri poterit, coram aliquando, Deo bene fauente, de omnibus præter suspitionem, dignam rationem habiturus. Mihi hic neq;

seritur, neq3 metitur vnde viuere possem, Neq3 in tam longinquis regio:
nibus quicquam mihi est, quod adminiculo expensis M.tis v. S.ma accede:
re posset, omnia quæ ad vsum domus et corporis, a vertice, vsq3 ad calcem,
sunt necessaria ex illis comparantur. Nihilominus, et ea quæ domi ha:
beo, ex hoc Sacerdociolo columbino, ad honorem vtriusq3 M.tis impen:
duntur, preter alia adhuc debita. Sed de his iterum hactenus.
Appulit tandem huc Cæsar 4 Iunii præteriti, magna istorum hic hominum
pompa exceptus, cum vero vsq3 ad portas Ciuitatis venisset, inuenit eas
occlusas. Sic enim hic in more positum est, q antequam Reges ingrediantur,
iurant primum omnia priuilegia, et immunitates ab aliis Regibus con:
cessas se obseruaturos. Inde iam sera nocte, cum facibus, quandoqui:
dem tardissime in tanta hominum frequentia procedebatur, perductus
est ad ecclesiam maiorem, quæ ex Moschea Sarracenica, seu Maurica
est consecrata, et circa illam capella ingens Regia, et Regio luxu
constructa, in qua M.tis suæ Ces: Auus, et auia materna, Ferdinan:
dus et Isabella, a quibus hoc Regnum captum est, et Philippus pater,
claris conditi sunt sepulchris, Ibidem nocturnis sacris, et ceremoni:
is peractis, ad castrum Halahambra supra hanc ciuitatem eminens,
de quo tanta prædicantur, et q.d Reges Mauros in deliciis habuit ascendit.
Postero die, conueni Cæsarem, et de rebus mihi commissis, vt supra etiam
attigi commonui, responsumq3 vetus, quod in Toleto, et in Hispali da:
re consueuerat, more solito obtinui, hoc est, se his negotiis velle in:
tendere, quamprimum foret possibile, quod cum magno Cancellario re:
tulissem, hoc idem inquit, et mihi est pollicitus, experiemur inquam
quid hic sit futurum, Nam rerum omnium resolutionem huc distulit, vnde
vt paulisper ab vlteriore sollicitatione me continerem, donec sal:
tem in consilio aliarum rerum fieret exordium consuluit, quod feci. Cæ:
terum post pauxillum, iterum conueni Cæsarem, refricans illi omnia, per
modum epilogi, exaggerando tot moræ incommoda, et iustitiæ M.tis
v S.ma detrimenta, quibus indignis modis afficeretur, qua de re
memoriale vt hic vocant, in scriptis desuper a me postulauit, et
se his rebus breui finem impositurum promisit, quod illi sequenti die

in manus dedi.

Subsequutus est postea, vt supra scripsi, Vice Regis aduentus, et tot mei cum Cesare congressus, atque ea expeditio, quam nouissime cum proprio Nuntio transmisi, vnde quo in cardine, eo tempore res versabatur, Mtas v. S.ma, et ab ipso Nuntio, et litteris quas secum tulit habunde intellexit.

Alia quae hic hactenus euenerunt, de quibus in nouissimis nihil attigi, ne Nuncius cum illis, aliquod impedimentum, seu discrimen inter eundum subiret, sic habent in compendio.

Cum iam rumor iste de non obseruatione tractatum in Madrillis confectorum passim inualuissent, variae multorum erant sententiae, vt in huiusmodi nouis fieri solet, presertim cum iam constaret Summum Pont: Regem Angliae, Venetos, et Ducem Mediolani, cum Rege chri.mo noua confecisse faedera, quae primum plurimorum animos perculerunt. vnde omnes fere hic alii oratores, pro hostibus, ac exploratoribus, me excepto, sunt habiti. quapropter, vt negotiis Mtis v. S.mae, in his turbis a Caesare, aliquam inirem graciam, me ad illum contuli, et dixi me audiuisse, quibus modis, quondam amici, facti illi inimici fuerint, et qualiter posthabitis promissis et faederibus, per nouas inter se pactiones, contra eum conspirassent, quandoquidem id illis, iam pridem fuisse peculiare semper. Non tamen adhuc desertum eum esse ab omnibus. Deberet enim sibi certo persuadere, de Mte v S.ma quae non vt alii christiani Principes, facili momento, huc vel illuc impellitur, quod integerrimo, atque optimo fratri, consanguineo, et amico conuenit. Neque ea de re, in illius Aula, potissimum agere, quo amor, et obseruantia, Mtis v. S.mae, erga illum, omnibus redderetur testatior, exploratiorque. Proinde, si quid per me velit in rem, et vsum suum, Mti v. S.mae significare, quae procul dubio operam suam, nunquam illi esset negatura, me id oppido quam libentissime suscepturum, omnique studio, et diligentia, apud Mtem v. S.mam procuraturum.

Ad quod ille alacri vultu inquit, verum est, facta sunt contra me noua faedera, propter pietatem et nimiam humanitatem meam, illa tum

diu durare non possunt. Deum itaq; deprecabor, vt iustitiam meam, con:
tra hostium meorum molimina, adiuuet, et ego me etiam quantum possum iu:
uabo, habeoq; vobis gracias de vestra exhibitione. Nunq; de domino vestro
fratre meo Rege Polonie dubitaui, quem expertus sum esse prudentem,
et vere christianum principem, ille etiam sibi de me vicissim, id, quod
bono fratri, et amico conuenit persuadeat. Si quid in his per vos fieri
decreuero, a magno Cancellario intelligetis. sic me, in omnium con:
spectu, nam eo tempore post prandium a mensa surgebat, hilari
fronte humaniter me arridendo a se dimisit. hinc paulopost nego:
tium Barem, et ea expeditio, quam misi, nuncq; his duplicatam inse:
rui, cepta fuit tractari, hoc colloquium, quoniam e re mihi co:
modum videbatur a meipso cum Cesare habui. Speroq; id, cum
non fuerit inconueniens, M.tem vram̃ S.ma, non egre laturam.
Hec dum sic agerentur, venit huc xx Iunii preteriti, orator
Regis chri.mi, presidens Burdugalien, quem Cesar in publico au:
diuit. hic fertur longa oratione nomine Regis sui, Cesari ha:
buisse gracias, ꝙ illum tam humaniter, in captiuitate tractauerit,
et a se sub certis conditionibus dimiserit, quibus iam in aliqua
parte satisfecisset, reliquis idem facturus si in illius facultate
consisteret. excusando in his Regem suum, modis quibus potuit
commodioribus, plurimum ab illo amoris et beneuolentie offe:
rens, modo tractatus inueniri possent, quibus sororem Cesaris,
per verba de presenti promissam, et filios suos obsides recupera:
re posset / hec fuit summa / ad que responsum est / ꝙ Cesar Regi
Chri.mo eam fraternam beniuolentiam ac benignitatem exhibuis:
set, factum fuisse ob eam opinionem, quam de illo concepisset,
vt pote, que de quolibet bono Principe haberi debeat. hoc si
frustrabitur, ille viderit cui incumbit q̃ id decorum et hone:
stum. Si secus ageretur, sit futurum Cesarem ea fecisse pro
totius christiane Reip. tranquillitate et commodo, que in his
periculosis turbinibus, cum infidelibus expedire videbantur,
et quo tandem vniuersalis aliqua pax in orbe christiano con:

fici posset. Quod vero aliquibus pactis iam fuerit satisfactum, nondum esse compertum. qua de re neque sponsam, sub certa conditione promissam, neque obsides Regem chri.mum unquam habiturum, donec omnia in articulis desuper confectis compleantur. Ego hic utramque partem comperio pertinacissimam, una prorsus vult habere, alia omnino nihil reddere, quod sine alicuius partis periculo nequaquam poterit dirimi.

Postridie eius diei, quae fuit sancti Barnabae, Caesar vocatis omnibus Oratoribus, contulit se ad Ecclesiam hic maiorem, et cum iam de castro descendissemus, venit etiam orator Gallicus, cui cessi dextram partem, habentes Caesarem in medio. Inter eundum obtulerunt se aliqua, quae consulto transeo, commonui tamen Caesarem de negociis, de quibus me verbis solitis, brevi inquit, et quantum est possibile absolvit. In ecclesia tandem cum eodem oratore, viro certe humanissimo consedi, multaque contulimus, et quia mihi vicinus est hospitio, postquam conduxeramus Caesarem, una usque ad diversoria nostra divertimus. Ille superiori die, cum hinc nuntium mitterem, litteris eum ut per Galliam ire possit munivit.

Neque hoc omittendum est XVI ipsius Junii, pransus est mecum Camillus. Ducis olim Mediolani Francisci Secretarius, de quo alias scripsi, vir doctus, et bene industrius. is pauloante redierat missus hinc ad ducem dum obsideretur. Dixit illum male valuisse ex toxico, nescio a quo dato. et quod a Caesare, nihil aliud quam iustitiam, et admitti ad respondendum coram non suspectis iudicibus peteret, contra ea quae adversus illum falso fuissent Caesari delata. Sed adhuc omnia hic in moras protrahi, unde forsan Ducem ipsum in desperationem aliquam, et ad ea, quae prius nunquam cogitasset cogi. Inter alia etiam mihi retulit, Dominum Ducem, nunquam super statu Barum questionem fecisse. verum tamen, ab eo hic exactum fuisse, cum Ducatus Mediolani investituram postulasset, quod iuribus suis, si qua super statu Barensi haberet, in manus Caesaris, vel alterius inquit cederet, quem nominare adhuc noluit, dicens illius ope, negotia Ducis sui egere. quia Borbonem cum Vicerege pessime convenit, hanc tamen cessionem non fuisse factam, ea de re, quod cum Dux nullum hinc commodum esset

habiturus, ne etiam consanguineis suis, sine suo emolumento, detrimentum et difficultatem inferret, nihilque esse Rli Mti, de illo, metuendum, Nam etsi forte iustitiam haberet, non tamen illi essent tantae pecuniae, quibus statum ipsum, iuxta inscriptiones, et privilegia redimere posset, haec ille. Intellexi nihilominus certo ducem ipsum cessisse, quod si ita est necne, puto utcunque negociis id Regiaalis Mtis nihil posse nocere, cum ipse miser Dux Castro et Statu Mediolani, sit per ducem Borbonem deiectus, et hostis Caesaris cum defecit ad Venetos iudicatus. quemadmodum hoc latius ex Italia, Mtem v. S.mam, noscere existimo.

+ Specialim rebus Ret. mtis stan. 69

Vigesima quarta Junii, ad honorem Mtis v. S.mae, venerunt ad me pransum, Ill.mus dominus Joannes Albertus Marchio Brandenburgen, Nepos Mtis v. S.mae, qui alias me interdum, quo dignitatem ac aestimationem Mtis vrae apud istas nationes augeat, saepe invisere solet. Iterum Rmus dominus Episcopus Brixinen, Maximiliani Caesaris naturalis, Dominus Comes de Montfort, et Doctor Brantner Secretarius Mtis Ces: cuius opera hic utor saepius, Rndus etiam dominus Praepositus, de Waltkirchen, Cancellarius hic Imperii, cum illo, in hoc convivio, exorsus sum convencionem et colloquium, quod a domino Comite de Nassau, postulabam, illumque ad eum praemisi, edoctum de omnibus difficultatibus et moris, quae hic rebus Mtis v. S.mae ingerebantur. Caeterum, cum domino Marchione, in longum sermonem incideram, de Wratislavien et Plocen episcopatu, nullasque habuit fratri suo gracias, qui cum suis turbis, adeo apud Mtem v. S.mam impedierat, unde ad praesens hic cogitur exulare, ubi parua illius ratio habetur. Rogavitque me plurimum, et eum maximopere Mti v. S.mae commendarem, de qua firmam concepisset fiduciam, cum pro necessitudine sanguinis, tum etiam pro ea devotione, qua suis obsequiis ubi unquam aliquid posset, Mti v. S.mae esset devinctissimus, illam sibi aliquando profuturam. Est profecto optimus, et humanissimus Princeps, vereque ecclesiasticus. Si aliquando Car.lis Maguntinus decederet, cuius coadiutor est, pro sua propensione, quam erga Mtem v. S.mam praesefert, posset illi in omnem eventum non vulgariter commodo

esse, et honori. quem igitur quantum mea facultas, et meae vires possunt,
sic ut illi pollicitus sum, Mti v. S.mae maximopere commendo.
Cum de duce Borboneum incidit mentio, illius successus, non abs re, in no-
titiam Mtis v. S.mae deferre censui. hic cum iam longo tempore, fuis-
set Barchinonae, collegeratque non contemnendam classem, qua in Itali-
am traiiceret, deinde consilio domini Cancellarii, qui ipse, id mihi re-
tulit, relicta classe, de qua rumor erat publicus, quod post aliquot dies sol-
vere debebat, inscendit quadam nocte, preter omnium opinionem, Celocem,
seu Liburnicam, vulgo Bergantinam, ad id, in quodam alio portu, clan-
destine dispositam, et tertio die, quae erat 29. Junii, per omnes hostium in-
sidias, incolumis Genuae applicuit. Inde cum audisset, post mortem Marchionis
Piscariae, quem aiunt veneno interiisse, inter milites Caesarianos, castrum
Mediolani obsidentes quasdam seditiones subortas, receptis secum ex
Genua, tribus millibus ~~equitum~~ militum, quam celerrime potuit Mediolanum in
castra Caesaris, cum omnium summo gaudio pervenit, compositisque turbis,
cum intellexisset adventare hostes, ut castrum assererent, et com-
meatu sublevarent, eodem die ipsos hostes, cum eorum magna ia-
ctura repressit. et acerrime obsidionem continuavit, adegitque
paulo post Ducem Franciscum, ut castrum, et se se Caesari de-
deret, sub his conditionibus, quod Comum oppidum ad Larium Lacum
cum triginta millibus Ducatorum annuis, donec se iustificaret,
et purgaret Caesari, pro victu et sustentatione status sui
haberet, quibus ille non contentus, timens forsan conscientia
admorsus, ne ex Como mitteretur in Hispaniam defecit ad
Venetos. Ipse vero Dux Borboneum, habita hinc secum investi-
tura, potitur hucusque Ducatu, quod quamdiu durabit exi-
tus docebit, continebit se nihilominus in eo quoad poterit.
Cum enim in Gallia omnia amiserit, in hoc statu cum castro,
procul dubio, sic se firmabit et muniet, cum alias sit
princeps rerum bellicarum peritissimus, ne facili negotio a-
moveri possit
Advenerat huc etiam per Gallias, Ill.mus dominus Frede-

ricus Comes palatinus Rheni, 21. Junii, De cuius aduentu plu:
rimae hic erant fabulae, haec tamen potior fuit causa, quod huc se
contulerit, vt debitum suum, pro seruitiis olim M.ti Ces: impensis
consequeretur, quocirca factus est cum illo calculus, donatusque
patera
praeterea aurea, quae octingentos Ducatos valebat, et duo:
bus millibus Ducatis, vi Julii hinc discessit. | Fuit hic passim ru:
mor, quod Vicerex Regni Neapolitani fieri debuit, Nam hoc offi:
tium illi superiori tempore, priusque huic qui nunc est, datum
fuit, repressus tamen ab isto coactus erat cedere. proinde, ad
eum me contuli, et pro veteri illa humanitate, qua me, ante
tres annos Nurnbergae tractauit, precatus sum illi in hoc
offitio multam faelicitatem. Ad quae ille subridens, Consu:
litis ne? inquit Mihi in his turbinibus, relicta Germania,
et dominiis meis, vt me tam manifestis subiiciam periculis.
Jam inquam, satis seruiui, et expertus sum. Reliquum vitae
quod deus dederit, domi, apud meos absumendum est. Subin:
tuli. Si tale offitium, ex re illius fuisset, nihil M.ti vrae S.mae
accidere potuisse gratius. Nam sub eo, Status Barensis, in
commodiore tranquillitate, et iustitia, quam hactenus con:
seruatus fuisset. respondit, se etiam in Germania, M.ti v.
S.mae bene inseruire posse, idque se semper oppido quam liben:
tis.me facturum pollicebatur, sic bonus iste princeps in Po:
stis, cum iam de pace vlteriore, dubitari ceptum fuit, reditum
ad suos maturabat, Scripsit tamen mihi nuper Fabianus meus
ex Burgos, quod intellexisset illum adhuc apud Regem Chria:
nis.mum in Gallia commorari, cum hic aliud non sciatur,
quam quod sospes domum attigisset.

Fuimus hic quarta Julii, non in paruo timore, et discrimine,
ob terrae motum, qui primum inter vndecimam, et duodecimam
horam noctis subito factus fuit, certe satis acer, tamen sine
alicuius damno, et periculo. et iterum hora secunda, et
postremo hora quarta in aurora eundem sensimus, sed

mitiorem, q de quo hic plures plurima vaticinabantur. Ego tamen nihil inde aliud, quam Viceregis aduentum presagiebam, qui paulopost Nona eiusdem Mensis, vt supra descripsi, nocte intempesta appulit.

Sub idem tempus venit huc nouum, q triremis in qua aduectus fuit Rex franciae, ex Italia in Hispaniam, ad Mauros in Aphricam delata fuisset, quod sic habuit. In portu Hispalensi seruantur tres triremes, pro custodia angustiarum, inter Gades, Calpen et Abylam, istae triremes de more exiuerant, et cum hoc prima potior, quae Regem Chri.mum vexerat, longe alias, vt alias consueuit praecederet. Milites quidam et Nautae in illa iam longo tempore, non habitis suis stipendiis, Capitaneum triremis Bortunum, cui Caesar etiam plurimum debebat, cum adhuc in portu, contra illum conspirassent, apertis, et ruptis catastis, et compedibus captiuorum, in cubili Regio dormientem occluserunt, aliis omnibus, qui partes Capitanei tuebantur interfectis. Sicque in Aphricam ad Regem de Phees appulsi, triremem vna cum Capitaneo illi donarunt, captiuos in libertatem, et se in seruitutem redigentes, tantum potest desperatio. In ea triremi erant tales camerae, et vere Regio luxu exornatae, quales ego supra aquas nusquam prius viderim. Dii faxint, vt quemadmodum illa Regem Chri.mum, sic etiam Regem istum inchri.mum de phees aliquando hic adducat. Sed frustra precamur, atque ominamur. Cum adhuc aliae causae alios pariant effectus.

Legatus pontificis Rmus Car.lis Saluiatis xvii eiusdem Iulii, cum iam ista Liga pontificis, contra Caesarem publica habeatur, absente Caesare, de industria ne illum conduceret quemadmodum venientem exceperat, hinc abiit. Male audiebat, etsi plerisque obtemperatum fuisset, adhuc retentus esset, sed praeualuit religio. Ego cum, donec hic esset, frequentare non ausi, ob suspitionem potissimum, quae Caesari de arce Baren

fuit ingesta, ne illa in manus Pontificis daretur. Neqz hoc so:
lum de Pontifice, boni viri hic sunt suspicati, verumetiam quod
magis ab omni prorsus ratione, et æstimatione Mtis v. S.mæ,
quæ ab omnibus Chri.ma habetur, alienissimum est, commenti
sunt Arcem istam Turcis, in his induciis confectis tradi
debere, quod ita ad se delatum, ipse Cæsar mihi ferme fassus est.
addens tamen sibi nihil aliud de Mte vra persuadere, qz id q'd
bono fratri, et Christiano Regi conuenit. quandoquidem cum
talem delationem illi factam compertum haberem, subinde
me ad eum contuli, et dignis rationibus Mtem vram excusa:
ui. Rogaui vt tales delatores melius cognosceret, qui tam
friuole, falsum dicere non erubescerent, quo sciret, quatenus
illis deinceps foret credendum.

Scripsi paulo altius, quomodo, cum domino Preposito de Walt:
kirchem egissem, vt me in colloquium, cum domino Comite de
Nassau, perduceret, quod ille diligenter effecit. quocirca
decima octaua Julii, idem dominus Comes, cum prius ad lon:
gum mecum de omnibus fuisset colloquutus, me secum in prandio
habuit, et humanissime tractauit. Illi ego ingenue exposueram
omnia, quæ hic falso de Turcis, et aliis contra Mtem vram
S.ma Cæsari delata fuerant, et præterea istas difficulta:
tes, et moras, quæ per Viceregem, rebus Mtis vræ hic in:
gerebantur, et q Cæsar, tanto tempore, neqz literis Mtis v.
neqz relationibus meis illi coram factis responderit, mentemqz
suam in his declarare grauaretur. Rogabamqz vt si negociis
Mtis v. S.mæ, nihil aliud impetrare posset, saltem Cæsarem
induceret, vt aperte, quid tandem de Statu Barem apud se
statuisset, responderet, ne sic Mtem vram in perpetuo ver:
saret dubio. Ad quæ ille contracta fronte, qua condolere vi:
debatur, inquit. Indignum fore ad eum modum inter tantos
principes tractari, seqz cum Vicerege in primis, et deinde
cum Cæsare desuper loquuturum. et q istæ suspitionis, quæ

a quibusdam contra Mtem vram, hic ex maleuolentia haberentur, nihil excelsæ virtuti, et æstimationi Mtis v. S.mæ obessent, Compertu enim haberetur a Cæsare, et omnibus, quantu fidei, et religioni Mtas vra afficeretur, et vtina inquit, multos tales Reges haberemus, promisitq vbi Mti v. S.mæ aliquando inseruire posset, omnem operam. Post aliquot dies, cum redisset cu Cæsare, et Vicerege, ex quadam venatione, iteru eu conueni, dixit mihi se fuisse loquutu cu Vicerege, et q ille omnia in rem Mtis vræ polliceretur, sed inquit, Cor illius non perspexi, Multi multa cupiunt, quæ tamen non semper eueniunt, Nihilominus bene sperare me iussit.

Prima die Augusti, auspicatus omen, a Natali Ser.mi Magni Ducis Lithuaniæ, filii Mtis v. S.mæ. accessi iteru Cæsarem, dicebatur enim vicerex indies discessurus, vt ante illius abitionem, certum de arce Baren finem haberemus. Rogauiq eum et ipse semper Augustus vocaretur, rebus nostris tandem etiam Auguste responderet, illic mihi Mtas sua Ces: certam expeditionem pollicebatur, quam vt infra patebit, sum assequutus.

Post aliquot inde dies, venit huc quidam Nobilis, per Postas ex Anglia ad Cæsarem, et ad Eduardu Leu oratorem hic Regis Angliæ missus, qui etiam me aliquoties accessit, is mihi dixit, quomodo, quidam cubicularius Mtis v. S.mæ in Angliam venerit, Regiq ibidem a Mte vra litteras, cu quibusdam commissionibus, coram expositis, dederit, et qua bene ille habitus, et donatus discesserit, seq ex illo intellexisse, Mtem vram S.mam, in Prussia Gdani agere, ibidem centu et aliquot factiosos de Lutheranis cepisse, et 40 ex illis affecisse supplitio, quod quanto me impleuerit gaudio, scribi nequit. Dolui tamen his de rebus, et de aliis quæ apud nos aguntur, ne iota quidem ad me esse scriptu, cu ad alios hic Oratores, ex illoru regionibus omnia defe-

rantur, hisqz potius, qz fama creditur. fitqz quoties ad Aulam
venio, q̄ semper de nouis partium nrarum, aliquando etiam ab i:
pso Cæsare interrogor, etsi recentes, vt vocant a Mte vra ha:
beam litteras. Ad hoc interdum, id quod possum respondeo, iamqz
annus præteriit, q̄ nullas acceperim. Nihilominus cum his no:
uis Cæsarem accessi, eaqz ex ordine recensui, quæ illi fuerant
admodum grata, quesiuitqz de his quadraginta supplicio affe:
ctis, quales fuerint, dixi illos plebeios, et capita factionum fu:
isse, Bonum inquit foret, si alibi etiam fieret.
Ad ea ego occasionem nactus, insignem mihi et meis hic ab In:
quisitoribus factam ignominiam, atqz iniuriam dixi, qui istius:
modi Regis sumus, cuius hac tempestate, per orbem Christianum
in castigandis Lutheranis, et tuenda fide ca.ca non habeatur
similis. et qui sub sua ditione, talis hæresis, et sectæ homi:
nes, quoadeius fieri potest, nequaqz patiatur, vnde sua Mtas
Ces: liquido meam, et meorum innocentiam cognoscere posset.
Respondit, de Mte vra, nunqz sibi aliud persuasisse, quam
id, quod Christiano Regi conuenit, neqz de me, cum iamdudum
illi notus essem, aliam se, qz bonam, et Christianam opinionem
habuisse vnqz. quod vero hæc aduersitas mihi accidisset
magis casui fortuito, et malignitati quorundam, quam recto
iuditio esse ascribendum. Non parumqz id eum afflixisse, que:
admodum et mihiipsi, non foret incognitum, quam operam, pro
liberandis famulis meis impendisset. quod certe verum est, ex:
pertus sum hanc tribulationem meam, illi cordi, et curæ fu:
isse, Namqz vt famulos meos liberaret, vni de Inquisitori:
bus Epatum dare coactus fuit.
Nihilominus, hinc abire, non integrum mihi duco, sicut fabi:
anus latius referet, nisi sub saluo Conductu Cæsaris. isti enim
hic de inquisitione, diu solent, donec commoditatem suam
nanciscantur, insidiari his, contra quos semel odium, et
qualemcunqz etiam suspitionem conceperunt, neminemqz cu:

zant, dummodo expiscentur, id ad quod inhiant tam cæca
prædæ cupiditate ducuntur. hocq; nuper præclare, contra
duos fuggarorum factores, bonos certe iuuenes declararunt, qui:
bus etiam nulla alia de re struxerunt insidias, q; q sunt Germa:
ni, et q de Luthero qualis esset dixissent, et precipue, q plurima
bona, si caperentur, ab illis sperent, qui tamen de illorum mo:
liminibus certiores facti, in Portugaliam profugerunt, alias in
summo fuissent discrimine.

Allatum etiam eo tempore, huc fuit nouum, q S.mus Rex Hun:
gariæ, profligasset quadraginta millia Turcarum, et quinq;
pontes, super Sauum fluuium ab illis constructos intercepisset,
quod vtinam sic esset. fuit ideo hic gaudium non mediocre, dice:
baturq; passim Regem Hungariæ Turcas, et Mtem vram Lu:
theranos profundisse (pessumdedisse), idem Nuntius Anglicus hic asserebat,
magnam vim auri Regem Angliæ, in suppetias Regi Hungariæ
misisse, fuit etiam paulo post dictum, q Rex Portugaliæ 50
millia Ducatorum, itidem Regi Hungariæ misisset, et q Rex
Franciæ hanc pecuniam retinuisset in Gallia, de quo cum ma:
gnum Cancellarium interrogarem, non de retentione, sed de pec:
uniis, ex Portugalia missis dubitabat.

His diebus adhuc dominus Magnus Cancellarius, vt prius ali:
quoties scripsi, omnino relinquere Curiam statuerat, roga:
ueratq; Cæsarem, vt eum præmitteret in Italiam, vt saltem
domui suæ ordinem faceret, et res suas componeret, ibidem
se illum expectaturum, q si tam cito in Italiam non concede:
ret, se rursus in Hispaniam reuersurum. Super hac petitione
Cæsar illi indies respondere pollicebatur, quod tamen satis
diu fuit protractum. Vocato tandem eo in colloquium, his mo:
dis eum hortatus est, vt maneret, quemadmodum ipse domi:
nus Cancellarius mihi retulit. In primis, q videret paucos
se habere, quibus in his turbinibus bene fidere posset, et
q iam fidem, et integritatem eius haberet perspectiorem,

neminemqȝ sciret, qui negotia omnia aulica, et presertim ea, quæ iustitiam spectant, melius ꝗ ipse dirigere, et disponere posset. quocirca non conueniret, ꝗ ad presens abiret. Compertam præterea haberet inopiam eius, et quantū debitis implicatus esset, in quibus eum breui releuare, ac dignam meritorū suorū rationem habere vellet, ꝗꝗȝ adhuc perseueraret, paulopost futurū vt simul in Italiam proficiscerentur. his deuictus, bonus iste Senex, vt ipse mihi retulit. Ego inquit. Si puella natus fuissem, impulsus precibus, non diu virginitatem retinuissem, permisit se a Cæsare, cum omniū, et potissimū meo non vulgari gaudio, iterū illaqueari.

Si hoc bono viro Curia ista tam perplexa careret, nescio, quem ordinem esset habitura. Nam illo adhuc hic existente, omnia negotia cum difficultate, et variis dilationibus tractantur, licet ipse dexteritate sua prosit ꝗ plurimis, quid fieret si abiret? cum hic nemo sit, qui illi prudentia, rerū gerendarū peritia, eximia virtute, et singulari in omnes humanitate comparari possit. Ille profecto, ex ipsa rei æquitate, negotiis Mtis vræ S.mæ Barenbus, constanter fauit, et me quantū potuit, in his actionibus sæpius confirmauit, promisitqȝ mihi nuper. Si forsan cum castro Barenꝰ, ante exitū Viceregis finis non haberetur, ne hoc me turbaret, effecturū se apud Cæsarem, etiam post illius discessū ne ea in re, preter iustitiā quicquam fieret, neqȝ se quicquā signaturū, seu subscripturū, quod non foret iustitiæ conueniens. Ego certe id de eo expertus sum, ꝗ neqȝ promissis, neqȝ muneribus capi potest, licet tantum debeat, vt ipse mihi fassus est, vltra summā triginta milliū Ducatorꝫ, quod ingens debitū in seruitio Mtis Cæs: contraxit, nihilominus 50 millia Ducatorꝫ, qui illi fuerant promissi, certiqȝ habebantur, vt saltem sine detrimento Cæsarꝫ, Regi Chri.mo, et illius negotiis faueret, plane abiecit, nullamqȝ conditionem suscipere voluit, et oblatorem,

qui fuit Archiepiscopus de Ambrun, non sine responso se digno ab-
soluit, idq; non seorsu solu, verumetiam in Caesaris et totius con-
silii presentia. Igne auru, et animus hominis auro probatur.
Quamuis vt supra scripsi, dominus Cancellarius mihi promisisset,
post abitionem Viceregis se commode expeditionem castri Ba-
reu tractaturu, non tamen destiti indies vrgere, immo et molesta-
re Caesarem, Satius esse ducens, vt hic presente Vicerege, ali-
quid certi conficeretur, ne q iteru Neapoli, noue, et longiores
vt prius, de his disputationes fierent, sicq; in perpetuo turbine
volueremur. Ideo per totum istu Mensem qua primu Fabianus
abierat, nihil feci aliud, qua quottidie in oculis esse Caesari,
sumens exemplu, ab illa muliere in Euangelio, quae sua impro-
bitate seu importunitate, duritia inqui Iudicis superauerat,
quo factum est, q Caesar toties a me impulsus, ac etiam per quos-
dam alios, et precipue per dominu Comitem de Nassan, quem
ad id summis precibus induxi, vt tandem post vigesimu Men-
sem, XX die Septembris nouissimi, mihi responderit, non vt
prius, hoc est breui, et quantu est possibile, sed certius his ver-
bis. Ego cogitaui de rebus vestris, et commisi magno Cancel-
lario, vt vobis respondeat, ab eo omnia intelligetis. Ad ea in-
gentes illi ei gracias, et subito me ad Cancellariu contuli.
qui cum primu me vidisset, subrisit. Negotiu inquit vru, iam tum
demu est commissu (libuit illius verba subscribere) heri inqua
Caesar, quoddam memoriale vru protulit, et postulauit, quo modo
de castro Barensi agi, et prouideri oporteret, dicens. Nescio,
quo modo hoc negotiu, tamdiu est protractu, et quis in causa
fuerit, fortassis egoipse, per tot occupationes, quibus hactenus
eram distentus / ad quod ego, certe orator Polonus, nulla Mti
vrae impingit culpam, magis Viceregi, qui suo in Toletu ad-
uentu, cum litterae obseruatoriae ea in re fuissent decretae, illas,
et alia omnia decretata impediuit, ad quae nihil respondit, sed
rem agressus est, commisitq; mihi vt scriberentur litterae qui-

bus Decretum prius factu manceret in vigore, hac tamen adiecta
conditione, q a S.ma domina Regina debeat constitui Castella-
nus gratus, et fidus suæ Mti, aut Viceregi in loco illius, is iu-
rare debebit, se castrum hoc fideliter, pro Mte sua Ces: et
domina Regina conseruaturu. hæc fuerunt verba Cancellarii,
ad quæ subinde respondi, q Mtas vra, et S.ma domina Regina
de hac expeditione, neutiq possent esse contenti, cum ex Dia-
metro, priori decreto repugnaret, quandoquidem hac noua
conditione, videretur Cæsar, tantu iuris habere, in castro,
quantu Mtas vra S.ma, cum sua coniuge, quod citra insi-
gnem iniuriam fieri non posset. Præterea. Si iterum Vice-
regi facultas datur, q illi gratus Castellanus eligi debeat,
nullum fortasse gratu illi posse inueniri. quemadmodu, vt
in tritis fabulis est. Marcolphus habita optione, nullam
arborem, qua suspendi debuit, cum per omnem siluam du-
ceretur, gratam inuenire potuit. Sicq iteru nouæ difficul-
tates, et nullus finis haberetur. foret itaq satius, et com-
modius, q hic confirmaretur Castellanus a Mte Ces: et is pre-
sertim, qui prius Neapoli, gratus, et acceptus Viceregi fuerat,
ex quinq Nobilibus, et patriciis viris illius Regni electus.
Dominus f. Ludouicus Pagotus, ne in istiusmodi electione illic
in regno facienda, nouæ suborirentur turbæ, et dilationes.
quod cum audisset dominus Cancellarius, consuluit, vt cu his,
iteru adirem Cæsarem, si quid certius impetrari posset, se
etiam operam suam impensuru.

Confeci igitur aliud memoriale, cum verbis decreti, cuius e-
xemplu his inclusi, et postero die conueni Cæsarem, habuiq illi
in primis gracias, q tandem de castro Baren mentem suam de-
clarasset, dixiq, quale responsu, a domino Cancellario accepissem,
ex illoq difficultates suprascriptas exposui, et Ludouicu Pagotu
Memoriale hoc illi offerens illi nominaui, quod cum accepisset,

Exemplu Supplicationis.

S. Ces. et Cath.ca Mtas.

Cum tandem Mtas vra S. confirmauit decretum suu hactenus non obseruatu, quod ante viginti Menses, in Sublatione sequestri Status Baren tulit, hoc videlicet de verbo ad verbu hic annotatu.

Q. Castru Baren, eius qualitate, et importantia inspecta, decerne aliter sit cognitu custodiatur nomine et impensis, ipsius S.me Reginæ Poloniæ, pro qua custodia teneatur prius dicta, S.ma Regina, deputare Castellanu, nobis fidu, et gratu, qui anteq. castrum prædictu, ad manus eius tradatur, in ipsiusq. offitii adeptione, iurare, et promittere teneatur, quod si causa cognita decisum, et determinatum fuerit ipsum castrum cum suis pertinentiis, eidem S.mæ Reginæ non pertinere, seu per sententia illius proprietas, seu possessio, alteri adiudicata fuerit, idem castellanus dictum castru cum pertinentiis, in exequutione iudicati relaxabit illi, vel illis, quibus dictu castru, vt præmittitur, adiudicatu fuerit.

Supplico itaq. Mti v. S.mæ, vt hoc idem decretu, sic vt iacet in forma, obseruari, et in exequutionem deduci committat, ac serio demandet. Et ne circa electionem Castellani, aliqua suboriri possit noua difficultas, dignetur Mtas v. S. consentire, q. nobilis Ludouicus Lecz otus, qui prius, per Ill. vicerregem inter quinq. viros patritios Regni Neapolitani, illi nomine S.mæ dominæ Reginæ presentatos, pro Castellano fuerat susceptus, hic etiam coram Mte v. S. presente adhuc Vicerege pro Castellano constituatur, et ad nihil aliud astringatur,

quam ad id, quod in Decreto Mtis v. S. supra scripto est expressum, Rem priori suae voluntati, et sententiae, quam in his mutare non solet, et Justitiae dignam facturam.

respondit se personam illam non noscere, sed velle ab aliis certior fieri, qualis esset, et tum id facere, quod fieri posset. Scripsi itaque domino Cancellario, cum ingrederetur consilium paruam cartham, vt istius rei mentionem faceret. Proinde me paulopost, rursus ad illum contuli, vbi twille memoriale meum a Caesare acceptum mihi ostendit, dicens iterum fuisse non paruam ea re in re disputationem, et maxime Viceregem depugnasse, ne Ludouicus Loczotus susciperetur, asserens illum prius in castro Barensi fuisse Castellanum, et igitur non abs re esse suspectum. conclusumque tandem in summa fuisse, quod ex electis per dominam Reginam presentandis, Vicerex in vnum de illis nomine Caesaris consentire debeat, qui id saltem iurare tenebitur, quod in Decreto est expressum. Et insuper, cum sint haec tempora varia, et periculosa, stantibus his bellis, iurare etiam teneatur, quod castrum hoc in manus hostium non sit traditurus, neque admissurus, vt in hostium manus perueniat.

Addidit etiam viceregem dixisse, quod Maiestas vestra statum Barensem forsan Venetis, vel aliis posset vendere, qui nunc sunt hostes, et ne deinde Regno aliquod detrimentum, aut graue discrimen oriretur, necessarium fore, vt castrum bene custodiretur, quod si principes ipsi, hoc est, vestra Regia, et Reginalis Maiestates praeessent in personis statui, non opus foret singulari iuramento, de castri custodia. quapropter Castellanus deputandus ad tale iuramentum astringeretur, quemadmodum ex decretatione videbitur. Consuluitque mihi dominus Cancellarius, vt id ad presens, quod haberi posset acciperemus, fortassis aliquando, commodius aliquid percepturi.

Respondi domino Cancellario, in primis ad hoc, quod vicerex dixisset, Ludouicum Loczotum, prius castri Barensis fuisse Castellanum, verum esse non posse. Nam proditorem istum nouissimum Castellanum, qui huic castro xvi annis praefuit, fide, et honore posthabito, Castrum hoc in manus viceregis dedisse, ab illo

quingentis Ducatis correptus, unde liquido constaret, hoc totu
non fuisse castellanu, sed aliud subesse, viceregem adhuc ad
Statu Baren aspirare, unde Castellanu sua farina nitatur in:
trudere, quo facilius, vram Regiam, et Rlem Mtem, de:
fatiget, et pertasos faciat. et forsan ad aliquas conditiones,
dimittendi Statu inducat, quod tamen nunq succedet, nisi
Cæsar preter omnem æquitatem, manifestam vim, et iniur
iam Mtibus vestris velit inferre, quod a tanto principe
debet esse alienissimu. quod vero Mtes vra Statu hunc Ve:
netis, aut aliis, ut Cæsari incommodarent deberent vende:
re, id illas nunquam habuisse in animo, hocq potius ex calum:
nia Viceregis procedere, qua etiam in aliis rebus contra Mtes
vras, usus est aliquoties, quam ex vero iuditio, hincq illæ la:
chrimæ, quibus adhuc aperte cupiditatem sua in Statu Baren
demonstraret. Ad hæc Cancellarius, non timendu esse dice:
bat. Siquidem Viceregem, id amplius non moliri posse, cumq be:
ne esse contentu, cum xvi millibus Ducats. quos Cæsar illi de:
derit annuos, ex quibuscunq velit Regni Neapolitani proventi:
bus. Ducatu prætera Sulmonensem, et Comitatu de Ast, qui
illi sunt commodiores, qua xx millia Ducat. in Statu Baren.
Pq Cæsar se omnibus modis ab eo absoluit, et ad istam profecti:
onem, in Italiam, quantum fieri potest maturius expedit. hincq
illius auctoritatem aliquando non semper eandem futura, unde de
ista ad presens expeditione, deberem esse contentus, aliud enim sub
his bellorum turbinibus non posse fieri.

Cum itaq plane, et sine conditionibus, castru hoc recuperare non
potui, hanc expeditionem sub ea protestatione suscepi, si et in quan:
tum Mtibus vestris placeret. Prima conditionem, quæ habetur
in Decreto remotionis sequestri, naucifacio, ea enim, per termi:
nu peremptoriu his perfigendu, qui ad Statu Baren ius habere
prætendunt, cum nemo sit, qui possit comparere, evanescet. Alia
vero, q castrum debet fideliter custodiri, et non dari in manus

hostiu, me adhuc habet dubiu, et non leuem mihi suspitionem pepe:
rit, sub ea namq; conditione, castrum semper erit in Caesaris, aut
in illius offitialiu potestate, semperq; hoc vocabulu, fideliter pro
vsu, et in fauorem Caesaris, interpretationem accipiet, quo castella:
nus illi obligabitur, et non minus, immo plus forsan, q̄ Mtibus
vestris, obsequi, et parere tenebitur. sicq; haec techna, vt mihi
videtur, et quantu certis coniecturis possu assequi, honesto quo:
dam praetextu palliatur, quod tamen post terminu praefigendu
elapsu liquidius apparebit. Tunc siquidem transacto decreto,
libere Mtibus vestris Castellanu statuere licebit, nulla alia
conditione, q̄ ne castru, in manus hostiu Caesaris tradatur. ad:
iecta, neq; necessariu erit, q̄ castellanus sit persona fida, et
grata Caesari, sicut prius vigore decreti fuit confectu, sed ab:
solute Mtibus vris addicta. quod si ita obseruabitur portum
attigimus. Si vero hoc aduerbiu, fideliter, retinebitur, et pro
Caesare, vt timeo interpretabitur, semper in alto nauigabimus,
Haec ideo, tam clare Mtibus vris S.mis descripsi, vt quid sibi ista
velint, bene apud se reputent, atq; perpendant. Nullaq; alia fuit
causa, q̄ Caesar litteris Mtis v. S.mae, et meis relationibus,
tamdiu non responderit, quam ne hoc abditu, idest, secreta
castri retentio, prodiret in lucem, quod tamen, post istam ex:
peditionem, vlterius latere non potuit.

Et ne vllum quidem lapidem intactu reliquisse videar iuxta hoc
vulgare Adagiu. Deo vnu, et cacodemoni duos cereos. Misi ad
Viceregem rogans, vt cum illi foret oportunu me in colloquiu admitte:
ret, vnde famulo meo humanissime respondit, non fuisse necessariu
vt id peterem, se semper paratu, quandocunq; vellem, etsi mihi com:
modu visum foret, pro crastino inter octauam, et nonam hora,
me ad castrum conferrem, illic mecu conueniret. quod postero
die feci. eratq; Vicerex in conclaui cum Caesare, significaui
illi q̄ adessem, subinde ad me exiuit, vltra morem suu, blandi:
ter mihi arridens, quo mihi versus ille triuialis, venit in men:

tem. Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte. Dedit mihi manum, sicque iuncti seorsum secessimus, inde illi expeditionem hanc, de castro Baren ex ordine retuli, rogavique, ut quemadmodum Ill.ma olim felicis memoriae, dominae Duci Mediolani, matri R.lis M.tis, desideratissimae fuisset amicissimus, in eadem etiam amicitia, cum filia perseveraret, quae illi, et presertim M.tas v. S.ma esset plurimum affecta, quod efficeret, ut tandem istius negotii, certus et iustus finis haberi possit, promisisset enim mihi Caesar, se ex animo, id illi commendaturum. Cumque iam per duos hic integros annos, magno labore, et dispendio, nihil aliud egissem, atque impetrassem, quam hanc expeditionem, quae tamen iampridem diu fieri potuisset, rogabam, ut illam, cum in Regnum Neapolitanum veniret, maturaret, ac executione prosequeretur, ne novae morae, et difficultates, ut prius, per capita hidrae succrescerent, quo tandem semel status iste post tot turbines tranquillus redderetur. quod M.tas vra Regia, et R.lis, omni benivolentia, ac propensione essent repensuri.

Haec cum dixissem, nolens consulto refricare quicquam illorum moliminum, quibus ad statum inhiabat, composito humaniori vultu respondit, quod iam sibi esset haec expeditio, a Caesare commissa, quique illi iniunxisset, ut rebus M.tum vrarum, ubi posset inserviret, quod se libenter facturum pollicebatur, daturumque se operam, quod primum veniret Neapolim, ut cum offitialibus M.tatum vrarum S.marum, aliquem dignum, et bonum virum, castro Baren praeficeret, qui in his bellis, et tumultibus, castrum hoc fideliter custodiret, quod alias non esset necessarium, si ipsi principes per seipsos Statui praeessent, hocque alibi etiam sic solitum fieri dicebat, ratione duntaxat superioritatis, ne in absentia dominorum, aliqua fieret, ab officialibus negligentia, quae fortassis principi superiori periculum in illius dominiis esset paritura. Meminerat domini Ludovici Porzoti, quod antequam in illum consensisset, omnes se istos quinque viros patritios, a R.li M.te praesentatos, ad Caesarem perscripsisse, qui ex his nullum pro Castellano habere voluisset. Hoc cum Cancellario postea retulissem,

respondit, longe esse a veritate alienu, nam id nunq in notitiam Cæsaris peruenisset. Deinde me interrogauit Vicerex, quid ageretur de Magistro Prussiæ, et an vxorem duxisset, de quo id, q sciui retuli. quæsiuit rursus a me, Si Reginula maior natu, Mtis v. S.mæ, alicui esset desponsata, et quot annos haberet. De annis respondi, cum de his mihi constet, et q a multis procuretur, sed cum adhuc esset tam teneræ ætatis, suspicarer illam nulli adhuc esse promissam, idq a me diligenter exquirebat, causam tamen non dixit, quam etiam scrutari non conueniebat. Inde ad plurima alia diuertimus, et cum de his bellis, et Rege chri.mo incidisset mentio, dicebat. Euolauit ex manibus meis, pennis tamen non leuibus relictis, q si illum iterum sors mihi daret, non secus, atq psitacu in cauea tractarem, cumq aliu quam prius sermonem docerem. sed sero sapiunt phriges.

Postremo in fine colloquii, se obtulit vestræ Regiæ, et Reginali Mti, vbi illis inseruire posset (vt illius verbis vtar) de bona voluntate se id libenter facturu, verba quidem illa ab eo obtinui, quis subsequetur effectus breui experiemur. Cor multas habet latebras, suspicorq, q adhuc in corde illius, sit aliqua in qua Status Barensis delitescat, Consolatur me nihilominus id, quod de illo superiori die, dominus Comes de Nassau, dixerat. Multos quidem esse, qui plurima cupiant, sed non semper omniu desideriis responderi.

Fuit eodem tempore mecu Cornelius Duplicius Scepperus, iuuenis in omni scientiaru genere apprime eruditus, cuius opus excussu tipis, contra terrores, et minas quorundam astrologoru, et maximas istas coniunctiones, ante tres annos, Mti vræ S.mæ ostendi, et illius refutationes, contra calculos, ab astrologis, perperam obseruatos, perlegi. Is aliquandiu Regi Daciæ extorri inseruiebat, et hic ab eo anno superiori Oratorem agebat. Post mortem tamen Reginæ, cum et ipse Belga sit, Cæsari se addixit. estq in Mathematicis cognitionibus, peritissimus. Postulauit

itaqz ab eo Vicerex ut profectionis suae in Italiam eventum scru-
taretur. qua de re, postqz in hospitium meum diverteramus (est enim me-
cum in quottidiano commercio) fecit questionem, et coelum, terram, atqz
maria, illi invenit contraria, ex his aliqua congessit, ad eumqz de-
tulit, priusqz tamen abiret, suscepit provintiam, ut nomine meo ad
hoc iter omnia infausta, fausta dicere volui viceregi precaretur,
et adhuc illum seorsum de re Baren commoneret, ne se difficilem
in Castellanum, per Rlem Mtem constituendum exhiberet, ad nihilqz
illum aliud, quam ad id, quod in novissima Caesaris commissione ha-
beretur astringeret, praeaccurateqz observaret, non solum verba,
verumetiam vultum, atqz gestus respondentis, quod hic fecit diligen-
ter, retulitqz mihi, q cum illi omnia, quemadmodum praescripseram
exposuisset, in primis ad istam meam imprecationem laevi vultu, mul-
tas egisset gracias, et deinde oculis acrioribus protulisset, ad quid
aliud Castellanus ille astringi deberet, quam ad id, quod a Caesare de-
cretum est, et q ea in re, non pungeretur aliquo dubio, se operam da-
turum, quamprimum Neapoli applicaret, ut hoc negotium, quantotius
finem suum habeat, q si hominem non noscerem, qui alias in dicendo fa-
cilis, et in promittendo levissimus est, utpote, cum illius verbis raro
effectus respondeant. Non parum bona spe ex his firmarer, sed omnia
etiam tuta timeo, saepius hic naufragium passus.

Utqz semel huic historiae colophonem addam, vicerex tandem vige-
sima quarta Septembris praeteriti, profectionem suam ingredi, hinc-
qz abire statuerat quare Caesar prudenter effecit, ut anteqz disce-
deret, cum Cancellario omnimode in graciam rediret. itaqz prius
etiam vicerex, multis modis tentaverat, Amicis se Cancellarii
prodesse, coramqz multis, de illo bene loqui incipiens, ne post abiti-
onem suam Cancellarius, in concepta simultate [perseveras] illi noceret, et Cae-
saris animum, quem forsan novit flexilem, immutaret, ut a solito
favore avelleret. quod senciens bonus iste Senex, ut Caesari obse-
queretur, ac gratificaretur, fieri permisit. Venit itaqz eodem
die, ad eum vicerex ad prandium, ducens secum umbras, dominum

Comitem de Nassan, Confessorem Cesaris, Episcopum Osmen, dominum de
Lassan, ferdinandum de Alarcon, et Cesarem ferramusca, Magistrum Sta:
buli, quod prius illius fuit offitium, cum aliis plerisq[ue]. Id cum mihi rela:
tum fuisset, ne adhuc quicq[uam] praetermitterem, quo firmius, et solidius
negotium castri Barem fieret, scripsi subinde domino Cancellario in
hunc sensum, Congratulabar illi primum, quod hi qui gratis eum oderant
cum eo in graciam redirent, quam, ut perpetuo duraret, essetq[ue]
iterata amicitiae vinculum perhennius, quam prius, precabar, utq[ue]
in hac noua reconciliatione, quae quanto recentior est, tanto perhi:
betur, et maioris virtutis esse, et feruentior, nouo amico suo Vi:
ceregi, negotium Barem ex animo commendaret, quod si ab illo sic
commendatum, bene demceps tractaretur, non vulgare coniunctio:
nis duraturae signum futurum. Misi illi istiusmodi cartham, cum
iam prope finem ageretur conuiuium, quam ut perlegisset, tacite intra
se risit, dixitq[ue] famulo meo, se id quod scripsissem, diligenter factu:
rum, quamprimum remotis mensis conclaue simul subirent. In quo
suprascripti hi cum Cancellario, peracto prandio, satis longo tem:
pore consedisse feruntur. Vnde Vicerex, eodem die versus no:
ctem, magna comitante caterua hinc abiit, Plurimi de nobilibus
et Aulicis Cesaris, illum in Italiam sequuntur, his cum aliqua
pars solutionis facta est, aliis hic remanentibus, qui certe in ma:
gna sunt egestate, nihil adhuc datum est De quo, non abs re, me
plura scribere pudet.

Cum iam Vicerex abiisset, postridie eius diei, dominum Cancellarium
rursus conueni, podagra solita, quae illi statis temporibus, post Men:
sem Augustum redire solet, laborantem, admisit me nihilominus
decumbens, non paruo dolore affectus, et dixit mihi, quod Viceregi
negotium castri Barem summopere commendasset illumq[ue] ad rem
bene respondisse, pollicitumq[ue] fuisse, se sic habiturum, atq[ue] om:
nia facturum, ne per eum quicquam stetisse videri possit, Quod,
si fiet inquit experiemur. Ad haec ego, quo modo Si ipse du:
bitaret, quid ego spei habere deberem? qui omnimode hae:

sitarem, volubilitatem hominis noscens. Non dubito, inquit, sed de dubio experiemur. Bene tamen me sperare iussit, et has mihi literas, ad vestram Regiam, et Reginalem Mtem dedit, seque illis maximopere commendari rogauit.

Sic omnia expertus, nihilque pro meo intellectu intentatum relinquens, clausas tandem commissiones, seu litteras, quibus exemplaria illarum coniunxi, ad Viceregem, et ad ferdinandum de Alarcon, nunc Marchionem Vallis Siciliane, in absentia vero, ad illius locumtenentem, non sine labore, ab istis hic Secretariis expediui. habiturus etiam, eiusdem tenoris duplicatas, quas paulopost Romam ad manus Velserorum mittere statui, cum hisque pauca scribere, ne propter haec bella, et quod iam per hanc viam Italiae aliquoties litterae sunt interceptae, fiat periculum. has igitur presentes, quo securius ad manus Mtis vrae S.mae peruenirent, per fuggaros, versus Antuerpiam direxi, vnde per proprium Nuntium Cracouiam Georgio Hegel mitti debent, his etiam duplicatas iunxi, quarum principales per fabianum misi.

Instabam hic, vt ad Marchionem F. de Alarcon, siue ad illius locumtenentem, litterae more Hispano scriberentur, quibus illi mandaretur, a Caesare, trina vice, vt castro cederet, quas obtinere non potui, Satis enim esse aiebant, et ego fere idem sentio, quod vicerex illi mandet, quandoquidem per eum, prius castro erat praefectus, cui obedire citius, quam ipsi etiam Caesari cogetur. quocirca, danda erit opera, vt aliquis in Regno Neapolitano, inueniretur, qui pro castellano Viceregi placeat. Ego hic, vt supra scripsi, hoc negotium, vlterius promouere non potui.

Summa haec est, et compendium omnium rerum, hactenus, per istos duos annos, hic a me gestarum, diuque ante praeuidebam, Castrum hoc libere, restitui non debere, sicut aliquoties scripsi, donec cum Gallis, et his bellis, finis haberetur. Causaque quod sequestrum fuit interpositum, et quod arx Barum, sic est intercepta, non fuit alia, quam splendida haec, superiori anno in Galliam legatio, et rumor iste,

de co
tioni
fnim
futu
bit c
nisi
Noua
Cæsa
exer
meru
circa
detri
ista
ræ bi
vt qu
in tut
Regi
Borb
non
niat
in Ti
oppid
Decim
ria
tur.
Qua
bis d
quatu

de conclusis ibidem matrimoniis, quæ non paruam hic auxere suspitionem, vnde omnes moræ, et difficultates prouenere, quarum adhuc finem, cum inter os et offam, plurima plerunqz incidunt, tam cito futurum non video, presertim, donec castrum sub istiusmodi pendebit conditionibus, quibus durantibus, anguem in sinu alere videmur, nisi cum Castellano aliquod stratagemma fieri posset &c.
Noua, quæ alias hic habemus, hæc sunt. Confœderatio contra Cæsarem, de qua prius scripsi, perdurat, et fit, vt aiunt auctior, exercitusqz Pontificis, et venetorum, qui fertur habere, ad numerum 40 millia peditum, et equitum, agit non procul a Mediolano, circa laudum oppidum, quod interceperunt, in loco bene munito, detrectatqz certamen, vt ab illa parte dicitur, de industria, ab ista fertur, q ob metum, Cesareanosqz moris, et tædio venturæ hiemis conficere nititur. Capitaneum venetorum, Ducem Vrbini, vt quidam dicunt ægrum, quidam vero timore adactum, ex castris in tutiorem locum, Brixiam se contulisse ferunt, venetosqz a Rege Chri.mo, magno cum desiderio, expectare suppetias. Dux Borboneus, in castro, et ciuitate Mediolanen, cum manu militum non contemnenda, se continet, et pauloante venetos, qui commeatum ferebant Cremonen fudit. Alia pars copiarum Cæsaris in Ticino, siue Papiæ, alia Alexandriæ, et in reliquis vicinis oppidis, et castris se tuetur. Scripseruntqz huc, q vsqz ad finem Decembris, se possent in omnibus sustinere, verumtamen, vt interea peccunia, et hominibus succuratur, et suppetiæ sibi ferantur.
Qua de re vicerex in Italiam cum classe, septuaginta velorum his diebus proficiscitur, in hac classe sunt quatuor Galeones, et quatuor Caraccæ magnæ Genuenses, et viginti quatuor Carauelæ Portugalem, preter alia nauigiorum genera. istæ 70 Naues tormentis, et omnibus armis naualibus, habunde sunt munitæ, feruntqz in se omnes illas machinas, et grandes bombardas, quas Cartannas vocant, quæ circa fontem rabidum, et in illis finibus His:

pania fuerant. Sequunturque plures aliæ mercatoriæ, et onerariæ naues, vt secure traiiciant, ferturque hæc classis armata esse octo millibus, bonorum militum Hispanorum, inter quos, sunt duo millia peditum germanorum electorum, qui iam hic tribus annis, contra Gallos circa Perpinianum, et Narbonam militarunt, et nouissime cum aliis Hispanis, Mauros, circa Valentiam, de quibus, ex Hispali scripsi, vicerunt, et fere omnes trucidarunt, vt infra latius patebit. Aggerit se præterea sine stipendiis, magna vis militum, qui ad Italiam, vt illic mereantur tendunt, hocque Mense, hæc classis, ex Carthagine noua hinc soluere debet, quæ si fæliciter Italiæ applicuerit, non mediocris hostibus metus, et Cæsarianis animus accrescet, porro, sed astra, vt per Cornelium visum est, huic profectioni minantur, quæ tamen, a Deo directa, per sapientiam ab illo hominibus datam, plerumque superari ab illo, compertum habetur.

Ea tempestate, circa xii diem Augusti, Cæsar per dominum Cancellarium oratorem Venetum, et florentinum, ex Hispania abire iusserat, qui hic non pro oratoribus, sed pro exploratoribus habebantur, vnde, cum se iam accingerent, itineri, et quisque illorum mihi valedixisset, iamque florentinus præcessisset, egerunt tantum apud Cæsarem, Nuncius Pontificis Regis Chri.mi Regis Angliæ, et Venetus orator, asserentes se noua mandata, ad tractandum, de compositione habituros, quod eis adhuc permissum fuit, vt manerent vlterius. reuocatus fuit itaque florentinus, ex itinere a Veneto, non tamen interea quemadmodum mihi Cancellarius retulit, Cæsar ab incepto desistet, qui istos duos oratores, vt hostes a se expediuerat, nolens illis permittere, vt vel saltem vnum equum, quos Zenitos hic vocant, secum ferrent, illosque manu propria, in litteris commeatus, seu passus inscriptos, crassa linea obduxerat, et obliuerat. Sunt itaque hic omnes hii suprascripti Oratores, sed nihil adhuc, ab illis tractari sentio, quo pax aliqua sit speranda.

Vigesima die Augusti præteriti, pontifex Breue inuectiuum, Roma 23. Junii datum, Cæsari huc miserat, impingens illi culpam, quod causa

esset, omnium tumultuum, et bellorum, quæ in orbe christiano ab aliquot iam annis haberentur, taxans eius auaritiam, qua Statum Mediolani, et plurima alia, quæ ad eum iure non spectarent, vi ambiret, et quod nunquam ex animo ecclesiæ Romanæ fauisset, sed omnes suos conatus per hæc bella, contra illam declarasset, pluримaque alia, pro Rege chri.mo, et Duce Mediolani francisco ingerens, qui istius inuectiuæ causa fuit. Nam Pontifex postquam cum eo, et aliis pro libertate Italiæ, vt vocabant contra Cæsarem conspirasset, et Marchionem Piscariæ, NB ad se multis pollicitis traxisset, promittens illi Regnum Neapolitanum, qui non declinans a fide, simulabat se huic conspirationi adhærere Cæsari tamen omnia clare perscribebat. re igitur cognita, et cum iam Dux Mediolani acrius obsideretur, videns Pontifex illum a se in hoc discrimen perductum, scripsit manu propria Cæsari, multa contra Marchionem Piscariæ mortuum conquerendo, quasi ille fuisset causa istius conspirationis, in quam hunc Ducem protraxisset, postulans summis promissis, et precibus a Cæsare, vt Ducem franciscum sic seductum, rursus in graciam, omne illi delictum remittendo susciperet. Cui, cum Cæsar, manu propria vicissim rescripsisset, honorem in primis Marchionis mortui defendendo, et quod hanc remissionem, causa indicta Duci francisco dare non posset, nisi prius videretur le iustitia, se deinde misericordiam, ad istiusmodi preces facturum, permotus hinc Pontifex, cum iam omnia, in lucem prodiisse cognosceret, aperte se per hoc Breue Inuectiuum declarauit.

Ad hæc non immerito percitus Cæsar, multa vehementius Nuntio Pontificis, qui hoc breue reddidit, respondit, Magnoque Cancellario iussit ad ea, et vt omnia, quæ inter ipsum, et Summum Pont: Regemque Chri.mum, atque alios acta sunt, nota fierent, per modum Apologiæ rescribere, quam in triginta paginas digessit, et omnia his inclusit, quæ per hæc tempora se obtulerunt, nihilque contra Pont: intactum reliquit. Huius apologiæ exemplum Cæsar, nuper Regi Angliæ, per hunc nobilem Anglum, de quo scripsi transmittit, et paulopost nuncio Pontificis xvii Septembris coram Notario, et testibus per:

legi, et conscriptam deinde, per modum clausarum litterarum dari man-
dauit.

Quam cum idem Nuntius audiuisset, atque accepisset, obstupuisse fertur, dicens, quod post hoc Breue Cæsari redditum, ad quod tanta essent rescripta, aliud accepisset multo mitius, cum commissione, quod si primum non reddidisset, supprimere id apud se deberet, et dare hoc ultimum. Cum autem sic euenisset, nihilominus se operam daturum, quo inter Pont. dominum suum, et M.tem Ces. pristinus amor, beniuolentia, ac obseruantia, si in aliquo decreuissent, reintegrari possent.

Spero me etiam istarum litterarum, ad Pontificem, seu potius Apologiæ copiam habiturum, excudi enim debet, et variis linguis, in omnium mortalium notitiam deduci. Cancellariusque cum primis, mihi est illius exemplum pollicitus, quod cum habuero, quantotius ad M.tem V(est)ram S.mam peruolabit, sed vereor hoc illam prius, ex Germania, quam a me habituram, cum iam illac sit missum, et ibidem promiscue omnia matura, et immatura, prelis subici in more positum est.

In fine istius Apologiæ, enumerat Cæsar beneficia sua, in Pontificem, et veri pastoris officia, a quibus illum longe aberrasse asserit, et quantum auri, ex suis regnis, et dominiis, ad Curiam Romanam confluat, adducens in medium, centum grauamina Germanicæ nationis, quodque hoc auro suorum, cum potius contra infideles vertendum esset, ipsemet impetatur, et per hoc, exercitus conscripti, dominia sua, preter rationem, et æquitatem inuasere, vnde hortatur Pontificem, vt arma, quæ illi non conueniunt deponat, quod et ipse se facturum pollicebatur, clauesque aureas, contra infideles conuertat, et in Christianos petri clauibus vtatur, criminationemque per hoc Breue obiectam, diluat, in paternamque graciam redeat. quod si non fecerit, se sua omnino tueri, in animum induxisse, et ab ea indigna criminatione, se ad Concilium generale, quod pro tempore, et loco conuenienti, institui postulat, referre, illique se suaque omnia subiicere, qua de re, sibi terminum præfigi, et apostolos dari, more appellantium, instantissime petit. quid inde futurum

temporum successus docebit.

Fuit etiam huc nuper, alia Apologia allata, Parisiis in Mense Augusto, suppresso nomine auctoris, excussa in defensionem Regis Chri.mi, q iustis rationibus, fœdera, et pacta, cum Cæsare in Madrillis confecta non seruauerit, neqz seruare teneatur. Ad quam dominus Cancellarius habunde respondit, et omnia, quæ inter Cæsarem, et Regem chri.mu transacta sunt, copiosissime descripsit, eaqz ab ipso domino Cancellario legi, ad decursum fere triu horaru audiui. De quibus tamen, neqz disputare, neqz iudicare meum est. Cumqz hæc prope diem in lucem dabuntur, Mtas vra S.ma, cum primis etiam habitura est exemplu, ne illam quicqz istaru rerum lateat.

Rex Angliæ per Oratorem suu, quoad eius fieri potest, elaborat, licet istius ligæ defensor apelletur, vt se participiu, seu vt vocat neutralem præstet, et vt se mediatorem facere posset, quo forsan per eu tractatus fierent, vt vel induciæ, vel pax certa conficeretur, omnemqz operam pro obsidum restitutione, qui peccuniis redimerentur, impendit. qui tamen, vt a Cancellario intellexi, cum Rex chri.mus, nihil in articulis contentum prosequitur, immo adhuc grauiora minatur, durius quam ante obseruabuntur, et ad nescio quod castru perducentur, remotis ab illis omnibus Amicis, et pueris, qui cu eis, huc aduenerunt, sic, q nemo sciret vbi sint, aut quid cum eis agatur. dicuntqz hic, cum pater hinc suis technis ex cauea euolauit, q nidum cum pullis, cautius custodient.

Causa, cur ista fiunt hæc est, Nunciauit nuper 24 Augusti Rex Chri.mus, per Oratorem suu Cæsari, presente Nuntio Pontificis, Oratore Anglo, Veneto, et Florentino, vehementius, vt hic autumant, quàm conueniebat, q sibi filios suos, omnino restituere deberet, quod si non fieret, se illos modis omnibus recuperaturu, vnde hic non parua nata fuit Tragedia, quandoquidem Cæsar, pro sua iusticia, et ob fraudem, et perfidiam, vt hic vocant, qua Rex Chri.mus, ex captiuitate se asseruit, Duellum illi obtulit. Itidem Vicerex fecisse fertur, q si Regi Chri.mo, ob dignitatem Regiam, id forsan non

conueniret, daret in locum suum aliquem sui sanguinis, velintq; non solum scriptis, et subscriptis articulis, verumetiam manu toti mundo, iustitiam suam, et vt hic aiunt, illius dolos, dare in lucem, id tamen reor, non ex Cancellarii consilio processisse, sed illius, qui circa Ticinum, dum alii pugnabant, maxime fossa, et vallo obice, se defendisse perhibetur.

Illustris, dominus Dux ferrarien. inter vtrumq; volat, et in medio se continet, nulliq; adhuc se totum addixit, licet a Pontifice, et Venetis multis pollicitationibus, sit illectus, non tamen his, quibus illi satis fit, nolunt enim reddere, quod ademptum est, immo adhuc adimere, quædam, quæ possidet, quapropter, plus videtur hic hærere, impetrauit nuper a Cæsare, Inuestituram, ad ea, quæ ab Imperio habet, quocirca Orator eius, qui hic agit, vir doctus, cum quo mihi singularis est consuetudo, et familiaritas, apud Cancellarium Imperialem, dominum Prepositum de valt kirchen, opera mea vsus est, quam illi oppido, quam libentiss.me impartiui, fuitq; illi, non inutilis, isq; sic se gerit, q nisi ille, et ego hic amicorum, alii omnes hostium oratores vocantur, cum quibus igitur raro nobis esse solet commertium.

Venerat huc nouum superiori die, q Pontificis, Gallorum, et Venetorum classis obsiderat Ganuam, qq; Andreas de aurea Pontificis Capitaneus habuisset, tredecim triremes, tres naues grandes, et duas Brigantinas, Galli sedecim, et veneti duodecim triremes, sed tempestate adacti, soluerant obsidionem, ferturq; parum Genuæ ob hunc impetum trepidatum fuisse, quamuis, post tempestatem, reditus classis, et obsidionis speraretur.

Quamob rem, cum iam duriora instant tempora, in quibus triremibus nauigari non potest, Vicerex se nauibus maioribus armauit, quæ in mari, ventis, et tempestatibus, exagitato, se tutius, et commodius, sustinere valebunt.

fuit etiam hic, aliquandiu constans fama, et data opera emissa q cum hac classe Viceregis, Cæsar ipse in Italiam, traiicere debuerat, idq; a plerisq; credebatur, vnde hic mirabiles mo:

tus crescebant, putabatur enim Cesarem hanc abitionem, celare de industria, et quod deinde preter omnium opinionem, quasi venaturiret, dispositis omnibus per Viceregem, quae ad huiusmodi profectionem spectarent, cum his nauibus soluere debuisset, inde reor, classem hanc confoederatorum, Genuam obsedisse, ne illic, cum sit portu propinquior, applicare potuisset, sed rumor iste, tum demum in fumum abiit, neque futurum est, vt hic passim multi loquuntur, quod tam cito Cesar, deinceps in Italiam, sit venturus, fronte capillata, post hac occasio calua.

Cesar nihilominus molitur aliquid, cum ad nihil aliud intendat, quam vt modis omnibus pecunias conquirat, qua de re, et statum suum in multis ceremoniis aulicis minuit, nullique stipendia, et pensiones, neque etiam officialibus in istis suis Regnis soluit, quos tamen, certis rationibus, vt contenti sint adegit, et sic omnes offitiorum pensiones suspendit, et quicquid potest, vt supra scripsi oppignorat, medietatemque, et vltra prouentuum regnorum istorum, obligauit, vt coaceruet, et neruos sibi congerat, faciunt idem omnes, qui Curiam sequuntur, et vt Cancellarius mihi retulit nuper, quod sibi Cesar etiam iniunxisset, vt Statum, et expensas suas, quantum posset, extenuaret, quo factum est quod plures de nepotibus, et amicis suis hoc tempore, in Italiam miserit. Contrahuntur vela, quo aliquando, cum opus fuerit, plenis Carbasis nauigari possit.

Iam fere huiusque Mensis est, (quod faelix sit, et faustum) quo Imperatricem concepisse, et praegnantem dicunt, ob id, iuxta se continet, neque mouere se audet, et plaerumque in lecto decumbit, quo fit, quod hic, vbi omnium rerum penuria est, diutius quam opinabamur erit immorandum, et preter id, quod hospitia persoluimus, et omnia cariora quam alibi habemus, paleas, pro bestiis, quae in summo sunt precio, inuenire nequimus. Vtinam eas hic haberem, quae in Columba mea, nullius sunt vsui, et putrescunt, sed frustra optamus, quae emere cogimur, paciemurque paulopost, in defectu lignorum, ingentia frigora montibus, iam supra nos, vndique niuibus obductis, quas per omnes istos aestus

Colombier

clare semper vidimus, qua de re non Marduzine mihi desunt, quae domi a tineis absumuntur, ouinis me, vtcunque munivi pellibus, quae tamen hic charius, quam apud nos vulpinae venduntur. Gratum mihi etiam est plurimum, cum per dei graciam istos ardores, et flammas incolumis superaui, quod haec frigora veniant, cumque intensioribus assueui, ista nihil moror.

De Mauris circa Valentiam, sic res habuit, postquam ante triginta quinque annos, hoc Regnum, per Auum Caesaris maternum, Ferdinandum Regem fuerat subactum, Mauri omnes, qui hic, et alibi remanserant, ad fidem Christi compellebantur, eam, quemadmodum multi susceperant, sic etiam sunt prosequuti, et cum tempore, praesertim circa Valentiam, in Paganismum relapsi, quod egerrime ferentes hi, quibus inde questus peribat. Caesari superiori anno persuaserunt, vt edictum, sub paenis durissimis emitteret, quo omnes fidem Christi rursus profiterentur. Id cum Mauri, multis oblatis conditionibus, cuincere, et mitius reddere non poterant, omnes pariter conspirarunt, satius esse ducentes praesenti morte, quam longiore cruciatu pro secta sua enecari, congestisque omnibus bonis suis, cum Coniugibus, liberis, et iumentis, in quendam montem circa Valenciam, non procul a mari se contulerunt, cumque natura munitum, industria, et assiduo labore, effecerunt munitiorem, indeque per varios incursus, ad loca vicina nemine resistente, libere vagabantur, villas, et oppida diripientes, neque parsum Ecclesiis, in illas more suo saevientes, eucharistiam secum abduxerunt, redimendamque a Christianis, pro nouem millibus ducatis, taxauerunt, nihil hostile, in extrema desperatione constituti, omittentes, quo et commeatum, et ea quibus se diutius, possent continere colligerent.

Venerat interea ad illos, in Mense Julio praeterito, Turcus quidam Pirata, cui nomen Barbarossa, frater illius, qui superioribus annis, a Caesare, victus erat in Aphrica, cum aliquot Liburnicis, quas fustas vocant, sed postquam perspexisset, contra vim Hispanorum, illos non posse diu subsistere, assumptis secum primis ex illis, et quotquot

nauigia eius ferre poterant, onustus multis diuitiis in Aphricam re:
diit, maiorem desperatorum partem relinquens, qui cum sibi aliud
presidium non esse intellexissent, quam fortiter oppetere, adeo sibi
vallis, munitionibus, et potissimum commeatu prouiderant, quod il:
lic adhuc satis diu perdurare, vel saltem ad commodas aliquas
conditiones, peruenire potuissent, sed Caesar illos, ne pro cogendo
exercitu impenderet, omnibus dedit in predam, quo factum est, quod
ad septem millia Hispanorum, montem longo tempore obsederunt,
et fere quottidie particularibus preliis, cum illis, non sine suo
detrimento, congrediebantur, donec ista duo millia peditum Ger:
manorum, de quibus scripsi, profecturi cum Viceregi, ex Cartha:
gine noua in Italiam, illac applicuissent, iunctis itaque viribus, cum
faciliores montis aditus speculati fuissent. Nona Septembris preteri:
ti, in ortu Solis Mauros sunt aggressi, quorum erant, vt fertur, bono:
rum bellatorum, et praeterea desperatorum, cum quibus malum solet
esse certamen, vltra quatuor millia, et mulierum ac puerorum, cum
alia infirma plebe, numerus septem millium, qui tamen omnes se de:
fendebant.

Dimicatum est acriter, et de nostris, tam Hispanis, quam Germanis,
plures desuper scorpionibus catapultis, fundis, et lapidibus, cesi
et abiecti, totoque hoc die, parum faeliciter, successit, erant enim
aditus magis ardui, quam putabatur, non tamen a Germanis fuit
cessatum, itidem etiam ab alia parte, ab Hispanis, sed tota nocte in
ceptis stationibus perseuerantes, et rursus in aurora procedentes,
multo labore, ascensum nacti, cum iam segnius Mauri, ob metum, et
nostrorum constantiam, se tuerentur, post octimestre spatium, quo
montem occupauerant, omnes fere trucidarunt, Mulieres item
plurimas confoderunt, a quibus per emissiones lapidum, pluri:
mi male erant affecti, occisi sunt in hac colluctatione, plusque
centum Germani, pedites, et vltra ducenti, ex iaculis venena:
tis vulnerati; ex Hispanis cum cautius sibi prospicerent, pau:
ci perierunt.

Mulier quædam, vt se saluaret Eucharistiam e sinu contra peditem Germanum protulit, qua ille reuerenter accepta, Sacerdoti dedit. et cum solemni processione, ad primam Ecclesiam, Deo gracias agentes, de victoria detulerunt. Inuenta est in eo monte, magna et opulenta preda, qua post longam inopiam, quam hic passi sunt Germani, cum illis a duodecim Mensibus, non erat persolutum stipendium, diuites facti, captiuisque sub hasta venditis, alacres ad classem sunt profecti, qui si non aduenissent, adhuc Mauri, incolumes conditiones expectarent.

Vtque etiam nostros Mauros attingam, De rebus Prutenis nihil amplius, quæ prius hic passim personabant auditur, res istius ordinis, omni ex parte, silentio sunt obuolutæ, Credo etiam, quod Dux Brunsvicensis, vt certo intellexi, nihil in his hic expediuerit, quippe electus Lunden. de quo id quod supra scripsi habui, ex odio, contra dominum Ducem Prussiæ, propter Regem suum, hoc idem mihi retulerit. De quo mihi Cornelius Scepperus plurima dixit, quæ consulto pretereo, idem etiam asseruit, se vidisse, et legisse, articulos matrimoniales, inter ipsum Regem, et Reginam mortuam confectos, in quorum vno, fuerat cautum, et conuentum, quod Rex Daciæ Magistro, et ordini Teutonicorum obligatus, et deuinctus erat succurere, et ferre suppetias, contra quoscunque hostes, a quibus inuaderentur, vel quos illi inuaderent, quantum iste articulus vtrisque profuit, vtrinque sunt experti.

Hoc certe ridiculum omittere, non debeo, Cum hic Dux Brunsvicensis multas litteras, et commissiones, contra Luteranos expediuisset, non alia de re, quam ne frater suus habitum ordinis abiiceret, et soror Monialis Monasterium egrederetur, cui, si nuberet, dotem dare cogeretur, preseferens in Lutheranos acerrimum animum, reliquit hic per incuriam, cum exiret hospitium, librum quendam, a Luthero editum, in quo, cum missam audiebat, orare fuit solitus, quod cum Cesari relatum fuisset; resolutus in cachinnos, inquit. Agnus contra lupos agere videbatur, pellem tamen lupi post se relinquens. Sic transit orbis.

Et ne quicquam lateat, quod Mtis v. S.mae scientia sit dignum; osten:
sum mihi fuit nuper fœdus, vt vocant sanctissimum, tempore Maii præ:
teriti, inter Pontificem Regem Chrimum, et Venetos, per illorum pro:
curatores, et Nuntios, vt prius scripsi in Gallia confectum. In quo Re:
gi Angliæ, et eis, quos ille voluerit, et Duci Mediolani francisco,
pro quo Pontifex, et Veneti promittunt, locus relinquitur. Præterea
etiam his datur, ad istam confœderationem aditus, quos Rex
Chri.mus nominauit, et sibi asciuit, scilicet Scociæ Nauarræ Lusita:
niæ Poloniæ, et Hungariæ Reges, Subaudiæ, Lotharingiæ, et Gel:
driæ duces, vtque illius fœderis verbis vtar, Ill.mos, Strenuos, et
Mag.cos viros, dominos Heluecios, tredecim Cantonum altæ ligæ,
Alemaniæ, ipsius Chri.mi Regis compatres, quod cum legissem,
non potui mihi a risu temperare, cum tam grandes istorum Vacci
mulgorum Regibus sine digna præfatione relictis, viderem. Respon:
dique illi, qui hoc fœdus mihi non abs re monstrauit, volens a me de:
super fortassis aliquid expiscari, quod liberum fuisset Turcas, Tarta:
ros, Persas, et Arabes, in hæc fœdera inscribi, illisque vicissim. Si in
eo velint esse, necne, suo vti arbitrio. Alioquin Mtem v. S.mam, sa:
tis domi habere, cum amicis, et hostibus suis negotiorum, non oporte:
re, se illis foris implicare, Si vero quicquam in his posset, quo com:
munis aliquando, et firma pax fieret, quam nemo Mte vra S.ma,
cuperet ardentius, se profecto nullam operam omissuram. Neminemque
grauius, ob hæc bella, quibus orbis Christianus vndique perturbatus,
affici, et ex animo dolere, quam Mtem vram, quæ Infidelium vires,
indies experiretur, et pro sua prudentia, hinc Christianitati ma:
gnum malum portendi, certo prospiceret. Collaudata tandem Mtis
v. S.mae huiusmodi propensione, ille cum suo fœdere a me discessit,
Cuius exemplum etiam cum omnia his diebus debent publicari, et im:
primi, Mtas v. S.ma, cum primis est habitura.

Venit huc nouum, cum hæc scriberem, quomodo Tartari, magno nume:
ro, in Regno Mtis v. S.mae passim grassarentur, interim quo illa rebus

Prutenis, et Luteranis, in Prussia pacandis, et aboliendis fuit occu:
pata, q etiam litterae ad me Georgii Hegel, quae hodie, una cum R[lis]
Mtis Cracs xiiij Julii datae, mihi sunt redditae confirmarunt, quantum
hoc malo Nuncio sum perculsus, scribi nequit, alias nisi idem Georgius
mihi aliquando scriberet, quid apud nos ageretur, penitus ignora:
rem, Ex litteris Reginalis Mtis, quae nihil de his, quae apud nos
eveniunt, scribere solet, nihil tale intellexi, si tamen quid prodesse pos:
sit, vel ut saltem commiserationem aliquam, afflictionum nrarum asse:
querer, ad Caesarem quam primum, ex venatione redierit, quod erit
intra triduum me conferam, illi hanc turbam expositurus, Ne nos
credat, sic infidelibus confaederatos, ut quidam hic putant, q ni:
hil ab illis nobis periculi unquam immineat. et utinam, ad eum modum,
cum illis[m] faederibus essemus, quamdiu hic isti mutuo digladian:
tur, qui cum pacem habere possunt, malunt bellum. Sic est a na:
tura comparatum. Nitimur in vetitum.

Jam annus elapsus est, q ut supra scripsi, a Curia Mtis V. S.mae nul:
las litteras accepi, et cum illa interim, multa praeclara in patri:
a mea, et alibi gessit, quae huc passim, per incertos auctores fe:
runtur, Esset quidem meo iudicio, aliquando non inutile, q de
his, et aliis rebus, quae apud nos aguntur, interdum certior fie:
rem, possent se ad ea plurima accommodare, quae, et aestimatio:
ni Mtis V. S.mae, apud istas nationes, accessionem, et rebus mihi
commissis, singulare adminiculum praestarent, ex re enim, plerumque
optima nascuntur consilia.

Scripsi hic paulo altius, q non sit mihi bene integrum, sine Caesaris
saluo Conductu, hinc abire, quo circa, ne quis causari posset, ad
id me dedisse occasionem, Mti V. S.mae, rem ipsam, ut in se est
aperiam, quando ante duos annos, cum domino Doctore Borgio,
simul eramus in Madrillis, habuimus quoddam amplum hospitium
ut ipse coram referet. In eo erat hospes, ex genere Judeorum, seu ut
vocant Marranorum, et hic erat, quondam reconciliatus Inquisitori:

bus errorem confessus, et peccunia absolutus, habuitq quatuor filias innuptas. Cum vna de illis, Confessor Cæsaris Episcopus ossmien. ordinis prædicatorū, solebat habere commerciū, quod diu fuit incognitū, et ille habuit hospitiū, in domo quintæ sororis, quæ erat maritata, N3 vnde libere istæ sorores, conuenire solebant. Post abitionem domini Doctoris Borgii, insinuauit se mihi, alius eiusdem ordinis Cæsaris concionator, quorum non sunt pauci, frater Michael, is vt solent Monachi, familiaritatem meā mire ambiebat, crebriusq veniebat, prætextu quodam amicitiæ cum hospitæ domus habitæ, sub quo, vnam de his puellis inuisere solebat, me adhuc istarum rerū inscio, cum nihil tale suspicarer. Cumq camera quædam, a filio hospitis ante habitata, e regione Culinæ meæ, esset vacua, Conuenit me cum hoc fraterculo hospes, rogabatq, vt annuerem, q idem frater, in illa morari posset. Id cum etiam Monachus iste, a me precibus exigeret, vt alias, vbi alicui commodare possum, satis sū facilis, non grauate impetrauit, omnemq illi beniuolentiam, vt religioso conuenit exhibui.

Succedente tandem tempore, Cum puer meus, ex innata malitia, curiosior, ad puellas istas obiter aliquando introiuisset, et quendam ibidem aliū fratrem Vincenciū, eiusdem ordinis abiecto habitu, cum prouectiore de illis lusitantem offendisset, cœpta fuit alia haberi opinio, visæq sunt sæpius, duæ de istis puellis, domū in qua Confessor Cæsaris agebat frequentare, illacq in noctis crepusculo, diuertere, et redire diluculo, interdum etiam ibidem per triduū, et totidem noctes subsistere, et quando domi agebant, a pueris ipsius confessoris perpetuo conuenire, modo aliquid ferebant in lancibus, modo lances referebant, vt in his rebus fieri solet, erantq multa alia certiora signa, quæ iusta suspitione carere non poterant, licet quædam inter eos consanguinitas fore diceretur.

Quo factum est, q forsan aliquis de meis, ea quæ videbantur, reticere non potuit, et q sic iam hæc res, in fabulam vulgo proferebatur, quod ægre ferentes fraterculi, qui sub ista summa hipocrisi, qua

qua hic viuitur, aliis longe sanctiores reputari volunt, vt se vlcis:
cerentur moliri ceperunt, neqz alios modos, quam vt inquisitoribus,
me cum meis pro Luteranis deferrent inuenerunt, qua de re hospi:
tem ipsum, et quendam Nebulonem, Piscainum, qui mihi pro cursore
seruierat, a me dimissum in testes vocarunt, et clandestinos proces:
sus fecerunt, sed tamen nihil efficere poterant, ante Viceregis aduen:
tum, cum ille ex Italia appulisset, et bonus iste confessor animaduer:
tisset, cum mihi, et negociis Mtis v. S.mae, pessime affectum, cum illo
se iunxit. et postquam iam quilibet, eorum, seorsum, contra me Caesarem
concitare niteretur, Inquisitores, cum ficto hoc processu, induxerunt,
et longam contra me, et meos calumniam proposuerunt, Caesar vero
pro rei veritate, et sua benignitate, me excusauit, quemadmodum
mihi postea ipsemet retulit, duos tamen de famulis meis, quos ex
Germania Luteranismo infecta, natos esse confinxerant, capi permi:
sit.

Vnde, cum causam istius odii, et captiuitatis, Caesari ad vnguem ex:
posuissem, protestatus, q nihil in Confessoris, et aliorum ignominiam,
a me diceretur, sed saltem, vt veritas, et innocentia meorum inde e:
mergeret, haberetur enim ipse confessor, istarum puellarum consan:
guineus. Respondit Mtas sua, quomodo potest esse ex illarum sangui:
ne? cum pater, et mater illarum fuerunt Marrani, et ipse sit nobi:
lis, ex domo, quae nunqz Marranos habuit, voluitqz vt hanc histo:
riam Gallice scriptam, personis, non nisi per signa nominatis, sibi
darem, quod cum fecissem, elaborauit Mtas sua serio, conferens
vni de Inquisitoribus licenciato, de Suares Episcopatum, cum co:
gnouisset, ex odio, et malitia, huiusmodi traditionem factam, quod
tandem famuli mei liberabantur. Et nisi sic se res habuisset, nunqz
istarum Harpiarum manus euasissent.

Haec igitur tam diffuse, Mti vrae S.mae descripsi, quo liquidius, cau:
sa istius meritum, meamqz et meorum innocentiam perspiciat, et quid
hic ab isto Vicerege passus sum, et vt quo in periculo fuerim, sub
Mtis v. S.mae seruitio, clementer perpendat. Neqz adhuc abs re

vereor, ne hæc Tragædia, mihi hic aliquando obsit, nunciauit enim mi-
hi, ex itinere Fabianus, coram id mihi dicere non audebat, nam illi
sub pœna relapsi, vt vocant, fuerat prohibitum, q dixissent Inquisito-
res, cum adhuc detineretur, me etiam aliquando habituros, vnde, vt
mihi cauerem admonuit, sicut ipse latius referet. Credo equidem, q
adhuc aliquid, ab isto confessore, et vicerege congestum in fundo la-
teat. Et quamuis candore, et innocentia mea fretus, nihil est, quod
metuam, tamen ob istorum hic hominum malitiam, et cupiditatem, ne
extra Curiam Cæsaris, alicubi in eos inciderem prospiciendum mihi
erit.

Quapropter Mtem vram S.mam suppliciter rogo, vt cum me hinc,
et hoc vtinam breui, reuocare dignabitur, velit per litteras suas mi-
hi securitatem redeundi, a Cæsare obtinere, et q alienus ab hac per-
uersa secta semper fuerim, non grauate testari. Meminit enim vt reor
Mtas v. S.ma, cum ante tres annos, ex Hispania, per Vitenbergam re-
diissem, quid de hoc prodigioso Monacho dixerim, et palam senserim.
Extant etiam, non pauca epigrammata mea, quibus hoc monstrum
depinxi. Confectæ præterea per me litteræ, a Mte vra S.ma, ad
D. Jo: Rechenberg, et Christopherum Hüborg, equites auratos, indi-
tium meum de hac execranda hæresi proferunt. Tenor denique vitæ
meæ, et institutum, quantum apud nostrates cognitum est, nihil vnquam
cum his impiis habuit commune, intra pelliculam, nunquam egressus
priuatos parietes, me semper continui, neque vnquam plus sapere, quam
oportet, commodum censui. Proinde, cum hic præterito, et hoc an-
no, satis superque æstu, et solis ardoribus tostus sum, clementer effi-
ciat, vt id quod reliquum mihi carnis superest, ad meos referre li-
ceat.

Perlatum est huc pauloante, cum post nouissimam confectam pacem,
Cæsar Oratorem suum, quendam Hispanum, ad Regem Angliæ, per
Franciam misisset, q is ibidem ab omnibus, humaniter tractatus
fuisset, et ab ipso etiam Rege chria.mo bene habitus, cumque illum
Mtas sua a se dimisisset, datis illi conductoribus, et vsque ad fines

Regni peruenisset, ibidem eum retentũ, et ad quoddam castrum, vbi
adhuc captiuus habetur, intrusum. Inhumanum certe, si sic esset fa:
cinus. quam ob rem, cum hoc nostro æuo, nusquam tuta fides, Mti
vr̃æ S.mæ humillime supplico, dignetur cum me reuocabit, ad Re:
gem Chri.mum dare litteras, illasq; huc ad me transmittere, qui:
bus securum saluũ conductũ, per Gallias habere valeam. Mare
enim toties expertus, quantum possum fugio, et iam nauseo, cum
illius mihi subit recordatio, idq; mihi semper ante oculos versatur,
Stulte Neptunum accusat, qui iterũ naufragiũ facit. velim igitur,
si cum gracia, et permissione Mtis v. S.mæ fieri possit, terra meũ
maturare reditũ.

Dignetur itaq; mihi mandare, per quod iter mihi erit redeundũ, et
quid per me vlterius fieri velit, in quod quantũ eniti possũ, totis
viribus, donec fruor halitu, incumbam, neq; me a fidelis serui, et
subditi offitio, ac debito, pro quo Deum sedulo deprecor, deflexisse
cognoscet vnquã.

Alia huic volumini inserenda, digna Mtis vr̃æ S.mæ notitia, ad
presens non restant. Cui humillime supplico, cum ita mihi disceden:
ti iniunxerit, vt de omnibus etiam leuibus rebus, quæ hic se offerunt,
quam copiosissime scriberem, dignetur his incultis meis, et longis
scriptionibus, dare veniam, contentaq; in eis, non secundũ tenuem
meũ intellectũ, sed iuxta incomparabilem suam prudentiã metiri.
et aliquando longæ, et duræ meæ seruitutis, clementiorem habere
rationem. Iam enim totus senui, et canui, in seruicijs Mtis v. S.mæ,
Cui me suppliciter, vt domino meo clemen.mo commendo. Datũ Gra:
natæ, in Betica Hispaniæ xii die. Mensis Octobris. Anno domini
M.o D.o xx vi.o

Joannes Dantiscus orator
Petro Tomicio Epo Cracovien
Regni Polonie Vicecancell°

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me. Humillimam commendationem, Respondi superioribus diebus, d.mi v. Rmae, ex Hispali xiij Maii preteriti, ad eas, quas prima Januarii, ad me ex Petricovien conuentu, dederat. Ab eo tempore, a d.ne v. Rma, nullas accepi, Scripsi item prima Septembris nouissimi, cum familiari meo fabiano Woianowski, illiqz commisi, vt omnia, quae se hic hactenus obtulerunt, coram habunde recenseret, quem spero, cum litteris, et commissionibus, a me hic expeditus sospitem applicuisse, ab eo omnium rerum series, quippe cum mihi affuerit, semper, et quicquid hic gestum est liquido intelligetur.

Quae post illius decessum egerim, et ea etiam, quae cum illo, propter insecuritatem, scribere non audebam, ad presens, ad Mtem Regiam, longo volumine complexus sum, vnde omnem historiam accipiet, nolui igitur longa scriptione esse molestior.

Jam prope tres anni, quo a d.ne v. Rma exiui, labuntur, totusqz, et barba et capite canui, omnicanus certe, haec sunt exteriora, passiones autem interiores, quibus hic miris modis versatus sum describere non possum, et adhuc finem, nunqz grauiora passus, non video, vult enim Mtas Reginalis, et hoc item mihi nomine Regiae Mtis mandat, q hic vsqz ad omnium rerum exitum maneam, quem tam cito futurum sperare non possum, Mihi, qui ad hoc fortassis natus sum, reluctari non licet, Sic mihi in fatis esse, et astra significant, et adhuc longiores labores minantur, Nihil tamen me durius afficit, quam, q tam procul abesse, et conspectu d.nis v. Rmae, carere tanto tempore debeam

quam humillime rogo, mei in hoc exilio, non obliuiscatur, et cepto me fauore, prosequi non desinat, in neminem enim præter Deum maiorem spem, et fiduciam mea omnem, quam in d. v. Rma, pono, et habeo,

Scribit mihi Rlis Mtas, q nescio quam prima nominationem, ad Ecclesiam, d.nis v. Rmæ Cracouien mihi obtinuerit, et aliam ad Varmien, sic ego sum perpetuo expectans, solidi nihil mihi datur opera tamen, d.nis v. Rmæ, solidi aliquid fieri possit, quæ prius omne id quod habeo, sua in me propensione contulit. quapropter iterum, atq iterum suppliciter rogo, dignetur mei, quemadmodum semper consueuit, per oportunitatem benignam habere rationem, si quid tale euenerit. Rndum dominum Doctorem Borgium, cum hic meum ageret, procuratorem ad omnia cum facultate substituendi, effeci, qui vt spero non grauate pro me omnia subibit, modo se negotium offerat, q duce d.ne v. Rma, aliquando se prodibit, alias parua de aliis, spes mihi reliqua est.

Adhuc in ea persisto sententia, quæ spectat q, sicut 24 februarii, ad d. vram Rmam perscripsi, de qua ad Regiamalem Mtem, nihil attingere ausi, ne vlons offenderem, quod d. v. Rma, pro mea fide, et summa sua prudentia perpendat, et per occasionem illic vbi expedit inculcet. Si B non esset, iam actum fuisset.

Alia non restant, quam cum hæc scriberem, venit nouum ex Gallia, q S.mus Hungariæ Rex, in conflictu cum Turcis occubuisset, ex Italia tamen fœlicior describitur successus. S.mum Hungariæ Regem, accepta prius clade, ex Boemis, Polonis, et Germanis, reintegrasse exercitum, et Turcas profligasse, ac ipsorum Ductorem Ibrema Bassan, viuum cepisse. quod vtinam verum sit, presertim, q ex Polonia, missæ fuerint, in Hungariam suppetiæ, argumentum esset Tartaros, non fuisse in Polonia, vel saltem, cum eorum detrimento exiuisse, vel strage aliqua affectos fuisse, id me non mediocri afficeret gaudio, sed cum meus in dubio est,

paulo momento, huc vel illuc impellitur.
Iam hic passim dicebatur, audita morte S.mi Hungariæ Regis, de iuribus, quæ Cæsar haberet, in Regnum Hungariæ, et nescio quæ alia de Ferdinando Archiduce, quæ consulto prætereo.
De tumultu Romæ, et fuga Pontificis, cum Car.bus, in castrum Angeli, reor, d. v. Rmam, iam veriora habere nova, quã huc feruntur. Fuit hic ea de re primu non paruu gaudiu, sed paulo post, cum venisset fama Venetos intercepisse Cremonam, cuius prius habebant in castru, lætitia hæc in fumu abiit. Dicitur etiam, q Pontifex, ex vi pactoru, quæ cum Cæsarianis confecit, copias suas a Venetis revocasset, quibus successissent sex millia Heluetioru a Rege Chri.mo missa. Item q nescio etiam qui pedites ex Germania, ad Ducem Borbonem nuperrime peruenissent, nusquam fui, vbi tam varia, quam hic dicuntur. Si itaq, et ego scribendo sum varius, non mihi, sed huic Aulæ, in in qua bullio, est imputandu.
Quod reliquum est, Commendo me humillime D.ni v. Rmæ, vt domino, et patrono meo gro.mo. et rogo me ex clientela sua non deserat, sed qua cepit, gracia prosequatur. Meq litteris suis aliquando, in hoc ergastulo consoletur. Datu celerrime, cu iam littera a me exposcerentur. Ex Granata in Betica Hispaniæ. xiiij octobris. Anno domini. M.o D.o XX vi.o.

Mercurinus de Gattinaria Cancell. Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Ser.me ac Potentissime Rex, et domine colen.me. Ea est Mtis v. singularis erga me voluntas, summaq beneuolentia, quam in suis litteris, indies ostendit, atq Mag.cus eius Orator Dantis:

eius, suis verbis retulit, ut cupiam mihi occasionem dari, qua mea gratitudinem attestari valeam, hoc velim M.tas v.ra sibi persuadeat, nullum unquam offitium me praetermissurum, quo M.ti v.rae, ac S.mae dominae Reginae, apud Caesar: M.tem, dominum meum clementissimum negotia promouere possim, prout latius, Mag.cus eius Orator, qui et fide summa, et mira dexteritate, atque prudentia, quicquid sibi commissum est exequitur, M.ti v. referre poterit. Et valeat, quam fel.me M.tas v. Cui me humiliter commendo. Ex Granata octobris. M.o D.xxvi.o

Sigismundus primus Rex Poloniae Viceregi Neapolitano

Ill.ris, et Mag.ce domine, amice nobis sincere dilecte. Accepimus tuam Ill.tem, ad Regnum Neapolitanum, saluam, et incolumem rediisse, quod nobis fuit auditu gratissimum, nam sub eius absentia, multas difficultates, et impedimenta isthic in Ducatu Barensi sustinuimus, quod ea presente ut confidimus factum non esset. Rogamus itaque illam, ut nobis tandem, iuxta Mandatum Caesareae et Ca.cae M.tis possessionem Castri Barensis restitui faciat, et tradi in manus eius Castellani, quem nos designauimus, et quem ipsi Caesareae M.ti, merito gratum futurum non dubitamus. Ita enim nobis Orator noster scripsit, eius M.tem v.rae Ill.ti in mandatis dedisse. habeatque isthic negotia n.ra sic commendata, ut nos confidimus, et virtus eius exposcit, quod illi vicissim curabimus omnibus offitiis, et fauore n.ro referre. Dicet reliqua n.ro nomine tuae Ill.ti, Mag.cus Scipio, etc. Cui plenam fidem adhibere velit, ac optime valeat. Datum.

Henricus comes de Nassau
Marchio de Zenete

Sigismundo primo regi Poloniae

Ser.me, et Potentissime Princeps, et domine, domine mi obseruan.me. Salutem, et paratissimum obsequium, cum humili mei commendatione. Reddita est mihi epistola S.tis vrae, qua a me dignata est deposcere, vt pro mea auctoritate, apud Sacratis.mam Caesaream, et Catholicam Mtem, ad requisitionem vrae S.tis, Oratoris Mag.ci, domini Joannis Dantisci, negotium illud vrae S.tis Barense, pro illius iusticia, et aequitate, commendarem res quam quidem epistolam, eaqz reuerentia, qua decuit accepi. Atqz tametsi certum habuerim, apud dictam Caesaream, et Ca.cam Mtem, in hoc ipso negotio, S.ti vrae, et illius vice, Oratori suo, pro tam iusta postulatione, facile impetranda, vlla auctoritate, siue mea, quantulacunqz illa apud suam Mtem existit, siue alicuius alius opus fuisse. Nihilominus tamen, ad dictas litteras S.tis vrae, et illius ipsius Oratoris instantiam, quae pro ratione temporum, et inde aliorum plurimorum arduorum suae Mtis negotiorum, fidelissima cura, et diligentia vsqz, et vsqz haud quaquam caruit, eidem Oratori, apud suam Mtem, pro mea ope, libenter presto fui, dictumqz negotium, vt fidelissime potui promoui, illud vsqz eo deducentes, vt suae Mti placuerit, super eodem negotio, nunc clementer prouidere: quemadmodum ex suae Mtis, et dicti vrae S.tis Oratoris litteris, ad plenum intelliget. Eam autem prouisionem spero vrae S.ti, non ingratam futuram, id quod, et mihi maxime volupe foret cupienti, vbi illi posthac, quibuscunqz in rebus, humiliter officioseqz inseruire potero, id praestare quam paratissime. Datum in Ciuitate Granatensi, die xiiij Mensis Octobris. Anno M.D.XXVI.

Sigismundus primus Rex Polonie
Viceregi Neapolitano

Ill.mis et Mag.ce r.d. Accepimus non pridem litteras tuae J. quibus non vulgarem suam erga nos propensionem testatur, quae nobis est, et fuit semper grat.ma. Verum tamen miramur, q. et possessionem ducatus nri Baren. in quem legittime successeramus, in dicta causa spoliati fuerimus, et obtenta demu commissione, a Cesarea Mte, ad tuam J. et collaterale consiliu, super restitutione ipsius possessionis, obtenta etiam investitura, ab ipsa Caesarea Mte, ad ipsum ducatu Baren. facto demiqz per nos debito eius Mti omagio, habere tamen hactenus ipsam possessionem non possumus, quae res, vt et ab omni jure, et a nra, cum Ces: Mte coniunctione, et necessitudine maxime aliena videtur, ita magna est nobis curae, et cordi, non paciemurqz nobis, etiam si extrema subeunda essent, tam manifestam iniuriam, et ignominia fieri, neqz istis difficultatibus, quae nobis immerito ingeruntur, nos ita facile deturbari permitteremus vt illi putant, qui has technas in nos concinnant. Rogamus plurimu tuam Ill. vt quod nobis litteris suis pollicetur, re tandem, praestare velit. Si non adeo nra, saltim tamen iusticiae causa, quae isthic vnicuiqz pro offitio suo, illam ministrare convenit. Cuius officii cognoscet aliquando, nos futuros, nec immemores, nec ingratos. Optime valeat tua Illtas. Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo quinto Caesari Catholico

SAnct.me ac excellen.me res. Rediens dudum ad nos a Mte vra, Nunctius et Secretarius nr Borgius, declarauit nobis quod Mtas vra nos in possessionem ducatus nri Baren. et principatus Rossani restitui mandauit, et litteras ad eam rem oportunas nobis attulit, de quo offitio, et fauore fraterno Mtis vrae, fuimus admodum consolati, et illi e vestigio gracias, quas debuimus, per litteras nostras egimus, Verum facti nunc sumus certiores, illinc ab officialibus, et procuratoribus nris, ipsam possessionem nobis vigore litterarum Mtis vrae restitutam denegari, remque praetextu, quarundam aliarum litterarum Mtis vrae, quae directe contrariae sunt inuestiturae et aliis litteris nobis concessis, in longum produci. (quod admodum nobis mirum videtur) quibus scriptum dicitur, vt nisi vocato prius Jll.mo d. Duce Mediolani, de restituenda nobis possessione nihil fieret, vt hac mora, et difficultate iniecta pariant nobis aliquod incommodum hii, qui et fauorem nobis Mtis vrae inuident, et nram mutuam coniunctionem, et necessitudinem aegre paciantur. Cum autem, et nos vocati non fuerimus, quando possessio nobis, in dicta causa adimebatur, qui ad illam legittime successimus, obtinuerimusque insuper Jnuestituram, a Mte vra, facto illi debito omagio, quae concedi non solet, nisi possessoribus, vel quibus possessio iure debetur. Proindeque Sequestrum cum ipsa inuestitura, nequaquam cohaerere potest. Rogamus etiam atque etiam Mtem vram, vt fratrem nostrum honorandissimum, non paciatur nos, ita et coniunctionem, ac necessitudinem nram, mutuam, apud se per aemulos nros labefactari, vt etiam illud

saltim, quod iure optimo nobis debetur, et Mtas vra iam semel con:
cessit, et restituendu commisit, consequi nequeamus. Iubereq3 dignet.o
Mtas vra denuo, et citra istas productiones et difficultates, nobis
ipsa possessio bonoru nroru reddatur, qua potiti parati erimus, cora
Mte vra, aut eius collaterali consilio, non ipsi solu Ill.mo domino
Duci Mediolani, sed etiam vnicuiq3 alteri, pro iure nro responde:
re, Mandare etiam dignetur Mtas vra, iteru consilio suo colla:
terali, ne se ad exequutionem testamenti Ille olim d. Isabellæ,
matris nræ intromittat. Nam intelleximus priorem inhibitionem
Mtis vræ non proficere, quo, faciet rem suo nomine et celsitu:
dine dignam, et nos hoc fraterno et iustis.mo offitio reddet per:
petuo sibi deditos, et mancipatos. De his autem omnibus, et aliis
negociis nris, reddet abundius certiorem Mtem vram orator nr,
Mag.cus Io: Dantiscus, Cui Mtas vra, benignas aures, prebere
dignetur, pro nra in illam obseruantia, et coniunctione nra mu:
tua, Do: Deus seruet M. vram, semper sospitem, et fœlicem. Cu:
ius frno amori nos ex animo commendamus. Datu Cracouiæ die
xii Iunii.

Sigismundus primus Rex Polonie
Mercurino de Gattinaria Cancellario
Cœsaris

Ill.ris et Mag.ce res. Experimur tuæ Ill.tis singularem erga nos
beniuolentiam, et studiu, tu in aliis isthic negotiis nostris, tum ma:
xime in causa Ducatus nri Baren, in qua cum credidissemus nos tand
voti compotes factos, facto omagio Cesareæ Mti, obtentaq3 Inue:
stitura illius Mtis, et commissione super restitutione possessionis
hactenus tamen id, ab officialibus suæ Cesareæ Mtis consequi
non possumus, quod iure ipso, vel infimo cuiq3 debetur. Rogamus

plurimu[m] Ill[ustrita]tem tuam, adsit isthic nobis, et Oratori, ac procuratoribus n[ost]ris, vt et iusticia nobis ministretur, et commissio ia[m] per eius Caesaream M[aies]tem facta adeo non leuipendatur, cum indignitate illius M[aies]tis, et n[ost]ra summa iniuria, quam nequaqua[m] aequo animo ferre, nec iustitiam n[ost]ram deserere vllo pacto, etiam si extrema subeunda sint possumus, Nam nos sufficientes sumus, cum ad possessionem in quam legittime successimus, et q[ue] iure nobis debetur restituti fuerimus, ex illa vnicuiq[ue] pro iure n[ost]ro respondere, sed et sequestru[m] cu[m] inuestitura qua possessoribus tantu[m], vel quibus possessio iure dari debet, minime cohaeret. Agere etiam velit tua I[llustritas] apud eius M[aies]tem Caesaream, vt Capitula, et articulos matrimoniales n[ost]ros confirmare dignaret[ur], et vt inhiberet denuo illius M[aies]tas testamentariis Ill[ustris] olim matris n[ost]rae, similiter et collaterali consilio, ne se ad exequutionem ipsius testamenti intromittant. quemadmodu[m] et prius illius Caesarea M[aies]tas, dignata est iam committere, quam commissionem nobis hactenus, parum prodesse intelligimus, referemus hanc operam, tuae I[llustritati] omni gratitudine, et beniuolentia n[ost]ra, quae valeat faeliciter.

Sigismundus primus Rex Poloniae Ludouico Aliphio Secretario Burgrabio Craconien[si]

Mag[nifi]ce fidelis dilecte. Accepimus litteras tuas, quibus nobis restitutionem principatus n[ost]ri Baren[sis] declaras, Commendamq[ue] curam tuam, quam isthic in negotiis nostris omnibus adhibes, et eam tibi vberrima gracia n[ost]ra rependemus. Scripsimus vero iampridem, et Caesareae M[aies]ti, et Dantisco, pro ipsa integra restitutione Baren[si], et speramus breui fore, vt et arx, quae adhuc retinetur, nobis tandem restituatur. tu interim quae oportuna

sunt cures, pro fide, et industria tua, turbamq; et seditionem, quæ in ciuitate Roxani est excitata, vt magis expedire videbis, sopias, et extinguas, auctoresq; illius corrigas auctoritate nra, nec prætermittas, quin nos de omnibus, quæ isthic emergunt reddas certiores, pro fide tua, et gracia nra factur. Datu.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Carolo Quinto Cæsari Catholico

S. Ex.me ac excellen.me ros, fecerunt nos certiores officiales, et procuratores nostri hactenus arcem Barensem, non esse nobis restitutam, non possumusq; non vehementer mirari, vt cum semel Mtas vra Cæsarea, pro sua æquitate, ac in nos animi propensione, super inuestituram ipsius arcis Baren dederit assensu, et beneplacitu suum, vnde fiat istud impedimentu, quo minus decretum Mtis vræ Cesareæ, locum habeat, rogamusq; Mtem vram, omni studio, vt tandem possessionem, eiusdem arcis Baren, nobis reddi et libere dimitti iubeat, et vt Mtas vra Cæsarea, aures hominibus maleuolis non accommodet, qui inter nos dissidiu quærunt, coniunctionemq; ac mutuam beniuolentiam, et necessitudinem nram, dirimere contendunt, faciet Mtas vra, rem sua virtute et nra in se perpetua obseruantia dignam, quam illi omni studio, omnibusq; offitiis referre curabimus, fal.me valeat Mtas vra, nosq; sibi habeat commendatos. Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Archiduci Austrie

Ser.me etc. Mirari satis non possumus, vnde nobis tot difficultates, apud Cesaream Mtem ingeruntur, vt cum eius Mtas iam dudu dignata sit consensum suu, dare super Inuestituram arcis Barew, adhuc tamen possessionem arcis ipsius habere non possumus, quod nobis preter omnem aequitatem, et spem nram accidit. Et proinde rogamus omni studio, vram S.tem commendare hanc causam nram illius Mti Cesaree dignetur, vt tandem illius Mtas, possessionem eiusdem arcis Barew nobis reddi, et libere dimitti iubeat, et vt illius Mtas Cesarea aures non adhibeat hominibus maleuolis, qui inter nos dissidiu querunt, coniunctionemqz ac mutuam beniuolentiam, et necessitudinem nram, dirimere contendunt, faciet S.tas rem sua virtute, et nostro in se perpetuo amore dignam, quam illi omni studio, omnibusqz officiis referre curabimus, fel.me valeat, vra S.tas. Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie Vice regi Neapolitano

Ill.ris, et Mag.ce domine amice noster char.me. Nescimus, quo facto nostro fiat, vt ex difficultatibus, quae nobis in Ducatu Barew dudum sunt oborte, nos hactenus explicare nequeamus, vt multa adhuc supersint, quae nobis negotiu isthic non mediocre exhibeant,

Rogamus Ill.tem vram, vt rebus nris sua auctoritate, et patrocinio adesse velit, ita vt humanissime est pollicita, vtqz Mag.cum Ludouicum de Aliphiis Secretariu et Nunctiu nostru, negotiaqz et causas omnes, quae coram illa aut Judicio Regni Neapolitani habet adiuuare, et commendatas habere velit. quod illi vicissim omni beniuolentia, et officiis quibus poterimus referre curabimus Optime valeat vra Ill.tas Datu.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni dantisco Oratori

Mag.ce Sincere nobis dilecte. Etsi pro debito muneris tibi iniuncti crebro litteris tuis, de omnibus rebus, quae ad nos spectare arbitraris certiores nos facis. Nosqz vicissim ad omnia tibi accurate respondemus, et quid facto opus quidqz isthic nomine nostro agendum sit, frequentibus litteris nris suggerimus. Tamen credimus, quod propter magnam locoru intercapedinem qua disiungimur, litterae, quae vtrinqz mittuntur, serius quam oportet perueniunt. Et ideo minus miramur, quod si quid istic non satis ex sententia nobis oboritur, aliunde quam ex tuis litteris cognoscimus, prout nobis modo accidit. Intelleximus enim ex quorunda hominu certa relatione, quod Caesarea Mtas Ducatu Baren viceregi Neapolitano, donare constituerit, pro re bene gesta, quam in prelio quod cum Rege Gallorum nuper habitum est nauauit. Nos vero quapiam alia re, pro eo ipso Ducatu, placatos vel contentos efficere. Tu bene scis, quod nos nichil aliud ab ipsa Caesarea Mte optamus, quam quod iure diuino et humano nostrum est, et proinde idipsum venale non habemus. quare si quid eiusmodi isthic olfeceris et deprehenderis. Da operam vt qua maxime poteris il:

lud avertas, eiqz pro virili tua occurras. Caesaream qz Mtem verbis nostris plurimu roges, ne in causa iustissima nobis incommodare patiatur. Ne ue nos ad dimittendu sub quibuscunqz conditionibus et modis, Ducatu nostru Barensem inducere in animu inducat, nam in ea re nullo modo desiderio et voluntati illius satisfacere possemus. Id nos Mti suae Caesareae, omni studio et facultate nra rependere curabimus, haec et caetera quae in rem nram fore existimabis, solita tua diligentia curare studeas. Nosqz de omnibus rebus, per primu quemqz tabellariu, reddas certiores. Datu.

Ioannes dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Poloniae

Ser.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me

Humillimam perpetuae meae servitutis commendationem. q tam diu nihil scripserim, neqz ad litteras Mtis v. S.mae Crac. 4 Ianuarii, datas, responderim, cum legalia possum allegare impedimenta, quae als Rli Mti descripsi, suppliciter mihi veniam dari peto. et id ad presens etia, q non possu quemadmodu velim esse copiosior, aliquando iterum longum volumen Mti v. S.mae scripturus.

Ex Granata 6. Decembris ad Mtem v. S.ma dedi nouissimas, cum nobili quodam Anglo, huc ad Oratorem Angliae Regis misso qui litteras meas Antuerpiam mittere debuerat, ipse enim terra in Postis currebat. Ex ijs etiam si sunt redditae, omnia quae tu agebantur intellexit.

Quomodo mihi Granatae, et in itinere hucusqz successit, ex meis ad Rlem Mtem accepit / Applicuit huc Caesar postqz Granatae Curtas hoc est omniu Regnoru suoru Hispaniae conuentiones contra Turcas hic indixisset, xxiij Ianuarii, in maxima istius

fluminis Bisurgi qui Duria ab hinc 2 Miliaria influit inundatione, qualis hic prius visa est nunquam. Abstulit enim 14 monasteria, multasque possessiones, et hortos, qui in ripis erant. Ego post Caesarem 26. hic intraui male ex pessimo itinere et tempore affectus.

Contuli me 29 ad Caesarem, qui cum me vidisset, quodam modo perculsus se ad alium conuertit. inde veni ad Cancellarium, cui, cum insolitum hunc Caesaris aspectum retulissem, subintulit, fortassis causam fuisse, quod huc scriptum esset, Mtem v. S.mam Hungariae et Bohemiae regna ambiuisse, Ad quod respondi, etiam si sic esset, id Mtem vram S.mam iure merito facere potuisse, sed scirem eam, pro sua incomparabili prudentia, in hoc potissimum turbulentissimo tempore, finibus suis contentam esse: non esseque tantum in Mte v. S.ma ambitionis, quantum in quibusdam aliis Principibus, qui totum mundum ambirent. Ab eo tempore interuenit aegritudo mea, quae me aliquandiu a Curia domi continuit.

Ceptae fuerunt ijsdem diebus celebrari curtae, quae durarunt vsque ad 14 diem Aprilis praeteriti, in ijs nihil fuit conclusum, quia quod omnes concorditer congruebant, vt nihil Caesari contribueretur, quandoquidem non contra Turcas, sed contra christianos subsidia pecuniaria exigerentur, de his Curtis aliquando diffusius cum tempus suppetet.

Exequiae S.mi olim Hungariae Regis, cui Deus opt. Max. aeternam det beatitudinem, x. februarii hic sunt habitae, ad quas neque ego ex parte Mtis v. S.mae, nec quisquam alius Oratorum fuit vocatus. videbanturque plus habere letitiae quàm luctus, cum passim hic praedicaretur Caesari et fratri suo duo regna accessisse.

Intrauit huc 15 februarii domina Leonora soror Caesaris, quae tamdiu in victoria expectauit, vt in Galliam mitteretur, accelerauit superiori anno, nimium ex Toleto. Sic insperata magis saepe accidunt quam quae speramus.

His diebus fuit tractatum de pace inter Caesarem, et Oratores Pontificis, Galliae, et Angliae Regum, florentinorum, atque venetorum

sed nihil conclusum, quemadmodum videbitur ex actu desuper publi:
co, quem adiunctum, mitto presentibus, impressum. Misissem etiam alia
omnia, quae hic de his rebus inter Caesarem Pontificem, et Regem
Chrianum sunt excussa. sed cogor litterarum parvum facere fascicu:
lum, qui per Galliam ad urbem deferri debet, paulo post mari ver:
sus Antuerpiam omnia missurus. est profecto indecorum, quod conviciis
et carthis, hoc nostro tempore, inter primos orbis Christiani Prin:
cipes, ~~celebrari~~ certari debeat. De quo nuper ad me Venetorum Orator conque:
rebatur, et vix ullam certam pacem hinc tam cito futuram spe:
rat, sumque cum eo in eadem opinione.

Mortuus hic est prima Marcii, febribus acutis correptus, cum in
quintum usque diem decubuisset, Dominus Antonius de Comitibus,
qui fuit superioribus annis Orator ad Moscos. ista sunt premia nra.

Expeditus hinc fuit 8 Marcii Nuncius Regis Daciae extorris, cui
nihil aliud preter verba sunt data, hic illius negotium nihil curatur.

Scripsi etiam iis diebus cum commendatore Limoniensi Mti v. S.mae,
qui me rogaverat, ut pro eo apud Mtem vram S.mam intercederem
ut per regnum et dominia Mtis vrae liberum, posset habere transi:
tum, timeret enim dominum Marchionem Ducem Prussiae, contra quem
hic plurima conquestus est, et multa a Caesare in subsidium postulavit,
sed nihil obtinuit.

Rediit per id tempus, Capitaneus Caesaris Portunus, de quo prius
scripsi, quomodo a suis captus, extra Hispalim, cum triremi bene
instructa, quae huc Regem Chri.mum advexerat, in Aphricam fuis:
set perductus, unde se miser, per suos amicos, septem millibus du:
catis redemit. Multa etiam petit a Caesare, et est frequens in Curia
sed surdo carmen canit.

Discessit hinc XXX Marcii dominus Cancellarius, de cuius abitio:
ne, et causa cur abierit, paulo post latius. Omnes certe boni bo:
num hunc et integrum virum abiisse dolent, neque credo, quod revoca:
ri possit. Multa enim ei sunt prius promissa, et nihil observa:
tum, quod hic non est novum.

Eodem die, versus noctem, redditæ mihi sunt litteræ Mtis v. S.mæ
Crac. 4. Januarii datæ, quibus ex ægritudine mea pene conualui,
Dedi subinde operam, pro audientia habenda apud Cæsarem, qui cum
etiam male haberet ex catarro, et Melancholia, vt Doctor libera-
lis mihi dicebat, admitti tam cito non potui. Nona tandem Aprilis
fui vocatus. Inueni Cæsarem pallidum, et intra se cogitabundum, huma-
niter tamen me excepit, et audiuit. Exposui illi omnia, quæ mi-
hi Mtas v. S.ma præscripserat. Ad quæ respondit, quod ea omnia per
me dicta intellexisset, nihilominus vt certius habere possem desu-
per responsum, postulauit vt in scriptis colligerem, et ad eum mitte-
rem, quod postero die feci, et in tres articulos redegi. De castro
Barem primum, secundum de compositione inter Hungariæ et Boemiæ
Reges, et de euocatione Ciuitatum Gdanem et Elbingem tertium.
quos postquam Cæsar accepisset, remisit ad Secretarium Lalmant.
id cum mihi innotuisset, conueni hominem, cum prius aliquoties
ad eum misissem, et ille mihi significasset, se habere responsum,
et non fore necessarium, ea de re molestare Cæsarem. respondit mi-
hi nomine Cæsaris, hoc quod primum articulum spectaret, se habe-
re in commissis, vt cum Sigis: Loffredo tractaret, quo omne id
fieret, quod iusticiæ esset conueniens. Ad secundum de S.mo Bo-
Ferdinando Joanne de Zapola rege Vngariæ
emiæ Rege, et Palatino Transiluaniæ, quod Mtas v. S.ma, nihil
ope prætermitteret, quo eos componere posset. habet Mtas
Ces: Mti vestræ gracias, id idem etiam Mtem Ces: superioribus
litteris suis, apud fratrem suum egisse, vt id fieret, quod esset ra-
tionabile, siquidem eo verbo Secretarius vtebatur, et in nouissi-
mis, hoc illi iterum fuisse perscriptum. Cæsaremque omnia factu-
rum, pro debito suo, quæ in rem Christianam expedire videbun-
tur, quantum illi esset possibile. De tercio, quod attinet Ciuita-
tes Mtis v. S.mæ, sibi esse a Cæsare commissum, vt desuper etiam
ageret, cum domino Preposito Imperiali vice Cancellario, quod ta-
les darentur litteræ, quæ huic negotio forent accommodæ.
Hæc fuit in compendio series totius responsi, ex quo facile,

quid sibi velint, Mtas v. S.ma intelliget.

Post hoc Colloquium idem Secretarius, vt non est admodum prudens, et totus viceregi addictus, incepit ridendo quærere, quid inquit, non dimittetis nobis Statum Barensem, pro Ducatu Masouiæ quem nuper Rex vester occupauit, cum sit deuolutus ad Imperium, sicut huc Mti Ces: principes Imperii perscripserunt. Detinet etiam rex vester Prussiam, quæ etiam est Imperii, Bonum inquit esset, vt desuper Rex vester, cum Mte Ces: conueniret. Ducatus Masouiæ habet de prouentibus annuis, vltra sexaginta millia Ducatorum, et Barensis, non habet, vltra 20 millia, non esset indigna conditio, quod Rex vester dimitteret statum Barensem pro Masouiæ Ducatu, et de eo faceret homagium Mti Ces: et Imperio, et daret quolibet anno suæ Mti, certam peccuniarum summam, quo sic negotium hoc componeretur. hæc cum audiuissem, quæsiui, si ista nomine Cæsaris diceret, respondit quod non, sed quod hæc sic essent ad Cæsarem perscripta. Intumuit mihi certe iecur, sed tamen me continui, subintulique ea in re, Mtem Ces: et se etiam non bene instructum, quandoquidem sine aliqua dubitatione, Ducatum Masouiæ semper fuisse de corpore Regni Poloniæ. Ducesque Masouiæ nunquam Imperio, sed Regibus Poloniæ semper fecisse homagium. Explicauique illi longam historiam, de his rebus, et multa alia contulimus. quæ ad præsens scribi non possunt.

Ab Mas=
uia
ducibus

Conueni subinde D. Præpositum viceCancellarium Imperialem, qui cum mihi sit singularis amicus, et adhuc in Aula Maximiliani olim Cæsaris quædam necessitudo amicitiæ inter nos intercessit. illi hanc fabellam recensui, ad quam mox subrisit, dicens a principibus Imperii talia huc nunquam fuisse perscripta, se etiam fuisse, a viginti annis, in officiis Imperii, et nihil vnquam ea de re intellexisse, nihilque aliud esse, quàm iste Lalmant habet quosdam venatores, suos in Imperio, et præsertim in Curia domini Archiducis, qui huc talia in fauorem viceregis soliti sint scribere. et hoc etiam sic certo se habere arbitror. Scribuntur enim huc interdum, ab

istis nebulonibus, multa quæ nunquam fuerunt in rerum natura, sicut superiori anno fecerunt de connubio Magistri etc. Hinc Mtas v. S.ma liquido videt, quibus modis hic practicatur, et quibus cuniculis adhuc ad statum Barem contendant, quærantque omnes vias, et methodos, quos possunt, sed vt spero, laterem lauabunt, vel potius littus arabunt, in quo fluctibus obruentur.

Non potui mihi igitur temperare, cum 24 Aprilis præteriti Cæsari darem supplicationem, de Adoba indicta, super statu Barem. illeque me iterum ad Lalmant remisisset, cum illum nominasset, finxi, quasi mihi obiter incidisset, retulique ea omnia, quæ mihi idem Lalmant de Ducatu Masouiæ dixerat, et ad longum Mti suæ exposui, quomodo negotium hoc habeat, rogando, quod sua Mtas huiusmodi falsis delationibus, non haberet fidem, neque se pateretur induci, vt quicque de Mte v. S.ma crederet, quod bono fratri et amico non conueniret, Mtemque vram semper fuisse alienissimam ab appetitu rerum alienarum. Addidi præterea multa quæ res ipsa exposcebat, et nunquam mihi visus sum Cæsarem habuisse magis attentum. respondit bonus Iuuenis, reuera ex animo, cuius verba subnotanda duxi, Verum est, inquit, quod ego audiui de ista re, et Ducatu, in mea presentia loqui, sed sine fundamento. et dato quod sic esset, tamen hoc tanti esse non posset, vt animum meum, et bonum affectum erga dominum vestrum, fratrem meum, et bonum amicum, in minimo immutaret. Nam de eo non soleo aliud credere, quam quod bono fratri et amico conuenit, quod ego mihi vicissim de eo persuadeo. Neque vos hoc negotium conturbet, sum enim in his, et aliis rebus, quas mihi proposuistis, id semper facturus, quod mutuæ coniunctioni, atque æquitati est congruum.
Hoc profecto responsum, me non parum exhilarauit, videbatur enim mihi, quod vero ex affectu protulisset. Neque illi omnem culpam impingere possum, quod sic interdum male cum negociis Mtis v. S.mæ tractor. Coguntur plærunque magni principes, non semper ea facere, quæ volunt.

Ea quae concernunt arcem Barew, et Adcham, ex meis ad Rlem
Mtem, intelligentur. Id quod spectat evocationem Gdanensium
et Elbingensium. Sic habet, fui heri apud dominum Praepositum Vice=
Cancellarium Imperii, cui iste Lalmant, arlos hos tres, a me Caesa=
ri, in scriptis datos, misit cum commissione, quae in re facere
deberet omnia, quo Mti v. S.mae gratificaretur. Credoque quod hoc ne=
gotium bene expedietur, sed cum ad presens hic tanta sunt agen=
da et scribenda, Rogavit me D. Praepositus, ut paulisper expe=
ctarem, omnia debere ex animi sententia confici. Mittamque hanc
expeditionem, cum primis Mari, per Antuerpiam, quo intelligo,
brevi hinc Postam ituram.

Habuimus hic novum, quod me fere ab Inferis, in meis magnis crucia=
tibus revocavit, septima Mensis Aprilis novissimi, missum ex Cra=
covia per mercatores Viennam, et inde per Velzeros hucusque, quo=
modo Dux Constantinus xx millia Tartarorum, cum iam pene, ad
suos cum preda 40 millium captivorum redivissent, nihil tale speran=
tes oppressisset, et una cum Iuvene Imperatore, quem secum habe=
bant, omni preda recuperata usque ad unum interfecisset, ex his
700 vivos cepisset. haecque victoria, in primis non Mti v. S.mae,
sed cuidam Duci Constantino greco, qui in Italia Caesari Max=
servierat inscribebatur, quandoquidem, in his novis, nudum
nomen, Ducis Constantini exprimebatur, donec a me ipsi etiam
Lalmant, quis is Constantinus esset declaratum fuisset. Deo gra=
cia, qui adhuc omnimode suos non deserit. NB

Quae his diebus acta sunt in Italia, perque Gallos circa Neapolim,
puto Mtem v. S.mam non latere, hinc inductus Viceréx, co=
actus est cum Pontifice octo mensium facere inducias, alias ut
intelligo totum Regnum Neapolitanum insurrexisset, quid ex his
induciis orietur, quae non immerito insidiarum cognatae, ab antiquis
semper fuerunt nominatae, processus temporis docebit, fertur Du=
cem Borbonium in eas non consensisse, qui non contemnendo exer=
citu dicitur munitus, hinc novae turbae recrescerent, siquidem

illmis res agitur, remisso hoc exercitu, et rebus suis sine firmamento relictis, actum erit de eo. hic adhuc perpetua laboratur penuria, ob quam multi hinc abeunt. De obsidibus nihil tractatur amplius. Rex Chri.mus, hic male audit, dicitur lepra infectus, et apud suos, non esse ita charus, ut consueuerat. Sed ego, et hic pleriq alii credunt, eum aliud moliri, et timetur, ne experrectus semel, quapropter tantu dormierit plenius declaret. Hic in diem viuitur, nihil curatur / feruntur etiam paulo ante, aliquot Maurorum Biremes, seu fustæ littora Andelosiæ, inuasisse, et non paucos captiuos abduxisse. et de nobis mirantur, qui viuimus in planis regionibus, non mari, neq montibus septi, quod interdum ab Infidelibus detrementa paciamur, qui tamen sæpius a nobis male accepti, non impune abeunt.
Alia ad presens, in hac scribendi celeritate non restant. Supplico humillime Mti v. S.mæ, ut ea quæ sic volanti calamo scribo, pro gracia sua, et non ad rudem meum intellectum perpendat, quandoquidem plurima, quæ obiter incidunt omitto, ut ne tempus quidem sit, quo a me relegantur. Commendo me suppliciter, Mti v. S.mæ, et rogo huius mei exilii, et aliquando reditus mei, clementem habere rationem dignetur. Datum, ex Valleoleti vi Maii Anno dni M° D xx vii°.

Ioannes dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Polonie

SEr.ma Regia Mtas, et domine domine clemen.me

Humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendacoem. Scripsi hinc nouissime 22 Aprilis præteriti, deinde 6 et 21 Maii, et

postremas xvii Junii, quantum per id temporis, manus haec potuit, quae adhuc vires suas in integrum non recuperauit, et quae per temporis angustiam, ob postarum celeritatem scribi potuerunt, Interea per istos aestus qui cum bono faenore redierunt, hucusque retenti negociatum est a me apud Mtem Ces: ingi diligentia, sed vt in processu istarum patebit nihil expeditum, preter mandatum Caesareum ad judicium Camerae, quod tandem cum exemplo suo his inclusum mitto, missurus cum proximis aliud, quandoquidem triplicatum obtinui.

Jniunxit mihi Mtas v. S.ma, vt omnia quae hic aguntur per temporum rationem, et calculum describerem, vnde per modum Ephemeridum omnia accipiat, quae ad meam peruenerunt notitiam, Jn quo, si mihi non satisfacio, velim enim esse compendiosior, ob periculum, quod mihi ex multa scriptione euenire posset, cum passim vt Comes Nogarollis mihi retulit, omnia quae a me scribuntur a nostris sciantur, mandatis tamen Mtis v. S.mae satisfieri oportet, Cui humillime supplico, Si aliquam graciam ab ea vnquam merui, hanc mihi duntaxat imparciat, ne litterae meae, quas adeo copiosas, pro fide mea ad Mtem v. S.mam transmitto, aliquando discrimen mihi pariant. Noui equidem nrorum affectus, qui pro cuiuslibet factione, qua deuinciuntur facile huc vel illuc solent impelli. &c.

Venerunt huc Nuncii Ducis Moscouiae, qui ex Brabantia se mari commiserant xx Junii praeteriti, et 2 ab hinc Miliaria, in Caucson substiterant, quo hospitium hic illis inueniri posset, fueruntque ibidem aliquot diebus, antequam hic domum habere poterant, quae tandem satis vilis eis data fuit, vixeruntque in ea suis sumptibus, vsque ad diem 29. Junii, quo primum in colloquium ad Caesarem admittebantur, post quod illis Caesar de expensis satis habunde prouidit. habueruntque publicam, vt vocant audientiam, in Aula, vbi Caesar prandere, et missam audire solet, illic ipse stando, illos stantes audiuit, vnus illorum duas, et alius etiam duas, Interpres

vero unam quadragenam Sobellinorum, cum quibusdam piscium dentibus, ut illorum mos est Caesari donauerunt, paulopost vendebant hic pu: blice merces suas, ocreas, sellas, flagella, pelles, et vestes pellice: as, De istis praeterea dentibus, de quibus aliquot Caesari dederat, et quicquid habebant, usque ad cultellos, quod vendi potuit, fece: runtque mercaturam non sine lucro, credoque illos optare, ut quoli: bet anno huc venire possent, mutaturos oratoriam dignitatem, in mercatoriam, Suntque igitur hic a multis derisi, et pro bestiis habiti, neque Ductori eorum domino Comiti Nogarollis placuit, quod dentes istos piscium leui precio, qui alias hic magni sunt aestima: ti, passim sic vendebant, dixitque mihi. Si Dux Moscouiae, hoc sciret, commissurum ut in furcam suffigerentur - quid hic egerint paulo inferius scribetur.

Mathi y

Vigesima tertia Junii, misit mihi dominus Comes litteras, in negotio Barensi Mag.ci domini Palatini Cracouiensis Pragae 29. Marcii datas, et ipse postea 26 eiusdem Junii venit ad me, et mecum humanissi: me egit de omnibus, ob familiaritatem et longam consuetudinem, quae mihi fuit cum patre eius domino Hieronimo, Comite Nogarollis, viro doctiss: qui superioribus annis, ex Aula olim diui Maximili: ani Caesaris mecum usque Barchinonem profectus fuit, Recensuitque mihi omnem historiam, in Polonia, Moscouia, et Bohemia gestam, et quam honorifice a Mte vra S.ma tractatus et donatus esset, et quid sibi S.mus dominus suus Bohemiae Rex in negotio Ba: rensi apud Mtem Ces: agendum commisisset, quodque eam instructionem sigillatam Mti Ces: dedisset, et illa eam, domino Praeposito de Walt: kirchen Imperiali vice Cancellario, ut de ea relationem faceret porrexisset, offerens se si quid in hoc negotio posset, se id totis viribus praestaturum.

Ut in iis habundius edocerer, rogaui dominum Praepositum de Walt: kirchen eodem die ad coenam, in qua mihi omnia retulit, quo mo: do dominus Comes breuem habuisset heri coram Caesare oratio: nem, et quod cum multis aliis scripturis, etiam Instructionem, nego:

cū Barен Mti Ces: attulisset, quam sibi subinde Cæsar, vt commodo tempore, de ea relationem faceret, dedisset, ostenditq mihi eandem instructionem, ex crumena sua, in qua pro Adoha, adolia erat scriptum, de quo illum quid adoha esset et significaret, commonui, vt tanto clarius, relationem suam facere posset qua in re idem dominus Prepositus, qui adhuc in Aula, diuī olim Maximiliani, et ad presens, in hac mihi est coniunctis.mus, omnem suam polliceebatur operam.

Postero die, quæ 27 Junii fuit, venit ad me, mane Ill.mus dominus Joannes Albertus Marchio Brandenburgen, iuimusq simul ad Curiam, et pransi sumus cum domino Comite de Nassan, fuitq vltima dies octauæ corporis Christi, vnde ante processionem conueni Cæsarem, alloquutusq sum eum in hunc modū, quomodo certo intellexissem S.mū dominū Boemiæ Regem, et per litteras, et per Oratorem suū commendasse Mti suæ negotiū Barен, quo Mtas vra, cum S.ma coniuge sua immunis esset, a solutione Adohæ, haberetq liberum dominiū in castro Barен quemadmodū Ill.ma olim domina Dux Mediolani exempta fuit ab istiusmodi Adoha et castrum hoc, sine conditionibus libere tenuit et possedit, vsq ad extremos vitæ suæ dies, et cum iam ista coniunctio, et necessitudo cum Mte sua, et illius fratre S.mo Bohemiæ Rege, per innouata fœdera, cum Mte vra S.ma facta esset arctior. rogaui, vt his negotiis finem imponeret, et non permitteret, iam post tertiū annū, ea in vlterioribus moris protrahi. Ad quod respondit: Tametsi noua fœdera inter Mtem vram, et S.mū fratrem suū Bohemiæ Regem, non videbantur fuisse necessaria, sibi tamen gratum esse, q forent confirmata, vnde se pro mutua necessitudine, cum Mte vra S.ma, in negotio Barensi, sic vt conuenit, et breui exhibiturū, et quantum esset possibile, citius desuper, se finem facturū. Talia responsa iam sæpius a Mte sua obtinui, et hactenus nihil est subsecutū. Ego quidem rem vlterius promouere non potui, cogere neq licet neq possum,

et hucusq; omnem moui lapidem, nihilq; quod expedire videba-
tur intactum reliqui, sed frustra verberaui aerem. fuit itaq; mi-
hi gratiss.mu, quod etiam per mediu S.mi Boemiæ regis tractari ce-
ptum sit, quod quantum profecerit, paulo post experiemur.
Et quia vt scripsi, vltima fuit dies octauæ corporis Christi, pro-
cessioq; instabat, circumspexit Cæsar illos, qui velum supra sacra-
mentu, cum eo portare debuerant, et subinde misit ad me Ma-
iorem domus, vt ego ducerem partem sinistram, ipse erat in dex-
tra vltimus, præcesserunt eum Dux de Bezera, et dominus Lassan,
ego vero, e regione suæ Mtis, præcesserunt me dominus Comes
de Nassan, et dominus Fonseca, post processionem redii cum do-
mino Marchione Brandenburgen, qui ad honorem S.mæ Mtis
vræ, me sæpius solet comitari ad hospitiu meu, illicq; pransi fil
sumus, exhibetq; se in omnibus Bonus Princeps propensissimu,
vbi Mti v. S.mæ inseruire posset. quemadmodu id superioribus
diebus ex Granata, ad Mtem v. S.ma perscripsit, cui aliquan-
do, si Mtas vra respondebit, preter hoc quod debet, reddet eum
sibi deuinctiss.mu, possetq; se offerre occasio, qua illius opera Mti
v. S.mæ, non futura esset inutilis, ad quod paruæ Mtis v. S.mæ
litterulæ, ingens præstabunt incitabulu. Non abs re hæc scribo.

Venerunt huc his diebus noua hæc de vrbis direptione, et captiui-
tate Pontificis, quæ hic non omnibus erant grata, qua de re Tor-
neamentu, quod magnis impensis struebatur, ob natiuitatem Don
Philippi Infantis et Principis Hispaniaru, cuius Historia misi
cum nouissimis, et omnia quæ ad id iam erant parata euanu-
erunt, vult enim Cæsar videri, factum hoc Romæ, non ex sua
commissione et voluntate, sed malo quodam fato prouenisse.
quod reuera, sic se etiam habet, nam milites isti Acephali
sine stipendio, hucusq; ferme in Italia militarunt, miseruntq;
huc superiori die vnu de Capitaneis, exigentes a Cæsare,
supra predam, quam abstulerunt decem Mensiu solutionem,
additis etiam quibusdam minis, nisi istiusmodi menstrua sti-

pendia persolverentur. Ad ea vero Cesar commodum reperturus est remedium, quo et insolentiam istorum militum, et effrenem eorum cupiditatem cohercere possit. Vis consilii expers mole ruit sua.

Quomodo haec turba, inter Pontificem, et Caesarem acta sit, et cuius culpa omnia acciderunt, ex litteris Mtis Ces. presentibus annexis intelliget, Secretarius Valdesius, qui eas conscripsit, fuit superiori die apud me in prandio, et data opera, quod et ipse mihi fassus est, se ad me ingessit, non aliam ob causam quàm ut mecum super his litteris mittendis colloqueretur, facileque obtinuit, ut eas transmittendas acciperem, cum scirem in eis contineri omnem istius Tragediae tenorem, quo de omnibus Mtas v. S.ma liquidissime edoceri posset, fuit etiam alia causa, cur idem Secretarius ad me venerat, quandoquidem per alias ambages, mecum de his turbis Italicis multa colloquebatur, pleraque de concilio futuro, quod summopere necessarium fore aiebat insinuans, et tandem plane eloquutus est, me Cesari rem gratiss.mam facturum, si litteris meis Mti v. S.mae persuaderem, ut ad Concilium generale instituendum afficeretur, et hoc Cesar in litteris suis ad Mtem v. S.mam publicam causam obscure appellat, ne ipse primus videatur, cum partis censetur esse adversae, qui cupiat ut fiat Concilium, vellet enim, ut certo suspicor Cesar, quod id a Mte vra S.ma, et aliis Christianis Principibus, et Regibus, quibus ad eum modum etiam scribitur, proponeretur atque postularetur, et quamvis hoc potissimum tempore, plurimum expediret, ut fieret Concilium, Mtas tamen vra S.ma, quid desuper agendum sit, pro sua incomparabili prudentia, apud se bene perpendet, et nihil quod, ex re erit omittet.

Mortuus est hic prothophisicus Cesaris Doctor Liberalis 29. Junii, vir bonus, et senex, annum 84 agens, qui manui meae medebatur, multumque mihi profuit, unde ad funus illius conducendum veni, fuerunt ibidem Nuncius Pontificis, Venetorum, Mediolani, et Florentinorum Oratores, cum Nuncio Pontificis, domino Baltasare,

Castillioneo fuit mihi de rebus multis, longus sermo. Dixitque mihi quomodo se Cæsar excusaret, sua culpa non factum, id, quod Romæ accidit, et quod etiam dixisset, se, cum de aliis multis turbaretur, gaudere tamen, quod Dux Borbonius non habuisset culpam, in profectione ad vrbem, sed ipsum ad hoc a militibus compulsum. Ad quod respondisset Cæsari, se de hac culpa, non posse decernere, sed id iam Deum iusto iudicio iudicasse, indicans, qua morte interiisset, Multa mihi inter alia conquestus, quo de ijs me ad scribendum Mti v. S.mæ, et eam ad commiserationem inducendam commoneret. quod etiam cum aliis, in notitiam Mtis v. S.mæ, non abs re deducendum existimavi.

Celebratæ sunt hic vltima Junii magna pompa exequiæ Ducis Borbonii, cum longe maiori frequentia et sumptu, quam erant exequiæ, S.mi domini Ludovici Hungariæ Regis, erant tamen, quidam domini Hispani, et cumprimis Comes de Benevento, qui cum aliis Cæsarem vsque ad ecclesiam conduxit, sed non intravit ad exequias, timens excommunicationem, Pontificis, cuius Borbonium hostem fuisse asseruit. fuitque hic desuper disputatum, si illi exequiæ fieri deberent, nec ne, vicit tamen sanior pars. Tantæ molis erat res.

Appulerunt huc prima die Julii Regis Chr.mi, atque Angliæ, duo Oratores, de quibus prius in novissimis attigi, fuerant multis diebus, in Barona oppido, in his finibus Regis Galliæ immorati, cum noua hæc, ex Italia intellexissent, misit illis Cæsar obviam, exceptique sunt magno honore, quandoquidem sperabatur, post has turbas Italicas, istorum Regum animus mutatus, et mitior ad pacem factus, Cum autem a Cæsare audiebantur, longe alia habuerunt, fertur prima fronte Cæsarem de eis non fuisse contentum, immo voluisse, vt subinde redirent vnde venissent, corripuisseque oratorem Gallum verbis asperioribus, et multa in ipsum Regem animo vehementiori dixisse, quæ tamen paulopost per Consiliarios, suæ Mtis fuerant mitigata, ceptumque est deinde multis diebus continue tractari, et ad hoc deventum, quod Cæsar ob tranquilli-

reip: Christianæ contentus est, pro Ducatu Burgundiæ accipere du:
os milliones, hoc est viginti centena millia ducatorum, et dimittere
obsides, habitis tamen primis istiusmodi pecuniis integris, Orator
Regis Chri.mi, fertur obtulisse vnum millionem in paratis, et reli:
quum in quinque annis subsequentibus persoluendum. Ad quod se S.mus
Angliæ Rex sponsorem seu fideiussorem interponit, qui per su:
os Oratores, iunctis Gallis, hæc omnia tractat. Cæsar vero, suo
periculo cautior factus, conditionem hanc non suscepit, Regique
Angliæ nunciauit, commonendo eum vt amicum, ne se, fideiubendo
pro Rege chri.mo, in discrimen ponat, sumens exemplum a fide pri:
us non obseruata, qua de re quottidie expectatur responsum,
Cæsar hæret in eo, se obsides non dimissurum, donec summa hæc in:
tegra persoluatur, quid hinc nascetur, cum adhuc omnes isti Ora:
tores hic agant, Mtas vra S.ma ex proximis meis cum primis
postis accipiet. Scriptum mihi est nouissime vltima Junii, ex
Londino Angliæ, Cardinalem Eboracen missum a Rege suo in fran:
ciam ad Regem Chri.mum, et quod iam omnimode Matrimonium inter
filiam Regis Angliæ, et Delphinum Franciæ sit conclusum, et for:
tassis pro Delphino, ipse pater, vt plerique suspicantur succedet,
quisquis eorum erit, hæc coniunctio rebus Cæsaris parum commo:
dabit, etsi ad presens per istos Oratores qui hic agunt, certa
pax non conficietur, nouissimus error prior erit priori.

Præfecit his diebus Cæsar Illm dominum Ducem Ferrariæ, in Ca:
pitaneum supremum exercitui, qui est in Italia, quomodo illæ
gentes adeo effrenes, sine neruo diriget, et qualis futura est obe:
dientia, et disciplina militaris, iam Roma probauit. Tractatur
etiam hic, cum auditum est copias regis Chri.mi, Mediolanum
versus tendere, vt Cæsari Venetos iungerent, sed quo modo fiet istud,
cum illius potentiam semper suspectam habuerint, et inimico re:
conciliato, cum periculo creditur. Hic adhuc, quod toties in omni:
bus fere litteris scripsi, egetur, plusque vnquam primis, oppignoran:
tur omnia, nemini soluitur, et pecuniæ omnibus modis conquiruntur,

vnde certa est coniectura, q illarum magna vis congesta esse debeat, In quem vero vsum conserantur, exitus aliquando docebit.

S.ma domina Imperatrix, septima Julii post partum se Ecclesiæ presentauit, cum magnis ceremoniis, fueruntq hastiludia, iaculationes cannarum, et multa tauricidia. Infans hucusq bene valuit, licet a Mathematicis, non diu victurus prædicetur, quod etiam de ipso Cæsare, vaticinati sunt quidam, quem putant 25 diem octobris futuri non excessurum, sed hæc in manu Dei sunt, qui solus, numerum dierum nrorum nouit etc.

Accepi hic litteras S.mæ Regiæ Ma.tis Cracouiæ, prima Maii, dat. xii Julii, quibus mihi scribit Commissarios Viceregis Neapolitani, extorsisse solutionem Adohe a M.tis suæ officialibus, qua de re percitus, subinde me ad Cæsarem contuli, fuit iterum mecum, pro honore M.tis v. S.mæ Ill.mus dominus Jo: Albertus Marchio Brandenburgen, qui cum iturus sum ad Curiam, se mihi semper iungit comitem, venimus ad aulam, vbi M.tas Ces: solet primores suos admittere in colloquium, et inuenimus ibidem dominum Præpositum de Waltkirchen, a quo quæsiui, si M.ti Ces: nomine S.mi Boemiæ Regis relationem fecisset in negotio Barensi, qui respondit, se illam nondum fecisse, neq tam citto adhuc eam facere posse, et q haberet plurima Imperii negotia, quæ etiam ad eum modum delitescerent, et q nihil durantibus Gallicis tractatibus, cum Cæsare agi posset, daturum se tamen operam, vt quamprimum posset, relationem hanc faceret,

Cum sic colloqueremur, Introiuit Rex de Thenes Aphricanus, expulsus a Regno suo per Barbarossam Turcam, conseditq prope nos facie fortunæ suæ conuenienti. is habuit dominium suum in Aphrica Gadibus oppositus, expulsus vt scripsi a Barbarossa et Rege de Tunes, qui ad presens illius Regnum occupauit, habuitq hic apud Cæsarem, paulo ante Oratores suos Rex ille de Tunes, rogans Cæsarem, ne illum de Thenes emitteret, promittens se omnia fœdera obseruaturum, quæ superioribus annis, cum Rege Ferdinando Catholico habuerat. sic iste miser, de Thenes, a quinq

annis, postquam huc pro suppetiis confugerat; circa Cordubam, cum vxore, et liberis suis detinetur, semperqz vt restitueretur, auxiliu frustra implorat. sic transit orbis.

Post paruu tempus nobis sic considentibus, exiuit Cæsar cubile suu, Rexqz ille de Thenes, primus se ad illum applicuit, quo viso Cæsar coram eo biretum vt vocant suu deposuit, ille pronus, manum eius exosculatus, pauca verba habuit, retulitqz credo pauciora, nam statim ipsum expediuit Cæsar, et cum his qui eum conduxerant a se dimisit. ego subinde accessi, dixiqz Mti suæ, me tot dedisse his diebus memorialia, quæ omnia a me benigniter accepisset, et hucusqz de his nullam nactus resolutionem, nescirem omnino quid de his actum sit, jamqz negotiu hoc Adohæ, a qua S.ma domina mea iure merito immunis esse deberet, per duos integros Menses, apud suam Mtem egissem, nihilqz solidi essem desuper consecutus.

Interea vero, quo hoc sic a me tractatum est, acceptis pridie literis a S.ma domina mea, intellexi commissarios viceregis Neapolitani contra omnem æquitatem, solutionem Adohæ ab officialibus S.mæ dominæ meæ extorsisse. quod quantu a mutua necessitudine esset alienum, et prærogatiuis atqz immunitatibus S.mæ dominæ meæ contrariu, facile Mtas sua Cæs: posset perpendere, proinde summopere rogabam, cum etiam S.mus Boemiæ Rex, ad id intercederet, quod Mtas sua Ces: tandem desuper mentem suam declarare, et his negociis iustum finem imponere vellet, ne cum tanta indignitate perpetuo Mti vræ S.mæ imponeretur. Ad quod contracta fronte, subtristis respondit, se adhuc de hac Adohe exactione, non habere scientiam, nihil etiam in his fieri debere. quod iniustum esset, et se his rebus breui velle intendere, et efficere. qd propediem, quantum possibile esset citius expeditio huius negocii fieri deberet.

Accessit postea dominus Præpositus Waltkirchen, a quo, transeundo ad missam pauca audiuit, et illum duobus verbis expediuit, vnde ille ad me conuersus, quomodo vultis inquit, qd relationem in

in negotio Baren faciam, quando neq sua negotia vult audire,
Hæc omnia igitur, adeo diffuse, Mti v. S.ma scribo, vt inde colli-
gat, quo modo hic tractatur, ego nullu non moueo lapidem, quantu
in meo est intellectu, sicubi video aliquid, quod rebus mihi commissis,
commodare posset, vt semel ex hoc ergastulo liberarer, sed hacte-
nus perdidi oleum et operam.
Venit ad me postero die D. Sigismundus Loffredus, instructus vt
certo reor a Cæsare, et cum mecum consedisset, præfatus est pri-
mum non esse aliam causam, ob quam ad me diuertisset, q vt me in-
viseret, cum iam ab aliquot diebus me non vidisset, Deinde, inter
colloquendu quesiuit, quasi obiter a me, si fuissem nuper in Curia, di-
xi me heri alloquutum fuisse Cæsarem, et non aliud responsu obti-
nuisse, quam tritum hoc, faciam, quam primu erit possibile, hoc ve-
ro possibile, iam a tribus annis hucusq fuit impossibile, vnde neq
non satis mirari possum, quid sibi tantæ moræ velint, et quando
hoc faciam conficietur. Ad hæc ille, composito ad grauitatem vul-
tu, Ego inquit vobis consulerem, q hoc tempore non adeo Mtem Ces.
sollicitaretis, donec redeat D. Magnus Cancellarius, qui propediem
est venturus, quandoquidem Mtas sua illu reuocauit, et sic commode
omnia poterint expediri. Ad quod ego respondi, me non ignorare
molestum esse Mti Ces. q toties a me interpellaretur, neq id inuitus
facere, verumtamen negotia mihi commissa, propter quæ hic cum
tanto dispendio, tanto tempore ago, et quæ tam indigne contra
omnem æquitatem Neapoli tractarentur, me etiam reluctantem,
ad Mtem suam protraherent, quocirca satius esset, quo Mtas sua
istiusmodi molestia, et ego Mtis suæ indignatione carerem, vt
tandem his negotiis semel colophon imponeretur, quod ille, vt
solet semper, dicebat breui futurum, sic inter nos fuit discessu.
Hinc plane cognoscit Mtas v. S.ma q adhuc latet anguis in
herba, protelant omnia in longu, ego me adhuc ex his, vt in du-
biis fieri solet, satis explicare non possum.
De aduentu domini Magni Cancellarii, qui a Cæsare ad Curia re-

uocatus est, adhuc tempus certum haberi non potest, summopere
cupio q bonus hic senex incolumis ad nos applicaret, sine eo diffi:
culter in negotio Barensi finem habituri sumus, ideo, q ipse in cau:
sa Baren omnia tractauerit, habeoq in eum singularem fiducia,
modo redeat, quod aequitati non deerit. Cesar eam re, tantum
non fidit aliis, neq alii quicqua ausi sunt, quod viceregi displicere
posset, vnde omnia vsq ad illius reditum reiiciuntur. Agit ad pre:
sens ipse D: Cancellarius Genua, illucq cum periculo 24 Junii appli:
cuit, parumq abfuit, quin a 16 triremibus Gallorum captus esset.
Et cum nunc haec littora circumquaq Galli occupant, difficilis illi
erit reditus, ipse igitur hinc iuit ex Curia, vt videret patriam,
ad quam illi non est datus accessus, vtpote cum Dux Subandiae per
matrimoniu confectum, inter filiam Regis Chri.mi, et filiu suu pri:
mogenitu, cum Gallis sit in faedere, et cum ad presens Heluetii,
cum Gallis iam sint Vercellis Mediolanu contendentes, Sic omni
spe sua frustratus, et presertim ob hanc miram in Italia et vrbe
methamorphosim, Bonus vir, cum magno suo detrimento, et qua:
dam indignitate redire cogetur.

Post nouissimu colloquiu, quod habui cum Cesare, monitus vt scri:
psi a D: Sig: Loffredo continui me, quousq dominus Praepositus
Waltkirch, in negotio Baren, nomine S.mi Bohemiae Regis rela:
tionem fecisset, quae postquam facta erat, venit ad me dominus
Praepositus eodem die, hoc est 28 Julii, quae durauit antequam
fierent, a 26 Junii. Sic hic res Regum, quae nullum ferunt
emolumentu tractantur. Dixitq mihi d. Praepositus, q in Consilio
priuato, hanc relationem iuxta memoriale, a S.mo Bohemiae Re:
ge missum quam diligent.s.me fecisset, admonens Cesarem q M.tas
sua vtrisq regibus, tam Bohemiae, quam etiam M.ti v. S.mae, in
hac causa gratificari deberet, qui vltra mutuam necessitudinem,
nouu et tam necessariu faedus iniissent, qq desuper Comitem
Nogarollis, cum claro responso expediret. ad quod dixit Cesarem
respondisse, q negotiu Baren vellet consilio Arragoniae com:

mittere tractandum, ut ibidem videretur, quid ea in re fieri posset. Comitemque Nogarollis, se, cum certo responso expeditum. Sic tandem haec relatio facta, nouos tractatus peperit, quasi per hos tres annos, parum in his per me fuerit tractatum. Tantum hucusque S.mi Bohemiae Regis intercessio profecit, jam mihi ut reor magis credetur, si hic tam diu nihil expedivi, quod non per me stetit, neque quod in cura et diligentia mea quippiam magis possit desiderari, cum id semper egerim, quod pro captu mei intellectus potui.

Ne tamen mihi quicque omisisse viderer, cum res in eo adhuc esset, cardine, confeci subinde aliud Memoriale Caesari, cuius exemplum hic inclusi, et penultima Julii iterum me ad curiam contuli, inuenique Caesarem in mensa, unde cum surrexisset, allocutus sum eum, in hunc modum: quo modo iam aliquoties dedissem memoralia in negotio Barem Mti suae, et quod illa a me clementer accepisset, promisissetque his intendere, et quod desuper tractari deberet, quod tamen hactenus non successisset, resque semper in ulteriores moras reiiceret, quare de re cogerer illi iterum dare aliud memoriale, ne causa haec oblivione obliteraretur, recensendo illi ea, quae in primo Memoriali habebantur, et quod summa omnium esset Mtem v. Smam, cum Coniuge sua Sma, nihil noui a Mte sua petere, id duntaxat, quod dudum ante per confirmationem priuilegiorum, et per Inuestituram suam concessisset, utpote, quod Mtas v. Sma, cum coniuge sua in his iuribus, et consuetudinibus conseruaretur, in quibus Illma olim domina Dux Mediolani mater habita fuit, et usque ad mortem conseruata, praesertim, cum hoc non solum mutua necessitudo, atque ipsa aequitas, verumetiam S.mus Boemiae Rex, frater suae Mtis peteret, ac postularet./ Ad ea, accipiens a me cartham, humaniori vultu, respondit, quod non deberem mirari, negocia haec hactenus non fuisse expedita, cum multa interuenerint impedimenta, propter plurimas alias occupationes, et turbines bellicos in Italia, se tamen iam tandem effecturum, ut finem suum, quanto citius foret possibile, consequantur. Subintuli, cum quo mihi esset

tractandum, ne necessarium esset semper suam Mtem molestare, vt tandem finis aliquis haberi possit. Respondit, vt cum Secretario Joanne Lallemant agerem. Replicaui, non esse rebus mihi commissis, integrum cum illo me committere. qui alias manifeste sit partis aduersæ, et totus Viceregianus, volens superiori die facere commutationem, pro Ducatu Mazouiæ, ad quem Mtas sua, nullum haberet interesse. Ad hæc me Mtas sua acutius inspexit, quasi innueret, me id non omnino sine ratione dixisse, subintulit, vt cum Consiliariis Aragoniæ, vel vno de illis, quem vellem tractarem. hinc ego Sigis: Loffredum elegi, ad eum Mtas sua dixit, se hoc memoriale meum, cuius in alia pagina habetur exemplum, vt ab illo, quid in eo habetur edoceri possit, missurum. et me paulopost desuper expediturum. Masouia

Cum sic res esset in Incude, nolui vllam occasionem prætermittere, qua donec ferrum canderet non tractaretur. Paraui mihi per dominum de Lassan ad Imperatricem aditum, et postero die, quæ fuit vltima Julii, cum iis tribus quadragenis Sobellinorum, quas in omnem euentum, per integrum annum apud me continuera, postquam a S.ma Reginali Mte, fuerant ad me transmissæ, ipsam dominam Imperatricem accessi, et illi in primis nomine vestræ Regiæ, et R.lis Mtis, Salutem dixi, multaque bona precatus sum, fecique congratulationem conuenientem, quod sospes tantum orbi Principem esset enixa. et in signum gaudii, quod ex eo partu Reginalis Mtas concepisset, dedi illi has tres quadragenas Sobellinorum, rogando vt non id quod donaretur, sed dantis animum grate susciperet, nolui que data opera quicquam ab ea petere, ne viderer munus hoc, ob quippiam aliud, quam propter nudam congratulationem dedisse, habui tamen mecum in animo si ex re se offerret, vt intercessionem in negotio Barensi ab ea ad Mtem Ces: exposcerem, vel in aliud tempus commodius differrem. Illa cum Sobellos nigerrimos vidisset, et multo meliores, quam erant quinque istæ quadragenæ, quas Mosci donauerant Cæsari,

quandoquidem Cæsar ei etiam illas dederat, respondit mihi ore proprio, q dominæ meæ Reginæ Poloniæ, sorori et affini suæ char.mæ multas haberet gracias, pro ista congratulatione ac imprecatione, susciperetq munus hoc gratis.mo animo, quodq illi omni gratitudine, vbi vicissim gratificari ei vnquam posset, semper rependere esset propensa. sic cum me dimisisset, iamq essem in medio Aulæ, cum domino de Lassan, ille mihi dixit, Si vultis, q domina Imperatrix, aliquid facere debeat, confidenter dicite. respondi me nihil ad præsens aliud habere in commissis. Si tamen sua Mtas Imperialis, vellit beniuolentiam suam, in negotio Barensi S.mæ dominæ meæ, apud Ces: Mtem exhibere, q illi rem gratis.mam faceret, atq necessariam. statim me ille trahens manu ad Imperatricem reduxit. dicens, q me adhuc audire deberet. Exposui Mti suæ, q nuper iterum ceptum esset in negotio Barensi tractari, vnde, quamuis adhuc S.ma domina mea, de ijs non haberet scientiam, rogaui tamen, vt ad Mtem Ces: intercederet, quo ijs rebus, finis semel imponeretur, vtq nihil aliud a Mte Ces: peteret, quàm q S.mam dominam in his iuribus et consuetudinibus conseruaret, in quibus Ill.mæ olim dominæ matri suæ legittime successisset. Ad hæc optimo vultu, omnem operam Mtas sua pollicebatur, exegitq desuper a me Memoriale scriptum, quod dedi, et illa hoc rursus dedit Cæsari, quemadmodum mihi postero die, dominus de Lassan significauit. proiectum est semen, fructum expectamus.

Eodem die misi, ad D. Sig: Loffredum. Si quid illi commissum est nec ne. renunciauit mihi, q Cesar misisset sibi memoriale meum, quod illi ministertius dederam, et q desuper nihil velit facere, donec me conuenisset, vnde me subinde ad eum contuli, et longum de omnibus cum illo sum collocutus, erat summa, q S.ma vra, et Rlis Mtas, a Cæsare nihil noui, nullamq graciam peterent, solummodo vt in priuilegiis, iuribus, et consuetudinibus conseruarentur in quibus Ill.ma olim domina Dux Mediolani conseruata fuit semper. respondit se ea in re omnia facturum, quæ cum decerent,

et quam primum relationem faceret, me etiam certiorem redderet, mirabaturque quod Cesar illi memoriale meum misisset. Dixi ei causam, quod cum ad tractandum elegissem, reiecto Joanne Lallemant, qui aperte parti faveret adversæ, placuit illi exceptio, et operam suam pollicebatur. Sed timeo ne in Scillam, vitata charibdi incidam. hactenus etiam apud istum nihil factum est, ad hunc usque diem, non fecit relationem, De industria res protrahitur, donec Cancellarius redeat, nemo audet, contra Viceregem qui mirabilibus modis, ex ijs tumultibus Jtalicis Caietam euasit, forsan adhuc gravius supplitium reservatur.

Ad primum diem Augusti, venerunt ad me, ad prandium Jll.mus dominus Marchio Brandenburgen, dominus Praepositus Vicecancellarius Imperii, et quidam alii tam Cæsaris, quam etiam Imperatricis Aulici, et officiales, Celebratumque est festum totum duplex, S.mi principis, domini Sigismundi Augusti Secundi, in ista Hispania, ne hic soli de nato principe se iactent. Deus opt. Max. det illi eam salutem et falicitatem, quam hic omnes votis habuimus. Jamque etiam passim hic scitur, nos habere juuenem principem, qui aliquando Deo bene fauente, nomini suo in omnibus respondebit.

Venit ad me tercia die Augusti D. Comes Nogarollis ferens luctum, cui pater suus, bonus et doctus vir, cuius in principio istarum memini, mortuus est nuper in peste Romæ, dixitque mihi, quod iam haberet a Cæsare expeditionem suam, et quod in negotio Barensi Joannes Lallemant, nomine Cæsaris sibi respondisset, quod M.tas Ces. commissura est, hoc negotium Consilio Arragoniæ, vt in eo fiat omne id, quod iusticiæ est consentaneum, quatenus sic votis domini Regis Bohemiæ satisfieri posset, vnde consuluit vt dominus Bohemiæ Rex induceretur per M.tem v. S.mam, quod scriberet hic Oratori suo Salinis, vt hoc negotium vlterius sollicitaret apud Cesarem, quod mihi etiam non videtur incommodum. Multiplicatis intercessoribus, vt nullum remedium relinquatur intactum.

Jam a duobus Mensibus, ceptum est hic sensim mori ex peste,

diecbaturq; Cæsar hinc abiturus, sed quia vix unus, aut alter erat mortuus, hucusq; se continuit, Sexta vero Augusti, dominus Meteneus Maior domus Cæsaris, qui illi praecedenti die servierat ad mensam, febribus acutis correptus, in 24 horis fuit extinctus, qua de re Cæsar, omnino abitionem hinc parat, segregaturus se a negociis, et hominum consortio, disceduntq; hinc quottidie multi, licet adhuc, in tanta hic hominum multitudine, vix pestis esse notetur, tantus animos hominum timor occupavit.

Ad istam famam de discessu Cæsaris, contuli me iterum ad Curiam, cum domino Marchione Brandenburg. consedimusq; in aula paulisper, subinde Cæsar, ex cubili suo egrediebatur, et cum primum me vidisset, ipse suapte ad me divertit, fuitq; ut reor opus Sobellmorw. Dixi suæ Mti, quomodo me superioribus diebus, remisisset, ad Joannem Lalmant, cum quo nihil potui efficere, et paulo ante, ad Sigis: Loffredum, quem ipse ad id elegeram, quandoquidem sperassem me de omnibus, commodius cum eo tractaturum, quod etiam longe secus, quam speravera accidit. nihilq; ab eo tempore, quo novissime, negotium Adohe, et castri, apud suam Mtem agere cepissem, iam a tribus Mensibus expedire potuissem. quocirca rogabam, anteq; Mtas sua hinc discederet, ut tandem per se negotium hoc determinandum assumeret, quo semel finis haberetur, respondit mihi germanice, quod alias raro fecit. Ichwils thun so bald nurb müglich ist. Et hoc est, quod respondere solet semper, hic hæreo, rem hanc ulterius promovere, neq; cogere possum. Disceditq; hinc cum Imperatrice, et Infante, versus Palentiam oppidum distans 8 leucis, die Lunæ, xix huius Mensis. ego adhuc incertus sum ubi me continebo. Hodie hinc abiit meltertius D. Comes de Nassan, cui mortuus est quidam familiaris dissinteria, adeo omnes nunc ægritudines, de peste sunt sunt suspectæ. Sic quando iterum tractari poterit, nescio, Sigis: Loffredus, excusat se, quod adhuc relationem facere non potest, propter pestis suspitionem, ob quam Cæsar iam paucos ad se admittit.

hoc erat, quod iamdudu sunt machinati, vt negotiu ad Cancellarii aduentum, quem propediem Barchinona venturu dicunt, protraherent. Adhuc parum sentio sobellos, Regem Boemiæ, et omnem meum laborem extremum profuisse, ferendum est, quod mutare nequimus. Ego incidi in tempora hæc, et in ista negotia, ex quibus explicare me non possum. Jam toties supplicaui Mti v. S.mæ, vt me reuocaret, tandem fessus, vt ille qui frustra, in tabula fracta, diuoru, atq hominu implorat auxiliu, diuinæ voluntati, et Mtis v. S.mæ, arbitrio me humiliter submitto. Cor Regis, in manu Dei est.

Pridie in festo assumptionis glorio.mæ virginis Mariæ, expediuit Cæsar, Ducis Moscouiæ nuntios, quæ expeditio qualis fuerat, ipse dominus Præpositus vicecanc.rius imperii, apud me in cœna mihi retulit. Compositis primo per hos dies, cum eis tractatibus, in quibus nihil est conclusum, nam agere volebant, vigore creditiuaru litteraru, nescio quæ fœdera, non habentes ad ea specialia mandata, vnde cum iis omnibus sunt ad S.mu Bohemiæ Regem remissi, et in his fœderibus, vt dominus Præpositus mihi dixit, quando cum eis tractabatur, Mtas Ces. semper iussit Mtem vram S.ma includere, quod illi non satis æque ferebant, Dixit etiam, q promisissent, ingentes contra Turcas suppetias, vltra 50 millia equitu, quod hic visum est impossibile, de quo habitæ sunt iam a Cæsare Duci Moscouiæ gratiæ, collaudatusq vt bonus Christianus, si in proposito persisteret. Nihil aliud cum eis factu, vt D. Præpositus mihi retulit, qui de omnibus cum illis tractauit, vnde vt scripsi, pridie misit ad istos Nuncios D. Præpositus, vt se pararent, ad osculandas manus Cesaris, qui eos vellet expedire, renunciarunt illi, q non haberent mulas, qua de re, accepit duas ab amicis, quas illis misit, et cum eis vnu de scribis suis, qui eos præcedebat ad curiam, quod illi ægreferebant, primumq subsistebant, nolentes ire cum hoc scriba, dicentes q aliqui domini deberent venire, qui eos ad Curiam deducerent,

sed cum videbant se frustra expectare, subsequuti sunt hunc scribam, et eos hominum ac puerorum turba multa. Cumque peruenissent ad Caesarem, porrexit illis manum, et cum nescio quid aliud per suum interpretem loqui vellent, dixit illis Praepositus, nihil restare, quod loquerentur, omnia prius esse prolocuta, Sicque ut venerant, rursus ad eorum hospitium sunt perducti. Interrogaui de donis a Caesare, respondit D. Praepositus, Caesarem illis persoluere Sobellos, et aliquid supra, ipsosque dicturos, quid eis donatum fuerit. Male de eis fuit contentus Praepositus semper, dixitque istiusmodi Oratores ex Moscouia, non cito huc redituros, addens, maledictus sit iste scriba, qui primus illis scribet, Saluum Conductum, ut per Regnum Poloniae huc ire possint. habuit enim cum eis, sine emolumento, multos labores, habitique sunt ab omnibus fere pro bestiis. Libenter rediissent per Galliam, sed per mare redire coguntur, nemoque cum eis ut cum aliis prius, remittitur pro conductore, ibuntque suis impensis. nouissimi ante istos reducti sunt, per Galliam expensis Caesaris, usque ad Austriam, iam hic coeperunt nosci, et vilescere. Dederant Caesari quendam equum Bachmat, quem Caesar dedit Magistro Stabuli, ille rursus famulo suo, nesciunt, cum istiusmodi equis agere. vnde ego illum ut credo, pro X Ducatis, empturus sum, valeret plus apud nos, Discedunt hinc isti Mosci cras, non omnimode contenti

Expediuit etiam eodem Die Caesar D. Minkewicz oratorem Ducis Saxoniae, et alium Georgium Schilling Marchionis Joachimi Brandenburgi, qui multa contra Duces Pomeraniae hic egit, sed non omnia assequutus est, quae voluit. est etiam hic Praepositus Colomiensis, comes quidam, qui adhuc non potest absolui, quemadmodum multi alii.

Allatum est huc, nescio quo rumore S.mum Bohemiae Regem, opera et adminiculo M.tis vrae S.mae Palatinum (i. Joannem regem) Transiluaniae profligasse, totamque Hungariam subiugasse. de quo quottidie, certiora noua expectantur.

Fuit etiam hic dictum in Aula, publice Mtem v. S.mam Oratores suos ad Regem Chri.mum misisse, et quod illi huc etiam venire debuerant, quod quanto me gaudio repleuit, scribi nequit, ferebantque fuisse Lugduni in principio Maii, sperabam enim, quod me quispiam hinc erat liberaturus. Sed cum neque Oratores Galli, qui hic sunt, ea de re sciunt quicquam, neque hactenus aliquis venit, destituit me spes, et priorem indui animum, quem vt possum, feram aequanimiter, donec deus mei misertus cordi Mtis v. S.mae indiderit voluntatem, qua me aliquando, ex tam longinquo, et ad presens periculoso exilio reuocare dignabitur.

Decreueram multa alia quae hic aguntur, longo iterum volumine, Mti v. S.mae perscribere, suppleremque id, quod propter chiragram meam superioribus Mensibus omiseram, sed posta iterum citius, quam mihi significatum fuit, per Galliam secreto, per mercatores Welzeros hinc discedit, congessi igitur plurima in compendium, quae planius, et habundius scribi oportuit, de quibus, nactus tempus magis spaciosum, aliquando latius. Ad presens itaque non restat aliud, quam quod me humillime Mti v. S.mae, vt domino meo clemen.mo commendo. et rogo absentis sui serui, qui predecessoribus Mtis vrae, longo tempore, et ipsi Mti vrae, a tempore coronationis suae, fel.me in multis laboribus, et periculis, terra marique fideliter seruiuit, clementem aliquando rationem habeat, et cum aliis, qui ne pedem quidem in seruitio Mtis v. S.mae, ad lapidem offenderunt, benefitia distribuit, mei etiam non obliuiscatur, qui fui saepius, et nunc sum seruiendo Mti v. S.mae cum corpore toto, et anima in discrimine, a quo me nemo, nisi Deus ipse, per immensam suam misericordiam poterit liberari. timendum enim est, quemadmodum in Italia, et Portugalia, quod pestis haec, quae iam hic sensim serpere cepit, omnes has regiones occupabit, quandoquidem in hoc Mense, et subsequentibus commoda ad id subueniunt tempora.

Caesar vt intellexi, cepit valde timere, et ego de eo timeo, quod

scripsi in secunda pagina, de 25 octobris futuri. Deus omnipotens custodiat eum, et nos omnes. Datum ex Valleoleti, oppido Regni Castiliae, xvii Mensis Augusti Anno dni Mº D. xx viiº

Ioannes Dantiscus Or. Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me humillimam commendationem. Novissimas quas habui, a D. v. Rma erant datae Crac. 4 Januarii, ab eo tempore non accepi alias. Scripsi ego hinc aliquoties, sed Laconice, quod nunc etiam ob temporis defectum facere cogor, adstat, qui istas ferre debet, rogo igitur humiliter brevitatem hanc boni consulat.

quae hic in omnibus aguntur, satis diffuse Mti R. perscripsi, tumultuario tamen calamo, quae D. vra Rma, pro sua in me gracia, in bonam partem accipiet, hinc cognoscet, in quibus adhuc turbinibus versemur.

Persuasit mihi D. v. Rma, in novissimis suis, quod adhuc exilium hoc infracto perferrem animo, idque quantum affectus et passiones meae sinunt facio. prius tamen exulibus, iuxta cuiuslibet delictum, certus praescribebatur terminus, mihi vero, qui ut spero non deliqui, non licet ex hoc labirintho habere exitum, qua de re humillime rogo, quantum cum gracia principum meorum fieri potest, ut me tandem hinc liberet, cum opera D.nis v. Rmae huc sim missus.

Intellexi post mortem Raphaelis Episcopi Plocen., apud nos magnam sacerdotiorum factam mutationem, faveoque ex animo Rmo domino meo Cricio, hunc commodiorem Plocensem Episcopatum. quod vero mihi nihil accesserit, ex hac methamorphosi, infaelicitati meae ascri:

bo, vel potius fœlicitati. Si Deus hoc sic habere voluit. Accepi etiam dominum Gut mortuum, qui a Mte R. præfuit Columbæ meæ, Golambel
quod si D. v. Rma, mihi istius villæ regimen, vt Gut habuit a Mte R. impetrare posset, viderer mihi multum hic in Hispania promeruisse, essemque igitur, plusquam ante D. vræ Rmæ deuinctissimus. quod si fieri nequit, neque tantum adhuc tribuitur meritis meis, Nihilominus ero D. v. Rmæ, donec vixero, deuinctissimus, atque auctoratus perpetuo. Cui me humillime, vt domino meo gro.mo commendo. Ex Valle Oleti xvij Mensis Augusti. Anno dni M°D xx vii°.

Ioannes dantiscus Orator Petro Tomicio Epo Crac Vicecancell°

Rme domine, bene D. vra Rma meminit quo modo sum expeditus a S.mo domino meo, satis pro tam longo itinere, et tempore æstiue. Illma domina Dux Barii, per eum, quem hic habet Oratorem impendit mihi, non vt laute, quod non multum cupio sed vt parce, honeste tamen viuere possum, quottidie cogor 2 Ducatos exponere, met quintus cum coco, et cum 4 equis, pro hospitio solum, quolibet Mense soluo nouem Duc. Si aliquando rediero, ponam calculum, quem D. v. Rma multum admirabitur, Si hinc a Rege expediar, a quo nihil spero, nihil enim oratoribus datur. quo modo mihi erit redeundum, loquutus sum cum isto dominæ Ducis Oratore, qui dicit, quod nihil aliud habeat, in commissis, quam quod hic mihi expensas faciet, de reditu nihil. Supplico igitur D. v. Rmæ, dignetur pro me, ad Mtem R. intercedere, vt mihi conditionem faciat, apud d. Georgium Turzonem, vt sicut hic fui in honore nomine suæ Mtis, cum eodem honore, ad suam Mtem redire valeam.

Sunt hic factores fucarorum, et Welzer, res ista commode, si gra
erit Mts R. poterit disponi, prout etiam Domino Bonar scri:
psi. D. vra Rma, quae in hoc me iter intrusit, pro sua erga me
gracia efficiat, ut sine confusione hinc expeditus redire possim.
Cui me, et has meas necessitates, humiliter commendo, et perpe:
tuo auctoratum, devinctumque servum dedo.

Ioannes dantiscus Or. Sigis:
mundo primo Regi Poloniae

S. Ex.ma Mtas Regia, et domine domine cle.mentissime.
Humillimam perpetuae meae servitutis commendationem. Accepi
tertia die huius Mensis litteras Mtis v. S.mae Cracoviae xv Au:
gusti praeteriti datas, quibus mihi declarat, qua de re hucusque me
non revocaverit, iniungitque, ut hic in Aula Caes: Mtis ulterius, et
tam diu perseverem, curando ea quae mihi commissa sunt, et quae
ad illarum rerum commodum, et ad conservandam mutuam benivo:
lentiam, cum Mte Caes: spectant, donec pro istorum temporum rati:
one, me revocandum duxerit. quod cum sic Mtas v. S.ma habere
vult, quamvis mora haec, non poterit mihi esse non molesta, ut:
pote, iam quartum brevi annum expletura, mandatis tamen Mtis
v. S.mae, etiam usque ad ultimum halitum obsequendum est. Cumque
non possum id quod volo, id volo quod possum.
Quod Mtas vra S.ma scribit de Palatino Siradien. hoc mihi
iam dudum hic innotuit, eratque constans fama in Aula Caesaris
quod illum Mtas v. S.ma, ad Regem Chri.mum miserat. ego tamen
quantum coniectura assequi potui, qui etiam quosdam nostros intus
et in cute novi, factum id non esse de mente Mtis v. S.mae, om:

nibus respondi, verum apud nos esse aliquos, quemadmodum ubiq fere
qui partes Gallicas sequerentur, quiq illius Regis addicti forent,
seruitio, et q isti passim hincinde vagarentur, et se negotiis immi:
scerent, sine Mtis v. Smæ scientia et voluntate, quod ad pre:
sens, cum his Mtis v. S.mæ litteris, quæ ad id mihi oportunæ
venerunt, liquidius sum comprobaturus. De his, plura essent scri:
benda, sed cum res tantæ molis non sit, et ne apud nostros hanc
Camerinam moueam, non abs re transeo. Sunt pleriq apud nos,
qui hoc sancti Pauli dictum non plus sapere quam oportet, mi:
nus quam conuenit perpendunt, suo aliquando damno peritiores
futuri.

Velserorum factores, qui mihi hic easdem Mtis v. S.mæ litteras red:
diderunt, acceperunt a dominis suis alias, quibus conqueruntur,
q Cracouien eis ademerint trecentos centenarios cupri, idq ad
Cæsarem fuit delatum, qui ea in re Mti v. S.mæ scripsit, et ad
me misit, ut is casus mihi exponeretur. postulauit a me q serio
apud Mtem v S.mam, per litteras meas agerem, ut desideriis
suis, quo cuprum hoc restitueretur satisfieret. offerens per om:
nem occasionem, se hoc Mtis vræ Smæ subditis repensurum.
fuitq negotium hoc, non parum hic exaggeratum, qua de re, ut
Mtas v S.ma sciat certo, rem hanc Mti Ces: cordi esse, cum
velseri illi hoc tempore, non paucis pecuniis inseruiant, negotium
hoc, sic in notitiam Mtis vræ S.mæ deducendum existimaui,
ne inde quippiam durius conciperetur, Miror de Cracouien bus
quid cum suis priuilegiis prætendant, cum, his, si ea habent pri:
us usi sint nunq. Memini enim, q cuprum Tursonum, et Fuccaro:
rum per rates lignorum, libere semper usq Gdanum, per Istulam
defluere sinebant. quid nunc sibi velint, non possum assequi aliud,
quam q Mtem vram Smam in nouas aliquas turbas inducere co:
nantur, et quo suis emolumentis intendant, non perpendunt,
neq æstimant, q rebus Mtis v. S.mæ officiant. Suntq alias
Velseri boni seruitores Mtis v. S.mæ. et ut cognoui ab his, qui

hic agunt, in commodum, et dignitatem Mtis v. propensissimi, mihiq[ue] per litteras cambii, nomine Rlis Mtis, suis interesse vt vocant, omnia quibus egeo, non grauate impendunt. Non abs re igitur pro illis Mti v. S.mae supplico, velit illis ad intercessionem Cesareae Mtis fauere, ne a Cracouienbus, qui sic illorum bonis inhiant detrimentum paciantur, quo sibi, et Caesaris beniuolentiam auctiorem conciliabit, et illos ad seruiendum Mti v. S.mae, semper promptiores, magisq[ue] affectos efficiet.

Nouissimas, quas Mti v. S.mae scripsi erant xvii, et xx Augusti ex Valle oleti dat, ex his quae tum se offerebant, satis habunde vt reor accepit omnia, ab eo tempore hucusq[ue] scribere non potui, propter dispersionem nram, et q[uod] longius a Curia aberamus, quo fuit factum, q[uod] de postis abituris scientiam habere non potuimus. quandoquidem Caesar, cum suo consilio, quod priuatum vocant, agebat Palenciae, neq[ue] admittebat quenquam, ob pestis saeuitiam, quae in Valle oleti et in vicinis oppidis passim grassabatur. Oratores, cum quibus eram, dispositi fuerant ad oppidulum Paredes. Consiliarii Caesaris alii, quorum non paruus est numerus, in Bezoril. Alia pars Curiae in Donnas, alia in Turrecremata, vbi mortuus est Archieps Rigen, ex Liuonia, cui nomen erat Blankofelt. Sicq[ue] dispersi, et vagabundi hucusq[ue] errauimus, non sine paruis expensis, et sumptu. Tandem cum 25 octobris, de quo scripsi in nouissimis praeteriisset, quem diem non parum Caesar metuebat, huc omnem redegit curiam. Est haec ciuitas, pro hieme frigidior, quam aliqua alia in tota Hispania, vnde cum huc sanus peruenissem, paulopost, in genu sinistro passionem arteticam, quam genugram vocant medici, durissime passus sum, adeo q[uod] in sex diebus et noctibus, vix vnam horam dormiuerim. Iam Deo gracia, baculo innixus deambulo, et valeo melius. Hinc rursus cum Caesare, versus Valenciam, quae hinc 120 miliaribus distat, post finem vt aiunt istius Mensis iturus satis iniquo tempore. Hocq[ue] Caesar habet peculiare, q[uod] non nisi malo tempore peregrinatur.

Quæ post nouissimas meas hic acta sunt, cogor in compendium dige=
rere, et sic habent. Cum Cæsar esset Palenciæ, oratores Regis
Chri.mi, et Regis Angliæ, fere per integrum Mensem de pace tra=
ctarunt. jnterea dominus magnus Cancellarius, cum videret Genuam
ad partes Gallorum inclinare, commeatuque et præsidio sufficienti
carere, relicta Genua, in Myoparone, quod nauigium Bergantinam
vocant, mari se commisit, vt in Hispaniam traijceret, venitque per
medios hostes, primum aduersa tempestate in Corsicam adactus,
et inde secundiori vento, in duobus diebus sospes Barchinone.
inde cum Palentiam ad Cæsarem properaret, veni illi obuiam,
circa Turrim crematam, cum eo de multis colloquutus, offendique
illum rebus M.tis vræ affect.mum. sicque Palenciam ingressus, a
Cæsare honorifice fuit exceptus, non sine hostium suorum, quos
non paucos reliquerat dolore. Jamque tractatus pacis erant con=
fecti. hii vz. quod Rex Chri.mus Cæsari dare deberet, pro vtroque
obside duos milliones xii centena millia duc. presenti peccunia,
qua persoluta, obsides cum Sorore Cæsaris, in Franciam dimit=
terentur. jn articulis matrimonii Madrillis confectis, nihil im=
mutari debuit, reliqua octo centena millia, duobus annis sub=
sequentibus solui deberent, cuius solutionis securitatem Rex
Angliæ præstaret. hos articulos, cum d. Cancellarius vidisset,
nihil inde futurum prædicebat, nihilque aliud fieri, quam vt
tempus redimeretur, quo Galli rebus suis commodius consulere
possent, quod sic certe euenit. jnter hos tractatus capta fuit Ge=
nua, deinde Ticinum siue Papia, et Alexandria. exercitusque
Gallicus quottidie, duce domino de Lantrec vlterius progredie=
batur. Nihilominus isti articuli missi fuerant ex Palencia, ab
oratoribus Gallis ad Regem Chri.mum, qui post decursum vnius
Mensis, respondit, se nihil in his facere posse, sine consensu Regis
Angliæ, ad quem illos transmisit. Sic ex his tractatibus nihil
factum est aliud, quam id quod dominus Cancellarius, præ=
dixerat.

Cum sic sibi impositum videret Cæsar, huc se contulit, estque quotti:
die in consilio pro conquirendis peccuniis, et vt Italiæ laboranti
subueniret. Interim 28 octobris præteriti, venit huc Posta vice-
regem Neapolitanum 23 Septembris nouissimi in Auersa prope Nea:
polim duodecimo die, quo febre acuta laborare cepisset, cessisse
e viuis, quod nuncium Cæsarem, et quosdam istius mortui ami:
cos non parum turbauit, plurimos tamen magno affecit gaudio.
vnde hic iterum, pro nouo Vicerege consulitur, sed timeo, an:
tequam quispiam talis illic mittetur, ne Regnum hoc cum Italia
alium Regem habeat, hic nihil video, quod opponi possit. Exer:
citus ille Cæsareus, qui vrbem diripuit, et omnium in se mortalium
odium concitauit, capite caret, et neruo, dominus Princeps Arangæ
vulneratus in vrbis captione, Semis adhuc saucius agit Don Hugo
de Moncada in castro Angeli obseruat Pontificem, qui vt hodie
huc fama venit, fertur ex illius manibus elapsus. quod si verum
erit, nouam habituri sumus Tragædiam, nemo est alius in eo exer:
citu Acephalo, qui alicuius esset momenti. Iamque hic passim dici:
tur, et timetur, quod breui Cæsar sit amissurus Italiam, hoc tamen
se vicissim consolantur, quod Cæsar Italiam prius etiam non habue:
rit. quid inde futurum breui experiemur. Cæsar oppignorauit
paulo ante, tres illos magistratus ordinum, sancti Jacobi, Calatra:
na, et Alacantara, habiturusque est ingentem peccuniarum vim,
ea etiam de re, vt scripsi, iturus est Valenciam, vt ex Regnis
Aragoniæ, et Cataloniæ, quantum potest peccuniarum congerat.
Molitur aliquid magni, aliqui dicunt, quod paulopost decreuerit in
Flandriam proficisci, et inde cum Principibus Imperii in Italiam
vt illam recuperet, et in hostes vlciscatur. Mediolanum adhuc
Duce Antonio de Leiua satis fertur munitum. Dicuntur ibidem esse
quinque millia Germanorum, et mille Hispanorum peditum, cum quin:
gentis vt vocant lanceis equitum, qui paulo ante, stragem quan:
dam, cum quoddam oppidum circa Mediolanum intercepissent, edi:
disse in Gallos dicuntur. Sic adhuc perplexe omnia geruntur,

nemoq potest diuinare, vter istorum duorum Principum victor sit euasurus, neq etiam solidam in orbe Christiano pacem sumus habituri, nisi vnus illorum absumatur. Cæsari astra minantur, licet hoc nouissimum periculum XXV. Octobris euaserit, tricesimum ætatis annum non superaturum, complebit 28, hoc futuro Mense Februarii, 24 die. Infanti etiam nato, annos nutritionis exire non permittunt, Sed hæc omnia, non in calculorum, sed in dei sunt potestate, quicquid erit, cum me in nouissimis Mtis v. S.mæ litteris Consiliarium scripserint, hoc titulo fretus consulo, ne subito in hanc, vel in aliam partem nimium inclinemus, hoc sequentes Ouidii, Inter vtrumq vola medio tutiss.mus ibis. Rerum euentus expectandus est, et cum sic impetu omnia dirigantur, ex re capiendum est consilium. Si quid in his a scopo aberraui, Mtas v. S.ma pro sua incomparabili prudentia dabit imprudentiæ, vel potius impudentiæ meæ veniam, adegit enim me et istorum temporum ratio, et fides mea erga Mtem vram S.mam, vt ista sic libere scriberem.

De re Barensi, quid adhuc scribam certum non habeo, reiecta fuerunt prius omnia in aduentum domini magni Cancellarii, cum ille ad presens hic agat, et obex, ac impedimentum nrm Viceorex sit amotus, tamen adhuc nihil sum assequutus. In domino Cancellario, nihil est quod desiderem, quandoquidem sinceriter vt consueuit, rebus nostris fauet, in ipso Cæsare video difficultatem, cui persuaserunt, quod quondam in Regno Neapolitano et filii Regum soluerint Adoham, quam priores Viceoreges non audebant, ab Illma olim domina Duce Mediolani exigere, significauitq mihi hodie, per dominum Cornelium Scepperum, q ea in re, de gracia Cæsaris parum esset spei. De castro esset expectandum id, quod prius per commissionem Cæsar. de Castellano instituendo decreuisset, vt pote, q Cola Maria de summa præficeretur, quid ea in re factum sit, adhuc ignoro. Sic hucusq manent suspensa omnia, spero tamen, q ante duorum Mensium.

decursum tempus nos resoluet. Exitus rerum Italicarum nos docebit, Si Adoham demiceps persoluemus necne, inde omnia, lex et prophetæ dependent, sed caute eo erit vtendum.
De rebus leuioribus, quæ se obtulerunt, plurima essent scribenda, quod tamen ad præsens fieri nequit, tempore ad id deficiente, resarcietur aliquando, quod nunc omittitur longiori volumine, vt sic mandatis M^tis v. S.^mæ respondeam. Cui humillime supplico, huius tam diuturni, atque longinqui exilii, fidelisque meæ seruitutis, per occasionem clementem rationem habere dignetur. Datum ex Burgos in Castillia Hispaniæ xv. Nouembris. Anno dni M. D. XX vii

Ioannes dantiscus Or. Sigismundo primo Regi Poloniæ

S Er.^ma M^tas Regia, et domine domine clemen.^me
Humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem, per nouissimas hinc scripsi M^ti v. S.^mæ, xv. Nouembris præteriti, ea quæ tum hic agebantur, ab eo tempore, nulla certa posta se offerebat, ob istorum bellorum turbinem, cum qua tute scribere potuerim, quæ interea hic acta sunt, sic habent.
Post aduentum Baiart, Secretarii Regis Chri.^mi, cum quo certæ pacis conditiones expectabantur, tractatum est per Oratores ligæ continue, apud Cæsarem, de pace hac conficienda. quibus tandem ad eum modum, vt in hac carta inclusa habetur. prima die huius Mensis atque noui anni, in scriptis fuit, per dominum magnum Cancellarium responsum, vnde cognoscet, quantum adhuc ab hac pace distamus, deditque michi dominus Cancellarius exemplum huius responsi, vt hoc ad M^tem vram S^mam transmitterem, quo

edoceretur nihil per Mtem Ces: stetisse, quin pax haec concluderetur.
nihilo secius tamen, cum prius illi fuerit impositum, prudentius in
his tractatibus egisse, vtpote, quod obsides hinc abire non permittet,
donec pecunia duo milliones, vt in carta habetur integre nume=
rentur. Et exercitus ex Italia, restituta Genua, cum aliis in=
terceptis reuocetur, quod Galli facere nolunt, quousque obsides hic
sunt, nisi prius illi restituerentur / ab vtraque parte graeca mercan=
tur fide. hi quibus prius fuit impositum non abs re metuunt. ibi
qui sibi sunt conscii, talionem timent. Sic nusquam tuta fides. vnde
ad tractandum hanc securitatem, vnus Oratorum Gallorum Epus
de Terua, ~~non~~ cum hoc responso ad Regem Chri.mum proficiscetur, quo
sic tractando vt hic passim omnes suspicantur tempus redimat,
per quod rebus suis in omnem euentum commodius consulere possint,
sit quodcunque, etiam ego firmus hereo, in sententia domini magni
Cancellarii, qui sub his conditionibus, nunquam pacem futuram sperat,
nisi serio aliquando rem Cesar gerat, qui hactenus ad omnia conni=
uere visus est. Credo etiam, quod hic credunt plurimi, firmam inter
istos duos principes, pacem fieri non posse, quamdiu sunt in viuis,
adeo in se se animos exulceratos gerunt, manet alta mente repostum,
et fides non seruata, et ignominia percepta, quae duo, difficulter
vtrinque possunt obliterari.

Dominus magnus Canc.rius, vt scripsi in nouissimis, postquam ex Genua
rediisset ad Caesarem, primum bene fuit habitus, et paulopost
per eos qui in illum conspirauerant male tractatus. Sic quod a Cae=
sare longo satis tempore, in rebus suis non potuit habere responsum,
fuitque eo redactus, quod iterum Curiam linquere decreuerit, implica=
tus tot debitis, quae valorem 30 millium ducatorum excedunt. Cum
vero Caesar in his cum Gallis tractatibus, fidem, integritatem,
et illius prudentiam singularem perspexisset, cepit illi confiden=
tius, quam prius vnquam fidere, et cum eo libentius, quam antea
seorsum colloqui, et quosdam suos errores fateri. quod cum aemuli
eius viderent, et graciam Ces: erga illum indies augeri, inierunt

consiliũ, vt Cæsari persuaderent, q illum hoc tempore post mortem Viceregis, cum quibusdam commissionibus mitteret in Italiam, id cum Cæsar perspexisset, ingenue cũ Cancellario desuper contulit, et omnes suorum technas illi aperuit, vnde cum eo conuenit, q ille qui hæc moliebatur, cum commissionibus ipsi Cancellario placitum mitteretur, Cancellarius vero, quo Cæsar commode non potest carere in Curia remanebit. iturus est itaq his diebus, don Joannes Emanuel in Italiam, vt turbas has vtcunq componat, et cum Pontifice omnia transigat, quæ ad illius liberationem et quo in fide retineatur spectabunt.

Exercitui Cæsaris in Italia, præfectus est Capitaneus generalis, dominus Princeps de Orange, vir iuuenis et acer, atq rerum bellicarum satis peritus, is superioribus annis fuit captus in Gallia, et subinde per captiuitatem Regis liberatus, conualuitq ex vulnere quod in captione vrbis acceperat, missaq sunt a Cæsare pro eo exercitu quatuor centena millia ducatorũ, quibus se aliquandiu sustinere poterit, item missi centum millia ducat pro recentibus militibus in Germania, et hic modis omnibus conquiruntur peccuniæ, quo certum habeo, vt ipse dominus Cancellarius mihi retulit, q Cæsar omnino hoc anno, iturus est in Italiam, siue pax fiat, siue nouũ bellum recrudescat. quapropter Cæsar, in fine istius Mensis hinc versus Valencina est iturus, habebitq, si ex ea parte soluere voluerit 50 triremes bene armatas, preter alias naues. Si vero sibi commodũ non videbitur, parabit classem ab altera parte, quasi Belgis suis, missurus contra Gallos suppetias, et preter omnium opinionem traijciet in Flandriam. inde sibi iunctis Germanis principibus in Italiam iturus, hocq certo credat futurũ Mtas vra S.ma, quandoquidem ab ipso fonte, non riuulis id hausi.

Præterea mittitit hinc his diebus Mtas Cæs. ad Regem Angliæ, aliũ suũ Oratorem, cum prius ibi semper vnum habeat, virũ industriũ, et bene doctũ, ex consilio Aragoniæ, cui Maio nomen est, is proficiscitur, ad illum Regem, quo eũ contineat, ne hostis

fiat, et vt eum nouis quibusdam conditionibus a Gallis abstrahat, et M^ti Ces: deuincat, Amicitia inter Anglos et Gallos, nunquam solet esse perpetua, cum alias inter eos, semper fuerit odiu inextinguibile.

In his Tractatibus Oratores Regis Angliæ, habent plenu mandatum, pro octo centenis millibus Ducatis, reliquas M^ti Ces: fideiubere, quod quidem susceptum est, sed de securitate q Genua cum aliis interceptis, post obsidu dimissionem deberet restitui, nihil hucusq potuit concludi, licet Rex Chri.^mus, offerat post duodecim centena illa millia Ducatoru persoluta, velle relinqui filios suos obsides in manibus Regis Angliæ, tamdiu donec Genua cum aliis restituendis, in potestate Cæsaris deueniret, et exercitus cum domino de Lutrecht, ex Italia in Galliam retraheretur, quod si non fieret, certo et statuto tempore Rex Angliæ, obsides Cæsari remitteret, ad hoc a Cæsare responsum est, q eodem modo, vult dare Regem Angliæ fideiussorem, cum primu hæc summa est persoluta, Genua cum aliis restituta, et exercitus in ~~Italiam~~ Galliam reductus, quod subinde etiam ad statutum terminu remittet Regi Chri.^mo obsides, super his agitur adhuc, de fide est negotiu, et cum iam hic turbulen.^mo nostro tempore, nemini tuto fiditur, presertim vbi de magnis rebus fit actio, timeo ne quid intercidat.

His diebus, cum aliquoties, dominu magnu Cancellariu conuenirem ratione solutionis Adobe, vt ab ea R^lis M^tas, redderetur immunis, retulit michi aperte, quo modo hic Oratores Galli passim se iactarent, M^tem vram S.^mam, cum Rege Chri.^mo, arctum fœdus confecisse, per mediu Antonii ~~Rincons~~ Rinconis, quod hic alias, quia a Cæsare defecit, turpe nomen obtinuit, et q M^tas v. S.^ma, in omnem euentum ipsum Regem, quo ad eius fieri posset, non esset desertura, Ad quæ ego, cum etiam ea ab aliis prius audiuissem, forte fortuna litteras M^tis v. S.^mæ xv. Augusti Cracs datas, mecu habens ~~res~~, illi ostendi, omnemq hanc historiam, de Palatino Siradien, et de ipso Antonio, declaraui, annectens ea, quæ ad id michi vi:

debantur expedire, vnde, cum has ad me litteras Mtis v. S.mae, vsque ad calcem accurate perlegisset, subintulit, hic longe diversum habetur, ab his, quam Galli oratores praedicant. dicunt tamen, inquit, quod idem Palatinus vsque ad presens, a Rege vestro, apud Regem Galliae, Oratorem agat. Atqui contrarium habent litterae vrae, quae illum, et Ardellionem vocant, et quemadmodum dicunt in fine, quod illius legatio, facta sit, sine scientia, et voluntate Regis vri, esseque suae S.ti plurimum molestum, neque aliquando fore omnino impunitam, ita futurum credo. Caesarique ea hic hodie, in consilio referam, hactenus Cancellarius, ad quae respondi, ea quae bene conveniebant, fuitque de his litteris optime contentus. Hoc ideo Mtem vram S.mam non latere volui, licet apud nros. si ad huius partis notitiam pervenerint, ingens odium michi concitabunt, quo fidei meae, erga Mtem vram S.mam, satis factum cognoscatur, nemo est, cui plus in terris, quam Mti vrae S.mae debeam.

Cum his ad me Mtis v. S.mae litteris, multis hic ora obstruxi, valdeque ad haec tempora, michi fuerunt oportuna, factumque est inde, quod innovationes commissionum et litterarum, super castro, et Castellano Barem facilius obtinuerim, presertim illarum, quas superiori anno, presente adhuc Viceregi Granatae impetraveram, misique paulo ante, omnium illarum vnas Neapolim, ad manus domini Scipionis de Summa subinde duplicatas alias misimus. Speroque, quod cum hoc castro, et Castellano praeficiendo, in quem iam Mtas Rlis consensit, per has innovatas commissiones, prope diem finis habebitur. quo fiet, quod tantis hic expensis Mtis v. S.mae non erit opus amplius, et inde me cum gratia sua, quod summopere cupio, post quartum annum, tum demum revocare dignabitur

De solutione Adohae remittenda, vt scripsi parum mihi spei est. quod de mera gracia Caesar eam donare debeat, nisi iura desuper, aut approbatam consuetudinem, vel graciam litteris firmatam habeamus. quemadmodum de his, ex meis ad Rlem Mtem latius Mtas vra S.ma intelliget.

In festis istis præteritis, cum strenis, vel ut potius dicam cum pensionibus
quas ~~tunc~~ hic quolibet anno expendere cogor, preterea pro pannis quibus
vestivi familiam, ac pro aliis rebus, ad quottidianum usum necessariis,
non paruam summam peccuniarum extraordinarie exposui, ordinarie
reuera, vix centum Ducatos domum sustineo, nihilque fit extra legitti:
mum modum, nisi ut auctoritas Mtis vræ, et S.mæ suæ coniugis, apud
istas hic nationes, debito suo sub decoro conseruaretur. Mensa sub
nomine Mtis v. S.mæ, et sub ea persona quam fero, apud me habe:
tur libera. Veniuntque ad me plerunque viri principes, et primi de ca:
mera Cæsaris, qui ad alios Oratores, qui hostes sunt non solent di:
uertere, me unum sub nomine Mtis v. S.mæ, amicum hic agere asse:
rentes, unde ut Mti v. S.mæ honorem faciant, me conueniunt
sæpius, quo natum est, cum primus hic a multis sic quæri solebat,
Polonia qualis, et quam magna esset ciuitas, quod iam passim scitur, et
Regnum esse amplissimum, habereque Regem, qui ætate, et prudentia
omnibus aliis præstat. qua de re, non pauca a me exponuntur, cum
quibus mea etiam transeunt, tantum abest, ut hic possim reponere
thesauros. Accepi itaque iterum a Fuccaris in mutuum, postque illis
150 Duc. ex columba mea persoluissem, alios ducentos Ducatos,
super quos meum chirographum dedi, ideoque Mti v. S.mæ humillime
supplico, dignetur de stipendio equorum meorum, quod iam michi,
ab annis quatuor debetur, clementer committere, quod istiusmodi 200
Duc. in auro Georgio Hegel persoluerentur, qui cum primum huc
scripserit, huiusmodi duc. 50 percepisse, subinde hic michi,
chirographus meus reddetur. Superiori anno ess. in Granata,
postquam frater meus Bernardus, ex Gdano, a Mte vra S.ma
ad me applicuisset, accepi similiter a Fuccaris 200 Duc., quorum
centum conuersi fuere in usum Mtis v. S.mæ, reliquos centum
Duc. michi usurpaui, peciique eosdem in seruitio equorum meorum
defalcari. Sic cum ad presens isti ducenti Georgio Hegel, fue:
runt persoluti, fatebor me super stipendio meo, a Mte vra
S.ma, trecentos Duc. in auro percepisse. quo michi, cum aliquo

ad Mtem vram S.mam rediero, parum de reliquo supererit.
Inter scribendum ista, significauit michi d. Cancellarius venisse
hodie nouum, Pontificem ex mole Adriani liberatum datis militibus
centum millibus Duc., pro quibus habendis q paulo ante creasset
cardinales, et quod nescio ad quod oppidum, extra vrbem commi-
grasset. itemque Caesariani ibidem in Italia, quandam partem exer-
citus Gallici profligassent, et q classis Veneta, quae in Sicilia nu-
per frumenta coemerat, atque acceperat, tempestatibus adacta, cir-
ca Sardiniam fecerat naufragium, cum inaestimabili Venetorum dam-
no, et detrimento.
Venerunt hic nuper duo Oratores Ducis Lothoringiae, qui licet sit
hostis, et Gallus, tamen ratione Imperii, a quo quaedam in feu-
di possidet, importuno quidem tempore, si pax non erit, huc confu-
git, quandoquidem malum sibi ex finibus Elsaciae, non abs re timent
Superiori anno opera ipsius, vt dicitur, sub saluo conductu, quem i-
pse Dux dederat, multa millia rusticorum in finibus Lotoringiae,
fuerunt occisa, estque quidam Michael Ottos michi bene notus, qui
machinis et tormentis preclarum olim domini Maximiliani Ces. praeesse
solebat, is etiam nescio, quid iniuriarum, contra Ducem Lothoringum,
et fratrem eius Car.lem Franciae Epm Mettensem habere praeten-
dit, illisque hostilitatem indixit, vnde timetur, ne collectis rusticis
quorum amici occubuerunt, et quibusdam comitibus his oris adia-
centibus, quiddam perniciosum, in terras Ducis molliatur, idcirco
petunt a Caesare, vt causam hanc, cum ipso Michaele sua Mtas
et ad suum in Germaniam aduentum, velit suspendere. Credo etiam
q in his si pax non fiet, nihil etiam assequentur.
Alia pro hac temporis angustia, non restant, quam quod suppl. Mti
v. S.mae, vt domino meo clemen.mo comendo, atque rogo, velit aliquando
vbi occasio se offeret, diuturnorum, et fidelium meorum seruitiorum re-
minisci, quo cum passionibus meis arteticis, quae vti solent, cum ce-
perint quempiam, non facile deserunt, post tot curas, et labores,
quiescere possim. Datum ex Burgos ciuitate Castilliae, in Hispa-

nia xi. Mensis Januarii. Anno dni M° D xx viii.

Responsum Coesaris Caroli Quinti, ad postulata Francie et Anglie Regu

Ad ea, quae pro parte S.morum Franciae, et Angliae Regum, per eorum Oratores Ces. Mti proposita sunt, in hunc modum responsum est.

Tametsi Ces. Mtas, pro pristino eius erga remp. Christianam salutem et pacem, animo atque voluntate, ad honestas, aequissimasque pacis conditiones, nuper in ciuitate Palentin deuenerit, hisque debito tempore nec receptis nec approbatis, recte ab eis resilire potuisset, quum haud parum jura sua tum antiqua tum Madricia conuentionis vigore sibi pertinentia lederent. Nichilominus tamen cupiens in hoc S.mo Anglorum Regi huius pacis mediatori, et Consiliatori satisfacere omnibus clarius indies aperire, suam Mtem in eo quo publicam Christianorum quietem et pacem semper optauit affectu, feruentiori adhuc animo perstare, priuatis etiam commodis posthabitis, rursum ad infra scripta deuenire voluit

Inprimis quo ad illa vigesies centena millia Scutorum auri, per Regem Chrum persoluenda, Mtas sua perseuerat in his, quae Palenciae responsa sunt, vultque vt ea sint boni ac iusti auri ponderis, et Valoris, iuxta verum et rectum Scutorum auri (quae vocant solis) valorem, et iuxta presentem eorum cursum. Ex quibus illa duodecies centena millia Scutorum quae presenti pecunia persolui debent Soluantur vel in massa auri, vel in moneta aurea, per homines expertes ad id deputandos videnda et examinanda/ quo vero in praetenso credito mutuatae pecuniae, per S.mum Regem Angliae, omnis confusio e medio tollatur, residuumque ipsius pecuniae, per Regem Christianiss. persoluendae liquidetur. Declarat Mtas sua, vt fuit ante con:

clusionem presentis conventionis, sive in ipsamet conclusione exibeantur
omnia monumenta obligatoria, huiusmodi crediti concernentia, et omni
pecunia a Ces: eiusue nomine recepta, ad verum calculum computata
ea summa, ex ipsis vigesies centenis aureorum millibus deducatur, et
eo ipso tempore, quo Christianiss. Regis liberi restituentur. ipse S.mus
Anglorum Rex, per se, vel per suos deputatos, ad id sufficiens man:
datum habentes, recipiat ipsum Regem Chri.m in loco Cas: pro de:
bitore, tam praefati crediti numerate pecuniae, quam promissae in:
demnitatis, et quaecumque monimenta obligatoria, aliasque litteras
realiter, et cum effectu cancellatas, restituet una cum aureis
supellectilibus iocalibusue pro ea pecunia obpignoratis, se se de om:
nibus contentum, et satisfactum declarando, atque Mtem Ces: ab om:
ni debito absoluendo, ita ut residuum summae pecuniariae, pro quo
Rex ipse se se obligare, vel securam cautionem reddere tenebitur.
rectius possit declarari. Securitatem autem pro solutione ipsius
residui oblata Mtas sua convenientem fore haud dubitat, praeser:
tim S.mi Angliae regis fide interveniente, quam Mtas sua tanti fa:
cit, ut hoc nequaquam obstaculo futurum sit, quo minus ad pacem de:
veniatur.

De revocatione autem exercitus in Italia militantis, necnon et Ianue,
aliarumque rerum restitutione fienda. Mtas sua perseverat in res:
ponsionibus Palentin. vid3, ut ea omnia adimpleantur, ante liber:
tatem filiorum Regis Christianiss. quum enim Mtas sua decreuerit,
huius pacis conventione firmata, rebus Italicis ita providere, ut
iure merito universa Italia, de eo contenta esse debeat, atque in ea
perpetua pax stabiliatur, quo nichil unqua antiquius chariusue Mti
suae fuit. intendit. ut quae per ipsum Regem Christianiss. erunt re:
stituenda, in eo statu, quo, tempore Madriciae conventionis, et
ante presens bellum fuerant restituantur.

Quo ad Comitatum quadrilegii, responsio Palentina, adeo ho:
nesta videtur, ut nihil desuper amplius respondendum esse videatur,
per hoc tamen non stabit, quominus pax stabiliatur.

De comprehensione autem federatorum, Mtas sua, quod semper optauit, id in pnta optat, ut summus Pontifex, ceu communis pater ac pastor communi consensu, in hac conuentione comprehendatur. De Venetis autem, quum hic habeat sufficiens mandatum, ad tractandum, Mtas sua curabit eos ad honestam conuentionem adducere. qua firmata, et Florentinis ad honestas conditiones descendentibus, nullus in hac comprehensione scrupulus relinquetur.

Circa oblationem triremium, aliarumque nauium, perstat in responsione Valentina,

Caeterum, quum in ultimo articulo dominium Mediolanen concernenti in quo a Mte sua postulatum est, ut in graciam p(raedic)tor(um) Regum Ducem Franciscum Sfortiam, ipso dominio frui paciatur, uenia prius ab eo precata. Si huiusmodi remissio (ut praemittitur) postulata, rebus sic stantibus concederetur, non ex gratia Caesaris impetrata, sed vi extorta esse videretur, obidque nullo pacto diceret Mtem suam eam remissionem in presentia concedere, post conclusionem tamen huius conuentionis, et ante restitutionem filiorum Regis, Mtas sua de eo dominio ita disponet, ut re ipsa omnibus perspicuum sit, nullam in eo nec auaritiam, nec ambitionem dominari, neque eum quicquam feruentiori unquam studio optasse, quam pacem et quietem in Italia stabilire, eamque ab ea suspitione metuue, si quem licet immerito a potentia sua animo conceperat, penitus liberari, ita ut deinceps nulla armorum bellorumue causa relicta esse videatur.

Quo vero ad ea, quae secundo proposita sunt in causa Mediolanen, casu, quo praeffatae remissioni locus non esset, de ministranda videlicet iustitia Duci Francisco Sforciae, Mtas sua id libentissime concedit, quod saepius ab ea oblatum est, et quod ipsimet Galli Oratores petiere. quoniam autem omnem scrupulum, quo huiusmodi pax turbari violariue posset, e medio tolli necesse est, inter caeteros huius conuentionis ar(ticu)los, haec tria communi consensu inserantur. Primum ut cessio, siue renunciatio per Regem Christ:

amiss: in Madricia conuentione facta, omnem vim Jurium, quæ ipse eiusve successores, in præffato dominio Mediolanen prætendere pos: sent, per presentem conuentionem renouetur, cedendo iterum pro se, et eius successoribus præfatis juribus in eum, vel eos, quibus ipsum dominium, siue alio quouismodo obuenerit, pertinueritue .

Secundum, vt omnes alienationes, donationes, et concessiones, per ipsum Franciscum Sfortiam, in præiuditium feudi quo modo libet facta vnaque cum obligationibus, assignationibus, et hypo: thecis, quauis ratione vel causa, absque expresso Mtis suæ consensu impositis annuletur cassetur, nulliusque roboris et momenti esse cen: seantur, veluti contra juris formam, et feudi naturam facta, ita vt casu quo Franciscus Sfortia, siue juridica sententia, siue alio quouis modo, in eo dominio esset restituendus liber ab his om: nino maneat atque exemptus, etiamsi huiusmodi alienationes, et obli: gationes, in quauis pacis aut fœderis conuentione, et in rem ipsius Regis Christianiss: aliorumue fœderatorum facta essent .

Tertium, quod ipso dominio, sub eodem Francisco Sfortia (vt præmit: titur) manente, eius persona libera et exempta sit, a quibusuis fœderibus, et obligationibus, cum ipso Rege Christianiss: atque ali: is in præiuditium Cæsareæ Mtis, et Sa: Romani Imperii percussis, ipsius demum Romani Imperii feudo, superioritatisque juribus in omnibus semper inuiolabiliter seruatis, absque aliquo præiuditio, vel derogatione .

Cum istas vellem occludere, relatum mihi est eadem hora per medium domini Cornelii Scepperi, qui venit ex prandio a Cancella: rio, quo modo Oratores Galli, rursus fuissent apud Cæsarem, hor: tantes, vt eo modo in Regem Angliæ confideret, sicut paulo ante scripsi, addentes res Regis Chri.mi, interea quo ceptum est de pace tractari, cum Genua ac aliis, prospere successisse, vnde eti: am pro obsidibus Regi Angliæ credere posset, Hæc audiens Cæ:

sar, pro contumelia accepit, iussitq illis respondere, cum non vellent eas conditiones propositas suscipere, facerent quod possent. Sic omnia quae a Mense Septembre hactenus sunt tractata, in nichilum sunt redacta, et hoc est quod futurum suspicabar, quicquid inde euenerit Mtas vra S.ma sciet cum primis / ad presens cum litterae iam expetuntur, non possum esse longior.

Ioannes dantiscus Orator Sigismundo primo Regi Poloniae

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me

Humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Vndecima die istius Mensis, scripsi hinc Mti v. S.mae, per Velzeros, quibus xv Nouembris praeteriti alias etiam dederam, ea quae tunc se offerebant, prout ex duplicatis, quas per manum Amanuensis mei scriptas, his adiunxi latius intelliget / quae interea hic acta sunt, sic habent.

Cum Oratores Angli, Galli, Mediolanen, Venetus, et Florentinus, male hic pacem tractassent, et prima die istius Mensis super eorum proposita a Caesare in scriptis responsum accepissent, cuius in duplicatis habetur exemplum, tandem cum nullis persuasionibus Caesarem inducere potuerunt, vt Regi Chri.mo de restituenda Genua, et retrahendo ex Italia exercitum crederet, et vt obsides ante Genuae restitutionem redderet, In quo Leus Orator Anglus multum rethoricabatur, ad arma res inclinabat, quandoquidem Caesar hoc Ciceronianum perpendens, semel decipi incommodum, iterum turpe, et tercio stultum, non potuit traduci, vt fideret, cum ante sibi fuisset impositum.

Qua de re, cum isti Oratores se omnia frustra moliri cogno:

fecerent, et Cæsaris viderent mentem immotam, et manis aduolui machinas, deplorata pace, ad bellum spectabant. habitisque ad id fecialibus secum, seu vt vocant Regum suorum Heraldis, vigesima secunda huius Mensis, Cæsari bellum indixerunt, cuius indictionis ceremonias, non abs re his inserendas censui, præsertim cum M.tas V. S.ma etiam de leuioribus, quæ hic fiunt rebus, a me vult fieri certior.

Heraldi Regis Chri.mi, et Regis Angliæ, impetrata prius a Cæsare solenni, vt vocant audientia, quam illis in maiori palacii Aula, in magna hominum primorum frequentia dedit. Cum primum Cæsarem accederent, quisque arma regis sui in chlamide depicta, suspensa brachio prætulit, et deinde genu in terram flexo, cartis apertis, verba diffidationis publice legerunt, primum Gallus, sententia lectorum fuit hæc in compendio, quia Cæsar inuasisset Ecclesiam Romanam, et Pontificem captiuum detineret, obsidesque Regis Chri.mi, reiectis æquis pro redemptione conditionibus, non redderet, bellum nomine Regis sui, terraque marique indiceret. Ad quod Cæsar, omnibus audientibus, clara voce respondit. Regem Galliæ, iam a septem annis, bellum gessisse, sine vlla diffidatione, et quod miraretur, quod nunc primum diffidaret, cum hoc iuxta ius militare, nequaquam posset facere, existens adhuc captiuus suus, violata fide in manibus suis relicta, ipse tamen videret. Et cum hoc bellum non esset nouum, seque hucusque contra illum bene defendisset, in posterum Deo adiuuante iustitiam se, et suos etiam tutaturum, Pontificem vero non fuisse captum cum sua voluntate, sed cum sua voluntate, hoc Mense Decembre præterito esse liberatum, ea in re etiam non fuisse causam belli, quod autem ad propositas conditiones obsides non reddidisset, magna cum causa, et ratione esse factum, cumque Rex Galliæ prius datam fidem nulla in re seruasset, non immerito illi deinceps non crederet,

Post hæc, accessit etiam Heraldus Angliæ, qui easdem causas belli, quas Gallus recensuit, impudentius tamen, addens so-

lum modo debitum, quod Regi Angliae Caesar debet, illi Caesar respon: dit, Regem Angliae male informatum, quod bellum indiceret, nullam habens causam. et vtinam inquit ille mihi non prior ansam daret belli, quam ego ei, nunquam inter nos amicitia nostra infringeretur. proinde dice: bat se ad illum his diebus nuntium missurum, qui eum recte informaret.

| De debito respondit, quod paulo ante cum Oratoribus Anglis egisset, quapropter ob hoc etiam, causa esse non posset, cum illud Oratoribus promi: sisset, in spatio trium vel quatuor ad summum Mensium persoluere. Ad ea, quod legerunt cum eis vt vocant diffidare, Venetos Florenti: nos, et Ducem Barii Franciscum Sfortiam, quem non nominabant Ducem Mediolani, nihil respondit aliud, quam, quod cum illis facile transigetur | Deinde, Cum isti duo Heraldi, chlamides suas cum Regum suorum armis, iam redditis litteris induissent, quas prius fe: rebant in brachio, quo post redditas litteras, cum ostensione armo: rum principum suorum, securi a Caesare possent abire. Aduocauit Cae: sar Heraldum Gallum, dixitque ei secrete. Vides inquit, quod tibi per: misi libere tuis ceremoniis vti, tuumque exercere offitium, propterea etiam, ea quae tibi a me iniunguntur, debes Regi tuo libere referre, dicesque ei, quod non satis mirari possum, quod nihil mihi hucusque respon: derit, ad ea, quae ei anno praeterito, ex Granata per Oratorem suum denunciaui, vtpote, cum fidem suam, et iuramenta mihi fa: cta non seruauit, vt se ad Duellum ea de re mecum pararet, admo: nebis eum nomine meo, ac meis verbis, vt honoris sui, si quem ad: huc habet, fiat aliquando memor. Haec omnia Heraldus ille, flexo genu, audiuit, et suscepit. Deinde iussit duobus nobilibus Au: licis suis Caesar, vt istos duos Heraldos, depictos armis dominorum suorum, vsque in diuersoria sua securos conducerent, commisitque cui: libet dari cathenam auream. quarum qualibet valebat 500 Ducatos. Haec omnia a Domino Magno Cancellario habui, cum quo eodem Die fui in prandio, qui inter alia mihi retulit, Gallos im: prudenter fecisse, quod bellum indixissent, ~~cum quo eodem die fui in prandio, qui inter alia mihi retulit, Gallos imprudenter fecisse.~~

~~q bellum indixissent~~, cum hoc alias a septem annis q; continue gessissent, quandoquidem animũ Cæsaris, et omniũ Hispanorũ excitassent, et calcar contra se addidissent, et revera, quantũ ego coniectura possum assequi, erit bellum hoc crudelius, quam fuit ullũ a multo tempore, plaga Dei est.

His peractis cum Heraldis, misit subinde Cæsar, ad Oratores hostiũ, ut eodem die, octo ab hinc leucas, ad quoddam castrũ se conferrent, illicq; manerent, donec Oratores Cæsaris, qui apud eorum Dominos agunt, in Hispaniam redirent, vidi ego Gallos, et Venetum exeuntes, fuimus eñ vicini, conducebantur a quibusdã equitibus, et peditibus, qui eos ibidem in castro custodire debent, Florentinus misit ad Cæsarem, rogando, cum sua Mtas Florentiæ nullum haberet Oratorem, ut sibi liceret libere exire Hispaniã, responsum est illi, cum ipse fuerit particeps omniũ consiliorũ, et in societate cum aliis, q etiam in ea, quamdiu et alii perseverarent, nulli dabatur tempus, ut vale cuiq; diceret, sic in eo castro hucusq; agunt / Oratores Angli miserunt ad Cæsarem, ne sic ut alii tractarentur, cum adhuc esset spes amicitiæ, qq; multa fecissent a Gallis inducti, et quia unus illorum valitudinarius est, admisit Cæsar, q hic sint. tentabiturq; omnibus modis, si Rex iste in amicitia posset contineri. sin non, habentur hic certi modi quibus illi plurimũ detrimenti inferri possit. Jam hic constans fama est, illum Reginã suam amitam Cæsaris repudiasse, et q illa se in quoddam Monasteriũ retraxerit, quæ res hic animos Hispanorum, non parũ incendit.

Postero die, cum iam bellũ esset indictũ et proclamatũ, omnes hinc Oratores esse ablegatos, contuli me ad Curiam, conducebat me, ad honorem Mtis v. S.mæ Ill.mus dominus Joannes Albertus Marchio Brandenburgẽ, nepos Mtis v. S.mæ observandissimus. Cumq; a multis diebus iam non vidissem Cæsarem, propter claudicationem, quam ex Genugra hucusq; habui, omniũ oculi in me coniiciebantur, dicebantq; palam, adhuc Cæsar non omnes Reges

habet hostes, et credo, q nunquam in hac Curia fuerim gracior,
Vnde, cum ante conclaue Caesaris cum domino Marchione, et do:
mino Praeposito de Waltkirchen Imperii Vice Cancellario pau:
lisper consedissem, exiuit Caesar, quo viso, innitens mandatis Mtis
v. S.mae, quae mihi in nouissimis suis serio commisit, vt ea quae ad
mutuam beniuolentiam, et coniunctionem cum Mte Caes: faciunt,
diligenter curarem, ad eum modum Mtem suam sum alloquutus.
Primum pecii mihi dari veniam, q tamdiu ob claudicationem meam
non fuissem in Curia / Deinde exposui, cum intellexissem heri
Mti suae bellum fuisse indictum, quo hoc tempore nihil potuit acci:
dere perniciosius orbi Christiano, q mihi non potuerim temperare,
licet adhuc claudus, quin Mtem suam inuiserem, et obsequium me:
um offerrem, si quid sua Mtas, in his rebus mihi vellet committe:
re, quod in notitiam Mtis v. S.mae deducendum per me existimaret,
quandoquidem Mtas v. S.ma, in fraterno amore, atque obseruantia,
erga Mtem suam, firmiter esset semper permansura. et ego ob
id potissimum hic essem a Mte vra Ser.ma relictus, vt eam con:
iunctionem, et beniuolentiam mutuam, inter vtrasque Mtes, indies
facerem arctiorem auctioremque. Ad haec sua Mtas hilari vul:
tu respondit, biretum meum aliquoties mihi in caput reponens,
condolere se aegritudini meae, qua hactenus male fuerim habitus,
et verum esse, q hostes sui bellum sibi indixissent, quod alias
a septem iam annis gessissent, ad quod ipse tamen nullam vnquam
causam praebuisset, qua de re Deo se committere, illumque rogare
vt sibi adsit, se etiam quantum fieri posset, sibi ipsi non defutu:
rum, agereque mihi gracias de exhibitione mea, seque nullum dubium
habere, de propensione, et beniuolentia in se Mtis v. S.mae, quae
idem sibi de eodem deberet persuadere, Seque cum Magno Cancellario
super exhibitione mea collocuturum, qui mecum in his latius debe:
ret conferre. Sic me cum omnium ferme applausu, humanissime a se
dimisit. Sed de his cum domino Cancellario, qui hoc tempore est
occupatissimus, nondum conueni.

Hic omnia terra, mariq; ad bellum parantur. Veniunt huc quotti-
die, Primores istorum Regnorum ad Cęsarem, et offerunt ultra
debitum omnia quę possunt, habiturus est Cęsar ab illa parte maris
Mediterranei, prope 70 triremes, preter alia nauigia. Item ab
alia parte, ad Oceanum nauigia parua, quę Sabros vocant prope
60., preter alias magnas naues ex Biscaria, Asturgia, et Gallicia
nunc primum video, rem serio agi, quę prius tepide tractabatur
eritq; procul dubio, bellum hoc crudius, quam prius fuit, et ut
suspicor, non diu duraturum, Victor enim victo leges pręscribet
neq; credo amplius conditionibus posse tractari, adeo istorum Prin-
cipum animos in se se video exulceratos. Rex Portugalię ut
ferunt, Cęsari classem suam promisit. In rege Ferdinando etiam
magna spes habetur, et de multis pecuniis habendis, multa
dicuntur, In Hispania certe sunt multę pecunię, si quo pacto
ab incolis possent emungi. Cęsar hinc ea de re, cum Imperatrice
pręgnante, versus Madrillis concedet, eamq; ibidem relinquet,
processurus ulterius versus Valentiam, ut illic breues Curtas hoc
est conuentus habeat, pro ęre nouo conflando, quem ex ea parte,
immensum posse colligi existimant.

Conuentum est per Heraldos, apud Cęsarem, quod intra quadragesimum
diem indictionis belli liceret, omnibus utriusq; partis subditis libe-
re cum bonis suis, quo vellent commeare, Cęsar vero terminum pro-
duxit, sic quod non a die indictionis, sed a die, quo utriusq; partis
subditis innotuerit bellum esse indictum, sint 40 dies pro Inter-
uallo ad commeandum. Item intellexit Cęsar, Regem Gallię,
omnes Hispanos captiuos triremibus indidisse, et transtris appli-
casse, qua de re illi significauit, Si Hispanos relinquet in trire-
mibus, ipse etiam Gallorum opera captiuorum in eis uti, et presertim
illorum, qui sunt cum obsidibus, quorum non est paruus numerus,
et inter eos, multi sunt nobiles. hocq; erit initium belli crudio-
ris, quam prius unquam inter eos fuerat.

Item Cæsar, missurus est et scripturus ad omnes, qui habent portus Maris in Scocia, Noruegia, Dacia Suecia, Pomerania, et ad omnes ciuitates Vandalas, vt Militibus suis maritimis liberas stationes in portubus, quocies illis opus fuerit permittant, daturus est preterea libertatem ac facultatem omnibus, qui suo periculo in hostes suæ Mtis grassari voluerint, omnia hostilia exercendi, habeturqz modus, quo talium militum ingens numerus possit colligi, eruntqz ista maria, magis qz ante vnquam vbiqz infesta.

Hic adhuc agit Nuncius Pontificis, et Ducis Ferrariæ Orator, de quo huc paulo ante fama venit, q ad Gallos defecisset, quisqz rem suam curat, ego velim, et summopere desidero, q quamprimum ex his turbinibus a Mte v. S.ma reuocarer, hoc tamen adhuc in clementem voluntatem Mtis v. S.mæ repono. Cor Regis in manu Dei est, quocunqz voluerit inclinabit illud.

Alia ad presens digna scientia Mtis v. S.mæ non occurrunt, quæcunqz in hoc se bello offerent, licet hoc tempore scriptio non satis sit tuta, nihilo secius tamen per omnem oportunitatem scribam semper. Quesitum est a me aliquoties, si acceperim responsum a Mte vra S.ma, ad litteras Cæsaris, in negotio direptionis vrbis Romæ, ~~ex~~ Valleoleti xvi Augusti, ad Mtem vram S.mam per me missas, quibus non aliter respondeo, qz q iam longo tempore nullas a Mte vra S.ma, et a nostris partibus viderim, neqz esse aliam causam, qz q ad presens omnia itinera sunt impedita, et q multoties litteræ intercipiuntur, quemadmodum mihi factum esse, cum litteris Rlis Mtis arbitror, quæ superioribus diebus scripsit mihi in negociis suis misisse litteras S.mi Ferdinandi Regis, quæ etiam ad me non peruenerunt. Rogo itaqz humillime, Mtas vra S.ma dignetur committere, vt mihi scribatur, si eas literas a Cæsare acceperit necne, et si quid secretius mihi velit perscribere, quod ad hæc tempora conueniret, possunt vti notis seu cifris, quas Rmus D. Episcopus Cracouien. [Petr. Tomicius] aut Mag.cus D. Ludouicus Aliphius mecum habent, quibus, si

quid istiusmodi se offeret, vtar vicissim, modo sciam notas has non esse deperditas.

Quod reliquum est, commendo me suppliciter M.ti v.rae S.mae, vt Domino meo clemen.mo, et rogo dignetur committere, prout in his duplicatis etiam scripsi, quod 200 duc., quos Fuccaris debeo, Georgio Hegel de seruitio equorum meorum persoluantur. Datum ex Burgos, ciuitate Castiliae, in Hispania 29 die Januarii M°D°XXVIII°.

Ioannes Dantiscus D. Petro Tomicio Ep.o Crac. Vicecan.o

Reuerendissime in Christo pater, et domine domine gr.o.me. Humillimam seruitiorum meorum commendationem. Scribo aliquando S.mae Regiae, et Reginali M.ti, et praetereo D. v. R.mam, quod nunquam solet accidere, nisi cum postae celerius abeunt, quo me scribendi tempus deficit. qua de re, d. v.ram R.mam summopere rogo, non velit hoc aliter, atque accidere solet interpretari, nihil enim in obseruantia quam D.ni v. R.mae iure merito debeo decreuit, sed indies crescit, mallemque eam coram, quam litteris exhibere, et agere cum D.ne v. R.ma sub nostro caelo, quam in his hic ardoribus torreri. Sed ferendum est, quod mutari nequit.

Cum me ante quatuor annos D. v. R.ma a se dimitteret, memini, quod non erat nobis ea opinio, ne sommium quidem, quod tamdiu hic deberem immorari, erat mihi aliud vitae institutum, iam enim me omnis Aulica ambitio, quae prius etiam mihi non magna fuit deseruerat, et inglorius, quod aeui reliquum fuit, intra priuatos parietes, transigere proposueram, Interuenit haec mora. Sic visum est Superis in qua D.ni v. R.mae, pro tot in me collatis beneficiis, non potui seruire, vt volui, et debui. quae cum meum reputo, quod fit saepius

non possum in animo non affligi, et reor esse hanc inter alias, po-
tissimam meam afflictionem, qua hic plærunque viuens mihi mori vi-
deor. quocirca, ne omnia, quæ in his scribi possent persequar. D. v.
vræ Rmæ humiliter supplico, Si cum gracia Principum vrorum fieri
potest, in quorum arbitrium me totum reposui, efficiat bonis modis,
vt iam tum demum aliquando, ex hoc exilio reuocer, quandoquidem
omnia ferè, quæ Mtas Rlis desiderauit, magna cura, et labore
meo sunt expedita, preter Adobam, in qua adhuc Cesar se conti-
net, et nescio qua de re mentem suam declarare grauatur. Est
tamen adhuc mihi spes, Si dominus Cornelius Scepperus, bene
apud vos habitus huc redierit, quod tandem ea in re duritiam
Cæsaris expugnabimus. Dominus Cancellarius me adhuc con-
solatur, et bene sperare iubet, cuius integritati plurimum fido,
et iam plura quam prius unquam potest apud Cesarem. A me nihil
omittetur, quo, et hoc possit expediri, et ego quantocius reuocari
ad quod vt spero. D. v. Rma, pro sua in me gracia suum efficax
præstabit adminiculum.

De duello istorum Regum, et alia omnia, quæ hucusque hic sunt acta,
satis habunde, pro istorum temporum qualitate, ad Mtem Regiam
scripsi, inde D. v. Rma intelliget omnia. Incidimus in miserri-
ma tempora, in quibus virtus, fides, et religio passim vbique pericli-
tantur. plaga Dei est, Hic habita est aliquandiu de libris Erasmi
inter fratres, qui se religiosos vocant, et inter Doctiores aliquos,
quos dicunt seculares, non parua contentio, superauit tamen sani-
or pars. libri Erasmi multi, traducti sunt in linguam Hispaniam,
leguntur que passim, abstuleruntque hic non parum superstitionis. vereor
ne quid tale hic accidat, aut peius, quam in Germania. Coegerunt om-
nes Mauros, qui hucusque fuerunt Mahometici, ad fidem Christi,
est illorum magnus numerus, tam circa Valentiam, quam etiam hic cir-
ca CæsarAugustam. Sunt præterea multi Judei, Christum, ne bona
sua perderent hic professi, cum Rex Ferdinandus Hispaniæ, A-
uus maternus Cæsaris eos hinc expelleret. Sunt item alii Chri-

stiam mali plurimi, qui si quippiam libertatis nacti fuerint, contra Inquisitores, penitus hic de religione actum erit. Aveo scire, quomodo si Gdanen. et alteri Pruteni Conterranei et Gentiles mei, post istam castigationem, a M.te Regia habitam gerant in Ecclesia, ad me huc nihil perscribitur. Proinde rogo maximopere, iubeat aliquando D. V. R.ma ad me scribi, denturque litterae in manus Georgii Hegel, is per Antuerpiam commode eas ad me transmittere poterit, accumuletque hoc beneficium, ad alia mihi praestita, quo me sibi devinctiorem, et post mortem patris mei, non vulgariter consolatum reddet. In Augusto futuro, annus transibit, cum novissime, a M.te Regia, et a D. V. R.ma, novissimas litteras viderim. Nescit D. V. R.ma, quantum gaudium est exulibus, cum ab his, litteris consolantur, a quibus missi sunt in exilium.

Alia ad presens non restant, quam quod me humillime, gratiae, et benivolentiae, D.nis V. R.mae commendo. Deus opt. Max. faxit, ut eam saluam, faelicem, et in primatu, brevi apud nostros videam. Datum ex Sarragossa, quae Cesarea Augusta vocatur, 28 die mensis Junii. Anno domini M.o D. XX VIII

Ioannes Dantiscus Or. Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.

Rme in Christo pater, et domine domine gro.me humillima commendationem, Ab eo tempore, quo frater meus ad me rediit, nullas ex partibus nostris accepi litteras, preter unas R.is M.tis Vilnae XI Octobris dat. quum tamen toties, ex Gema, ex Placencia, et hinc scripserim, vidique hic litteras D. V. R.mae, apud bonum virum D. Doctorem Ressziczka. Crac. dat. penultima Octo:

bris. ex quibus intellexi tum nondu in Polonia fuisse cognitu Cesa-
rem hic agere cum Pontifice, vnde non incerta coniectura sum asse-
quutus, meas ex Placentia nouissimas, non fuisse perlatas, qua in
re mihi culpa impingi non potest, obtuli me ad eas D. mis v. Rmae
litteras domino Ressziczki si in his egeret opera mea, vel apud Pont.
vel apud D. Cardinalem sanctoru 4, qui multa bona mihi de D. ne v.
Rma praedicabat superiori die, vt me informaret, me nihil non ten-
taturu, sicubi D. v. Rmae, seruire possem, quemadmodu et debeo,
et oppido q libentis.me velim. qua de re, quu huc iteru scriptura
est D v. Rma, non dedignetur serui sui vti seruitio, si quid est,
quod praestare possem, vel quod cognoscet, per me posse fieri. quan-
doquidem post Deu, neminem in terris scio, cui plus debeam.

Istas per quosdam Polonos, qui hinc abeunt, dedi in omnem euen-
tum, missurus paulo post, cum quibusdam expeditionibus, fratrem
meum ad Mtem Regiam, cum quo de omnibus latius, et reor, q
frater meus istos Polonos, adhuc fortassis in itinere offendet, no-
lui tamen committere, vt isti sine meis, ad d. v. Rmam redirent.

Discessit a me D. Joannes Leuicius, ex Placentia x octobris prae-
teriti, versus Ducatu Baren, vt ibidem acciperet, certam in-
formationem, quae adhuc apud Caesarem, mihi essent agenda, et
vt de prouisione expensaru, nobis inde responderetur, mora eius
non debebat decursu vnius Mensis excedere, Bonus iste Leuicius
post tertiu fere Mensem adhuc non rediit, viuoq hic ex amicoru
peccuniis, quarum hucusq non paruam summam contraxi, de
quo latius Regiae et Reginali Mti scripsi. quapropter D.
v. Rmae humiliter supplico, dignetur pro me intercedere, et qo
hic viuere possem vlterius, et vel saltem post Caesaris coronatio-
nem redire. aetatem, salutem, et quicquid praeterea habui
hic absumpsi, in his sex annis, quibus absum. De meis propriis
peccuniis, in hoc seruitio impendi 750 Duc. et nouissime,
mille Ducatos, quos Caesar mihi donauerat, scripseram Rli Mti,
q nisi 500 mihi essent dati, et hoc ne nostris grauiorem mo-

uerem inuidiam, quae vero ad presens euanuerint, et eos me fateor
absumpsisse, nemo erit, qui mihi inuidebit.

Quae hic aguntur haec sunt in compendio, quamdiu hic sumus,
postquam de Turcis, qui Viennae obsidionem reliquerunt, rumor factus
est mitior, omnis vis bellica, tam Pontificis, quam etiam Caesaris
in Florentinos conuersa est, qui expulsis medicis, in libertatem
se asseruerant, indiesque magnis Germanorum, et Hispanorum cona:
tibus oppugnantur. Nos hinc XX Januarii futuri, vt fertur Ro:
mam concedere debemus, ibidem Caesar debet coronari, et sub:
inde in Germaniam, ad Conuentum pro Cal. Marcijs proficisci,
conficiuntur etiam, nescio qui tractatus contra Turcas, sed nihil
solidi, plaga Dei est. Pax hodie inter Pont: Caesarem Vene:
tos, et Francis: Sfortiam publicata est. Cum Duce Ferrarien:
adhuc tractatur, quicquid in his factum est, cum fratre meo trans:
mittam.

Alia ad presens non restant, quam, quod me humiliter D.ni V. R.mae
commendo. Commendat se etiam summopere, dominus Cornelius
Dupplicius Scepperus, qui superiori anno, apud M.tem Regiam a
Caesare fuit Orator, Is adhuc dolet, quum esset in Polonia, quod D. V.
R.ma videre, et alloqui non potuerit. est nihilominus hic vocalis:
simus preco laudum D.nis V. R.mae, et huc veniens M.ti Caes: om:
nia, quae de nostro Gnesnen: et eiusdem Nepotibus, qui se Turcis
dedidisse feruntur, diligenter exposuit, et alijs etiam in Curia,
quorum interesse videbatur. qua de re fuit ei iniunctum, vt ea
omnia, cum R.mo D. Cardinali Sanctorum 4 conferret, atque in scri:
ptis daret, quo tanto commodius in consistorio proponi possent,
agetur, vt intellexi, de illius restitutione, si illius M.ti non ~~placu:~~
~~erit~~ displicuerit, mihi qui tanto tempore abfuerim nihilque commissionis agen:
di cum Pontifice habeam, in his tacere conueniebat, si tamen cer:
to scirem, quo modo omnia haberent, et quid in his hic facere de:
berem, quod non esset contra mentem M.tis Regiae, nihil omitte:
retur. Rogo itaque non expectato fratre meo, si istae fortassis

perferentur, anteq̃ ille venerit, dignetur me de omnibus cum primis reddere certiorem. Ipse subibo humeris, nec me labor iste grauabit. Commendo me iteru᷉ atq̃ iteru᷉ D.ni v. Rmæ, cum Domino Cornelio qui non minus, quam ego D. v Rma᷉ veneratur, et obseruat, precamurq̃ D.ni v Rmæ, vterq̃ fœlicissimu᷉ annu᷉ nouu᷉, cuius cras est exordiu᷉. Datu᷉ Bononiæ vltima die Decembris. Anni M.D.XX IX.

Joannes Dantiscus Orator. Sigismundo primo Regi Polonie.

SEr.ma Mtas Regia, et domine domine clemen.me

Humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem, Cu᷉ superioribus diebus, nona Augusti præterita, sospes ex Hispania cu᷉ Cæsare, et classe eius, in Sauona relicta Genuæ applicuissem, subinde bis de omnibus, quæ tum se offerebant, Mti vræ S.mæ scripsi. quod itidem ex Placentia, et hinc a me est factu᷉, ad presens etiam cu᷉ isti Poloni hinc abierint, omittere non potui, licet paulopost, cu᷉ fratre meo copiosius et clarius, de omnibus Mti v. S.mæ sum scripturus, quem in futura hebdomada, vt spero, mittam, et fortassis istas adhuc in itinere inueniet, qua de re, nolui presentibus esse prolixior

Iam vt reor, non est incognitu᷉ Mti v. S.mæ, qua pompa Cæsar ex Placentia, pluuioso tempore, et pessimo itinere, hanc Bononia᷉ ingressus sit, et ad pontificis pedes deuenerit, quæ iam et tipis sunt excussa, et per me etiam prius descripta, vnde ea, quæ interea hic acta sunt, et tractata accipiat in compendio.

Postquam hic passim fuerat diuulgatum, Viennam, per ducentena
millia Turcarum, grauissima obsidione premi, non paruum fuit in pri:
mis trepidatum, scriptumque subito Principi de Oranges, Vice Re:
gi Neapolitano, aliisque exercituum ductoribus, ut omnes parati, in
ordine, cum suis adessent copiis, missaeque litterae, et Nuncii in Ger:
mania, quorum unus fuit nepos M.tis v. S.mae . D. Jo: Albertus
Marchio Brandenburgen., quo tempestiue S.mo Regi Ferdinando
conferrentur suppetiae, hic interea multa habebantur Consi:
storia ut vocant et consilia, et non pauca quottidie contra Tur:
cas proponebantur, decernebantur etiam, nescio quae Cruciа:
tae, et prouentuum Ecclesiasticorum contributiones, videban:
turque omnia serio agi. / quamprimum vero compertum fuit, Turcas
reliquisse obsidionem, tota ista vis in Florentinos fuit conuersa,
celebrataque hic fuerunt festa Electionis, et Coronationis Pontific.,
his diebus, quibus ante sex annos Pontifex in urbe electus fuit, et
coronatus, concursum hastis ante palatium hic, et cannis, more His:
pano lusum, quandoquidem Pont: et Caesar, una in eodem agunt pa:
latio, in quo vicinas habent habitationes, et plerumque conueniunt,
Consultum postea, quum plures essent qui obsiderentur, quam qui obside:
rent Florentiam, ut maiores copiae illac mitterentur, profecta
est eo maior pars peditum Hispanorum, qui appulerant cum Cae:
sare, et quum neque isti viderentur satisfacere, venit huc princeps
de Oranges Vicerex Neapolitanus, et pro pecuniis, et pro ali:
is / copiis maioribus, unde fuit decretum, quod etiam illac pedi:
tes Germani, qui nuper cum Comite Falice, de Werdenborg, ex
Germania fuerant adducti transmigrarent, qui superioribus di:
ebus, hac iter facientes, numero septem mille, cum reliquis obsi:
dent Florentiam, Tormenta cum globis ferreis, et pulueribus,
non pauca ad id dedit Dux Ferrariae, alia etiam Caesaris, ex
Mediolano, ac aliis locis paulo ante sunt perducta, R.mi domi:
ni Cardinales omnes, ad tam pium opus, pro ferendis globis ferre:
is et pulueribus, dederunt Mulos suos onerarios, Pont: omni:

bus modis conquirit peccunia, quibus ibidem alat exercitus, et suos extorres medicos, data Florentia in predam, per bullas publicas restituat / Florentini ex adverso, desperata cu Pontifice pactione, plebeq inutili expulsa, defensionem, ad extremu usq halitu parant, seq multis confectis munitionibus, acriter tuentur / haec sunt, quae huiusq hic fecimus, et reru exitum expectamus, a quo, et Coronatio Cesaris, et discessus hinc noster dependet.

De Coronatione ista, certum quod scribam non habeo, qum adhuc incertum est illis ad quos spectat. Sunt qui dicant ea hic futuram, sunt qui asserunt, (quod citius credo) Romae ea deberi fieri. estq hic ea de re, non incertus rumor, q xx Mens Januarii illac nos conferre debeamus, et q ad Calendas Marcias Cesar coronatus, in Germania, ad comitia Imperii, sit profecturus, ibidem de Turcis agetur, quibus modis illos, ultra Bosphoru Thraciu propelli conveniat, ad presens, minima ne quidem mentio, de eis hic habetur, credimus eos esse Constantinopoli, et nunq reversuros, quod utinam succedat

Quibus modis pax sit confecta, inter Cesarem, et Regem Chri^mum cumq Venetis, et cum domino Duce Francisco Sfortia, articulatim ad Mtem vram S.mam cu Bernardo fratre meo transmitto. Sunt tamen hic multi, qui non possunt induci, ut istas paces, perpetuo duraturas credant, suspicantur q primu exiverit Cesar Italiam, quemadmodu istoru hic hominu mentes sunt volubiles, subinde methamorphosim fieri, quod neq mihi a ratione videtur alienu.

Convenit me hic R. D. Epus Gurcen Hieronimus Balbus, cum quo accessi Rm D. Cardinalem s quatuor, a quo fui humanissime exceptus, multa in laudem S.mae Mtis v. et nationis Polonicae predicabat, seq pro sua virtute, et humanitate, optimus senex, plurimu offerebat. Is paulo post, effecit, ut ad Pontificem admitterer, quo qum venissem, et

crucem ex filo aureo, in calceo pedis eius, osculatus fuissem, in hunc modu stando, ipso etiam Pontifice stante, loquebar. quod quu huc, cum Caesare ex Hispania applicuissem, expectassemq indies litteras, aut certa Mtis v. S.mae, ad eius sanctitatem mandata, quo non vacuus accederem, transiuissentq iam multi dies, et nihil istiusmodi, ad me esset perlatu, non potuissem, neq licuisset me diutius continere, quin ad hoc osculu procederem, offerendo me, sicubi eius Sti apud Caesarem, ac etiam apud Mtem v. S.mam servire possem, me esse propensissimu. Ista fuit summa &c. Respondit mihi composito ad humanitatem vultu, et bene quiddam subridens, q me libenter vidisset, ex parte Regis mei, cuius Mti, (hoc tum verbo utebatur) propensus esset singulariter, ubi ei posset gratificari, quam etiam sibi inter alios, et Sedi aplicae, precipue affectam cognosceret, multisq id experimentis haberet compertu/submituli S.tem eius in ea opinione, quam de Mte v. S.ma concepisset, non decipi, semperq id se clarius experturam, Deinde, et mihi se obtulit S. eius, ad quod egi quas potui gracias. Postea mei etiam ad hoc osculu, cum Doctore Ressizcza penitentiario, et quibusdam aliis, qui me fuerant comitati accesserunt, nemo tunc ibi, post Signatura ut vocant aderat, quam duo isti Cardinales seniores sanctoru 4, et Ferninus. Sic cum signo Crucis, a Pontifice dato dimissus, discessum.

Cumq hic tot, et tanta continui negotia agerentur, a me nihil commode potuit fieri, cu, q adhuc D. Lemicius, nondu rediit ex Neapoli, a quo reru omniu perfectam instructionem habere debui, tum etiam, q Caesar perpetuis negociis, et querelis multoru obrueretur, fui tamen nihilominus, apud eius Mtem, atq inter alia, de promisso mihi facto, anno superiori Toleti in Hispania, eum admonui, rogans, licet non dubitarem, quin omnino quod mihi promiserit, Mtas eius esset observatura, conveniret tamen, ut hoc pro mutua coniunctione, cu vra Re:

gia, et Reginali M^tᵉ, litteris testaretur / et inculcaui, q̄ M^tas eius mihi fuisset pollicita, si Rex Catholicus Adoham praeterita a matre S.^mae dominae nunq̄ exegisset, se etiam illam nunq̄ exacturam. Respondit me non vanam concepisse fiduciam, se enim non solere immutare, quod semel apud se statuisset, de litteris vero super ea re deberem colloqui cum Pernoto, (qui est vnus de priuato suae M^tis consilio) eumq̄ de singulis bene instruere, habita deinde ab illo relatione se facturum omnia quae posset, sic me cum bona spe a se dimisit. Iste Pernottus, qui nunc vocatur D: de Granuela, successit in locum Lalemanti, qui adhuc in Madril, vbi agit Imperatrix, in iure suo detentus versatur, nec adhuc in omnibus, quae contra eum erant deposita, est conuictus, habet hic Confessorem Caesaris, qui summopere partes eius tuetur. Cum hoc Pernotto, singularis quaedam mihi in hac Curia familiaritas, et aulica oborta est amicitia, pollicitusq̄ est his diebus huic negotio, apud Caesarem intendere, ad id promouendum nihil a me omittetur, et spero q̄ breui cum fratre meo huius rei expeditionem mittam, quo tandem hinc semel re ex sententia confecta possem absolui, q̄ hucusq̄ parum in his tractauerim, non fuit alia causa, q̄ q̄ expectabam D. Leuicum, quem ex Placentia decima die Octobris praeteriti expediui, vt ex Bario cum omnium rerum certitudine quae adhuc apud Caesarem essent agendae, ad me reuerteretur, sed nondum rediit, neq̄ scio ad presens vbi agit. Scripserat mihi ex Roma superiori die, quomodo quidam Gontkowski ratione Cantoriae Plocen. ibidem eum turbaret, vnde obtinui l[itte]ras, pro eo, a R^mo domino Car^li Sanctorum 4. ne ab illo amplius impediretur. Male me habet mora illius, debuerat enim in vno Mense redire cum instructione, et pecuniis prouisionis meae, et iam prope tres Menses praeterierunt, et adhuc de eius reditu nihil mihi est cognitum / debet mihi centum quinquaginta Ducatos, quos hic ab amicis, cum non leui alia pecuniarum summa, ad fidem meam accepi, et illi dedi in mutuum, vnde

nunq intra me fuit turbacior, Mtas Reginalis voluit, vt mihi ex Bario, sicut prius prouideretur, per mediu Velserorū sed hic neq Velseri sunt, nec Fuccari, et hucusq veniens ex Hispania, nihil ex Bario percipere potui, et nisi in perpetuam aequitatem, et graciam Mtis v. S.mae sperarem adhuc, rebus omnibus meis amissis turpiter ex hac Curia, in qua ad honorem Mtis vrae S.mae honorifice vixi, et habitus sū hactenus abire cogerer, hinc quibus in turbinibus, ad presens animus meus iactetur, facilis est coniectura. profuit mihi plurimū ad vlteriorem hic mansionem, aduentus domini Cornelii Scepperi, qui superiori anno, apud Mtem v. S.mae fuit orator, huius omnem quam attulit pecunia absumpsi, et nisi dominus Leuicius breui redeat, aut de prouisione mea, me certiorem reddat, nescio quid sum facturus, nihilominus, vt cepi, pro honore Mtis vrae S.mae, me hic continebo, etiam si omnia extrema sint perferenda, donec frater meus, quem missurus sū, redierit, ne minima in re mandatū Mtis v. S.mae excessisse videar, quae mihi nouissime, vna cū Reginali Mte mandauit, ne a latere Cesaris discedam, donec me iterū reuocare dignabitur, quod quanto fiet citius, tanto mihi erit gracius. Nescio, quae me fata exagitant, alii diū seruiunt pro Oratoribus crescunt, et pro suis meritis multa merentur. Ego in istis sex annis, in salute mea, et facultatibus decresco indies magis, et absumpsi quicquid habui, sed vlterius me rapuit dolor, quam debuit. Mtas vra S.ma pro incomparabili sua prudentia dabit venia, et has meas difficultates recompensabit,

In isto rumore, et tumultu de obsidione Viennensi, a Turcis, ceperat hic Mtas v. S.ma, a plerisq male audire, q inducias seruaret cum Turcis pactas, et Regi Ferdinando non subueniret, ad quod impugnandū, cum apud Pontificem, tum etiam apud Caesarem, et plerosq alios, nihil omisi, non inconuenientibus rationibus, quibus cū silua mea Elegiaca, quā

de temporum nostrorum calamitatibus, ad Pont. et ad Caesarem scripsi plena est, suntque a plurimis admissae, superuacaneum hic repetere censui. Eam etiam siluam, cum quibusdam vaticiniis, et reuolutionibus, impressam, atque cum aliis hic rebus gestis, breui, vt scripsi frater meus feret.

Dixerat mihi etiam superiori die Balbus, quod non gratum esset Pontifici, neque Carli protectori Sanctorum 4 Mtis v. S.mae, tam raro huc afferi litteras, et quod in Consistorio tractatum fuisset, vt Mtas vra S.ma fieret Capitaneus generalis Christianitatis, contra Infideles / fuerunt etiam hic nomine Caesaris quaedam proposita in Consistorio, contra R.mum dominum Archiepiscopum Gnesnen. et de illius nepotibus, fui et ego quesitus, quid mihi constaret, sed quum iam fere sex sunt anni in futuro Marcio, quo a Mte vra S.ma, ex Cracouia abii, nihil testari potui, quae audiuimus loquimur, quae vidimus testamur.

Alia quae restant, copiosius intra paucos dies, per fratrem meum perscribam, Has in omnem euentum, Polonis hinc abeuntibus dedi, quos adhuc fortassis frater meus in itinere reperiet, quod si eum, prout etiam fieri potest, praecesserint, visus sum mihi, pro debito meo offitio fecisse, vt has exararem, quibus non parum inuideo, quod cum eis mihi ire non licet, quicquid erit adhuc in seruitio S.mae Mtis vrae, alacriter subibo, modo post hanc coronationem, cum gratia sua redire me iubeat, Cui me suppliciter, vt domino meo clementissimo commendo. Christus dominus noster Mtem v. S.mam, cum S.mis coniuge et liberis suis, quam diutissime incolumem, et felicissimam conseruet.

Datum Bononiae Mensis Decembris in fine anni M D XXIX.

Ioannes Dantiscus Orator.
Petro Tomicio Ep̃o Cracẽ.

Rme in Christo pater, et domine domine gro.mi. Humillimam commendationem. Scripsi ultima praeteriti Decembris, cum hoc nuntio qui istas fert D.ni v. Rmae, ea quae tunc se offerebant, quum vero adhuc scribendi oportunitas mihi relicta est, nolui committere, ut ea quae postea se obtulerunt D. v. Rmam laterent.

Superiori die D. Cornelius Scepperus D.ni v. Rmae licet ignotus deditiss.mus, ex mandato Caes. Mtis in Consistorio Cardinalium publice contra Rm D. Archiepm Gnesnen, et eius Nepotes, multos articulos pro destitutione eiusdem proposuit, fuitque ut certo intellexi libenter auditus, iniunctumque ei subinde, ut cum fiscali ut vocant, ea de re conveniret, atque colloqueretur, cras idem in Consistorio iterum debet proponere, quid in his fiet D.ni v. Rmae cum primis perscribam. Ego tamen coram Dno Cardinali Gattinario magno Caes. Mtis Cancellario, protestatus sum, quod ea in actione nihil fieret in praeiudicium Mtis Regiae, et Regni, sicque futurum spero. aliud hic non possum, quum sim sine mandato, et nihil mihi sit commissum.

Conquestus sum in prioribus de D. Lewicio, sed quum heri ab eo litteras acceperim, dat. Neapoli 5. huius, omnem ei remitto culpam, licet adhuc de provisione mea nihil expediverit, quod quantum me afficiat, quum iam amicis debeam prope 500 Ducatos. et paulo post hinc Romam versus simus ituri scribi nequit, dabitur tamen opera a me ope amicorum, quod sine detrimento Oratoriae dignitatis, Caesarem quemadmodum mihi

mandatum est sequi possem. Supplico nihilominus D.ni V. Rmae ut apud R. Mtem intercedat. Si ulterius hic immorari cogar, quo mihi ad eam dignitatem conseruandam, in his presertim Papae et Caesaris Aulis sumptus suppetat.

Hodie ad me misit Pont: ut cras hora xix, me ad Consistorium conferrem, ubi de bello contra Turcas, et generali expeditione erit tractandum, quam videntur iam serio assumere. quumque neque mandatum neque commissionem habeam, volui me excusare, sed responsum est mihi, quod ea de re ad me missum sit, ut venirem ad Consistorium, quod Pont: mihi decreuit iniungere, ut scriberem pro habendo mandato ad Mtem R, et interea id quod mihi videretur expedire ad eam expeditionem dicerem. Hoc mihi negare non licuit, dicturusque sum ea, quae accommoda videbuntur, relinquens tamen testatum, me non habere commissionem.

Congessimus hic pro ea expeditione cum domino Cornelio plera que sed vix mihi videntur meo seculo futura, utinam saltem in Hungaria, ne ulterius progrederentur Turcas detinere possemus. Deo omnia sunt possibilia. Si illius misericordia nos non tuebitur actum erit.

Mitto hic D.ni V. Rmae exemplum Bullae quam Pont: pro adiuuando S.mo Ferd: Rege emisit, congeretur magna pecunia. sed nescio in quos usus cessura, expugnatur adhuc Florentia, cuius 4 Oratores pacem petentes cras huc venturos dicunt. De Duce Ferrariae adhuc non est conclusum, Caesar partes eius tuetur, sicque ea non fient, quae Pont: postulat.

Fratrem meum Bernardum, adhuc non possum hinc expedire, mittam tamen eum, antequam discedemus, quod dicunt futurum intra decem dies. Caesar etiam instat multis rationibus, ut Concilium fiat, sed adhuc surdis fabula haec canitur. Ego etiam quosdam versiculos in Siluam congessi, quibus inducias nostras cum Turcis defendo, quae hic passim male audire ceperunt.

Eos D.ni vrae mitto, et vna meam humiliter commendo, rogoq3 non dedignetur me de omnibus, et de reditu meo, quem summopere cupio certiorem reddere cum primis. et quod ardentiss.me desidero, me gracia sua prosequi solita non desinat. Datum Bononiae X Januarii. Anno Dni M. D XXX.

Quid futurum sit de pace nuper facta, inter Pont: Ces: Venetos, et Ducem Franc: Sfortiam nescio. Ea quae inter Ces: et Regem Angliae pauloante fuit confecta, iam incipit expirare. Rex enim ille, repudiauit Coniugem suam amitam Cesaris, neq dicit se curare ea in re Pontificem, cum habeat duos primates et legatos natos in suo Regno, asserens eos tantum habere facultatis quantum Pontifex. vereor ne isti noui motus aliquid tale etiam, inter Cesarem et Regem Galliae, pro tempore solutionis, quod instat pro Marcio futuro efficiant. Sic transit orbis.

Quu
Ea
Si re
In
Naso
Ed
Hespe
Hes
Si quid
Hac
Extor
Cuc
Si de
Nio
Ni cont
Cu

Ioannis Dantisci oratoris Sereniss. Regis et Reginae Poloniae, ad Clementem vii Pontificem Maximum: et Carolum v. Imperatorem augustum: de nostrorum temporum calamitatibus, Sylua. Bononiae aedita ix Decembris M.D.XXIX.

Ad lectorem.

Quae noua delectent, noua Lector Sarmata vates
 Edidit in Latio, carmina nonne placent?
Si re non alia, placeant nouitate, quod ante
 In Latio vates Sarmata rarus erat
Naso Tomitanas quondam exul datus ad oras
 Edidicit Gethice Sarmaticeque loqui
Hesperice sic forte loqui, dum missus vtranque
 Hesperiam peragro, me didicisse puta.
Si quid inest igitur, tersumue minusue polituo
 Hac veniam iusta cum ratione dabis.
Extorsit faciles numeros miserabile tempus
 Quo tanto rerum turbine cuncta fluunt
Si de Castalio, non spirant fonte liquores
 Nec redolent Phoebum Pieridumque choros.
Ne contemne tamen, sed rem perpende legendo
 Quae sensum teneas, nihil ego verba moror.

. Sylua .

Grande Sophocleo quicunque poema cothurno
    Concipit, Heroum gesta superba canit.
Exornat claris sua carmina celsa triumphis:
    Hippocrenais tingit et illa vadis.
Tempora materiam falicem. læta ministrant
    Vatis et ingenio carbasa plena ferunt.
Hac mihi sed misera sub tempestate volenti
    Scribere, se tristes exhibuere modi
Seque mihi sparsis offert Elegia capillis,
    Et mæsto quæstus mittit ab ore graues.
Omnia plena metus, horroris et omnia plena
    His lachrimans numeris præcinit imparibus
His vos o Clemens, et Carole, lumina prima:
    Vos duo compello: sub quibus orbis agit:
Phas mihi sit venia cum vestra pauca profari:
    Tempora quæ pro te dicere nostra iubent.
Ipse licet taceam, non res afflicta tacebit:
    Qua Christi passim grex et ouile perit.
Crimina quandoquidem meruerunt nostra malorum
    Hanc Lernam nobis monstra tot vnde nocent.
Pestis, bella, fames, incendia, preda, rapinæ:
    Inficiunt nostro quicquid in orbe manet.
Pax, et amor, virtus, et honesti recta cupido:
    Cumque pudore fides turpiter acta iacent.
Relligio, pietas, timor, et reuerentia diuum:
    Inter mortales vix manet vlla magis
Succreuere dolus, liuor, priuata simultas,
    Fraus, odium, rabies, ira, libido, furor.
Seditio, vis, insidiæ, corruptio legum

Impietas, superum pene℥ nullus honor.
Hinc male quum regitur, plebs percita, frena remordet
Cœpit et in Reges non semel arma suos.
Non opus est cædes et prælia dira referre:
Testis adhuc Rhenus, testis Iberus erit.
Fastus, auaritia℥ lues insana℥ multos
Ambitio contra phas℥ pium℥ rapit
Ex his tot casus: et mille pericula rerum
Prouemiunt, hæc sunt ad mala multa Duces
Oppida magna sub his: et Regna perire videmus:
Rura℥ multa suis orba iacere satis.
Non tamen erigimur: nec adhuc grauiora timemus:
Quæ dabit offensi plaga futura Dei.
Hunc pauci metuunt, et amant, vix vnus et alter.
Qui nunc Europes sub regione sumus.
Hinc sunt tot sectæ, quas hæresis atra notauit.
Per quas Christicolis magna ruina venit.
Fit minor assiduæ fidei Respub[ca] nræ
Quod quo deberet lumine nemo videt.
Prætereo priscis quæ sunt amissa diebus.
Cum Christi clarum nomen vbi℥ fuit
Quandoquidem tunc in terram transierat omnem,
Quod nunc in nostro noscitur orbe parum.
Hic ego non vrbes Asiæ, nec perdita Regna
Commemoro, nostris nunc inimica sacris.
Nec Libyæ gentes, pietatis iura professas
Quas modo Mahometi possidet atra lues
Caucaseos populos, et caspia littora linquo
Quæ tenuit nostræ religionis amor
Aut quos Amurathes, quos aut Payzetus adegit,
Sanctam baptismi linquere fontis aquam.
Ad nostros venio, quos si reputabimus annos,

Emittent lachrimas saxea corda pias
Gracia sub patrw nostrorw tempore victa,
Turcaico seruit, subdita facta, iugo.
Quis posset paucis tot bella cruenta referre,
In quibus ex nostris millia multa iacent.
Vt mittam reliquos, quorw non parua caterua.
Sub signo fertur succubuisse crucis.
Quem non commoueat clades Varnensis? in illa
Ille mei Regis patruus occubuit.
Hinc Bizantina tot cedibus vrbe subacta,
Turcarum vis est semper adaucta magis
Auxit et hostilem discordia nostra furorem,
Ad nos a Siriis quem procul egit agris.
Cum Persis, et cum quæ bella fuerã Sabæis
Aut cum Niliacis, sat puto nota viris.
His, quw sciretur nos dissentire, relictis,
In nos armorum vis ea mota fuit.
Collectis igitur non paruis viribus hostes,
In ripis Histri continuere pedem.
Et prope Taururw, Belgradw quod modo dicunt.
Fixerunt certis plurima castra locis.
Sulphureo Tonitru manibus formata Cyclopw
Proiicit crebros ærea canna globos.
Oppugnabantur confractis mœnia muris:
Mansit et intactw quod potuere nihil
Arx in Pannonicis non est munitior oris:
Inter vasta duo flumina septa iacet.
Vnam Danubius partem, reliquam celer ambit
Sauus, vbi fluuio cum potiore coit.
Hæc contra Turcas inuicta manere solebat.
Abstulit his vno millia multa die.
Qua de re furor hostilis: tum fortiter acri

Cum studio ceptu continuauit opus.
Suppetias tandem fessis quu nemo ferebat,
Arx fuit hostili capta subinde manu.
Eloquar, an sileam, nobis stertentibus in qua
Nostra ceperunt ex ditione Rhodu.
Clara Rhodus fuerat seps: qua trux dente Lycaon
Non poterat Christi semper obesse gregi.
Hac modo perfracta: penetralia tentat ouilis,
Quod nisi sit qui defendat: et huius erit.
Nos intestinis nihilominus omnia bellis:
Miscuimus, nec adhuc exitus inde datur.
Hostibus hinc animus grandisq potentia creuit,
Climata qua mundi iam potiora tenent.
His neq contenti, quod adhuc superesse videtur
Dum in hac stamus seditione petunt.
Vtraq iam pridem, quu Mysia pareat illis,
Vicinisq volunt imperitare locis.
Ingens Sarmatiæ tentarunt subdere Regnu,
Afflictum totiis quod fuit ante satis.
Vasta iacent, quondam facunda Podolica rura
Quæ fuerant Siculis, fertiliora iugis.
Magnanimis hæc quu suberant integra Polonis,
Suppetias et opes hinc habuere suas.
Terra ferax Cereris, pecoris nutrix et equoru
Prapetiu genitrix belligerumq viru.
Nunc deserta perit, paucis habitata colonis,
Hostibus et cunctis peruia facta patet.
Huc ab Hiperboreis gens barbara confluit oris:
Et qua Riphæa sub niue dura riget.
Huc simul Euxini proficiscitur accola ponti:
Cum trucibus Bessis: gens truculenta Getæ.
Tartaricis dedit his populis puto nomina Pluto.

Per quos iam teritur Sarmatis ora diu
Dalmata, Thrax, Macedo, Lacedemon, Phrix et Achiuus
Qui Turcæ nostro tempore nomen habent.
Huc etiam quū sint vicini, sæpius intrant:
Et desolarunt quicquid vbiq; fuit.
Hinc nuper finis bis vastauere Polonos:
Annus quū nondū rite peractus erat.
Oppida cum pagis crudeliter igne cremarunt,
Mactantes cunctos qui renuere capi.
Post captiuorū densas duxere cateruas:
Quorum Myriades tres numerasse ferunt:
His mierant pueri, iuuenes, teneræq; puellæ,
Matronæ tremulæ, decrepitiq; senes.
Res miseranda quidem, succurrere nemo valebat:
In subditis fieri casibus ista solent.
Vt cursu venere cito, rediere statimq;
Dispersus cogi miles ad arma nequit.
Hoc ita victores vno facti bis in anno
Sic ad Threicias bis rediere domos.
Et sibi, quos dicunt hoc nostro tempore Moscos:
Fœdere iunxerunt, terribilesq; Scythas.
Qui gelidum Tanaim, vastiq; Borysthenis vndas:
Quiq; vel ex rapido Phasidis amne bibunt.
Quicquid et est hominū, quibus indunt tartara nomen
In nos cœperunt hostica signa sequi.
Quod Rex Sarmatiæ, quo nec pietate, nec armis
Clarior expendens, arma parare iubet.
Sed quū se vidit tot cingier hostibus impar:
Noluit ancipitem Martis inire viam.
Subsidiū prius, at nec quicquā sæpe petiuit:
Hinc ter in Hesperia posteriore fui
Quū tamen his bellis, nunc Gallus, nunc et Iberus

Ferueret, et Latiæ diriperentur opes.
Nec foret auxilii spes ulla, sed acrius inter
Christicolas rabies cresceret illa magis
Ne temere bellum gereret, tot solus in hostes:
Et seram victus quereret exul opem.
Tractauit potius certam pro tempore pacem,
Quam sub præscripta conditione tenet,
Huic paci voluit Rex prudens iungere Regem,
Qui tenera texit tunc duo sceptra manu.
Huncque suum monuit totius ex fratre nepotem:
Posceret ut tanto pacis ab hoste modum.
Consilio tamen Humnorum parere superbo
Maluit, hoc fretus ductus ad arma fuit
Hoc infælicem conflictum fretus inivit:
Inque iuuentutis flore cadens periit.
Sic fuit † quæ non vitantur ab ullo: † in fatis.
Præteriit nemo quem statuere diem.
Quam miseranda fuit tum cædes Rege perempto,
Cum sit nota, vetat commemorare dolor.
Tot proceres: sacrique patres: quos infula texit,
Pugnantes diræ succubuere neci
Tunc nihil invictos crudelis victor omisit
Quod suasit rabies, impetus, ira, furor.
Grassatum fuerat per rura, per oppida passim
Incensaque domus pauperis agricolæ.
Buda caput Regni direpta, cremataque tota:
Parsum structuris, sed tamen arcis erat.
At prius euersum Varadinum nobile castrum
Cum reliquis, quæ non enumerare vacat.
Transeo quæ fuerat per Turcas edita strages
In plebem vel quot diruta templa iacent
Millia quotue hominum fuerant abducta per Histrum

Tendentes vinctas mente sub astra manus
Collachrimare libet, plorantem cernere turbam
Me reor vt durum fertur in exiliu.
Perculerant tamen ista parum nos ore professos
Christum, quem raro pectora nra colunt.
Inde sed irrepsit regnandi dira cupido,
Pannonia motus dans in vtraq nouos.
Qui nuper totum traxere in prelia mundu:
Quorum tam subito non puto finis erit.
O miseram nostro male[?]ssic vivitur aeuo
Pannoniam, cunctis quae data preda genis
Hoc quod atrox hostis fecit, facit hoc et amicus,
Ex omni misere sic modo parte ruis.
Quos tu fecisti te diripit impia Regu
Ambitio quoru saeua per arma peris.
Tertius accessit, qui prelia tanta diremit,
Et trux hostibus his hostis vtrisq nocet.
Obsedit pulchram: multa cum gente, Vienna,
Austriacos late depopulatus agros.
Ante sed a victis, vi sceptrum ceperat Hunnis:
Quos nunc omnimoda sub ditione premit.
Aequauit solo Budam: deiecit et arcem.
Liquerat intactam quam pietate prius.
Occidit tamen hic omnes quos vincere nouit.
Dicitur in multis hocq patrasse locis.
Non aetas pueris, sexus, nec forma puellis
Profuit, hostili quin caderent gladio.
Sacra, sacerdotes, aedes diuumq figura:
Quicquid ibi nostrae relligionis erat
Interiere simul Regno cum Rege subacto
Quem victor dederat: vnde tributa capit.
Ad presens hyberna sua cum gente petiuit

Non procul a nobis tempore veris erit.
Praesidiis abiit siquidem per castra relictis:
Quo cum maiori vi remeare queat.
Haec reputa laceri Clemens bone pastor ouilis,
Qui nunc cum magno Caesare iunctus ades.
Haec perpende precor: demittas cor et in altum:
Nam res offitio conuenit ista tuo.
Ex animis Regum contracti tolle vicissim
Si quid adhuc odii quod reor intus habent.
Corruptasque nouo repara munimine caulas,
Et duc pallantes ad sata leta greges.
Non lupus est tanti: modo sit gregis vna voluntas,
Incidet in casses bestia crassa tuos.
Non desunt vires, animus nec ad ista profecto
Pontifici tanto dignus abesse potest.
Sit licet attritum Latium, per bella, luesque:
Succreuit pubes Itala multa tamen.
Haec cum magnanimis belli ductoribus ibit,
Quos tibi si queres Ausonis ora dabit.
Euganeosque patres, terraque marique potentes,
Pace prius facta, sub tua signa trahes.
Magna dabit saeui Germania robora Martis
Qua generat pronos semper ad arma viros.
Hoc etiam faciet florens Hispania claris
Militibus, quos haec bellica mater alit.
Et cataphractorum tibi mittit Gallia turmas,
Irarum fertur iam posuisse minas.
Arcubus extensis, opulenta Britannia, multos
Sponte viros ad tam nobile mittet opus
Proceris Phrisii, iungent sua castra Bathauis,
Belgarum ducet quos galeata cohors.
Scotus et arma feret: cum Cymbro Danus, et hii qui

Ad mare concretum iugera rara colunt
Hunnus et oppressus duce te sua tela resumet
Iugaque sui Regis iura redire volet.
Accurrent fortes infracto corde Bohemi
Et prope quae gentes regna propinqua tenent.
Non deerit, bellax tibi Sarmata, trux et Alanus,
In levibus pugnans nec Lituanus equis.
Hii iam cum Moscis toties, Dacisque Scythisque
Cum Turcis etiam conseruere manus,
Isti nunc Regis Sigismundi iussa sequuntur
Quo nullum, qui te plus veneretur, habes.
Nil aliud petit hic, nihil est quod crebrius optet,
Inter oves quam quod mens foret vna tuas.
Quodque sub vnanimi consensu pectora Regum
In crucis osores conciliata forent.
Hoc si perficies, nil pax remorabitur illa
Turcica: rescindi, sit pia causa, potest.
In longum non est tempus confecta, priusque
Ibimus in Turcas, desinet illa prior.
Fac modo Christicolae concordes arma capessant:
In Bizantinis bella gerantur agris.
Gentibus instructi sint terra, per freta classe,
Victum cum neruo sufficiente ferant.
Bosphorus in primis capiatur Tracius, et sic
Hostibus occlusis impediatur iter.
Hoc non vnius bellum praesumitur anni,
Si debet iusta sedulitate geri.
Quod postquam fiet, Rex Sarmata pacta remittet
Sponteque cum reliquis Regibus hostis erit.
Interea sed quum nihil in communi moueri
Sentit, vult pacis commoditate frui.
Nec se cum Regnis: quum nemo iuuare procurat,

Perdere, solus enim ferre tot arma nequit.
Jam licet a Turcis sit tutus, gens tamen illi
Taurica cum sociis: nescia pacis: obest.
Hac venit a tumidis toties Maeothidis undis:
Et magno numero plurima damna facit
Et quamuis aliquando fera cum gente pacisci
Cogitur, obseruat non tamen illa fidem.
Hinc conductitio fines custode tuetur:
Et turmas Equitu semper in aere fouet.
Sic infestatur crebris incursibus: unde
Tempora secura pauca quietis habet.
Nullius auxiliu tamen unq sensit: et hostes
Numinis innumeros saepe cecidit ope.
Regibus hinc praestat multis prudentia et annis
Usu quam longo tempora ferre solent.
Indeq praeteritam praeuiderat ante ruinam:
Et nisi succurras: iam grauiora videt.
Quare per Christi tibi viscera supplicat, orbi
Ut modo languenti pharmaca tuta pares.
Nec mora te tardet: iam limina possidet hostis:
Si non obsistes in penetrale ruet.
Diuersas igitur mentes, odiisq vicissim
Flagrantes, certo pacis amore foue.
Et reminiscaris, q pacis amator et auctor
Te Deus in terras, hac ratione dedit.
Si quid restat adhuc irarū: bella q ista:
Tempora vel quod idem prisca dedere tibi:
Si quid Gallus adhuc contra praetendit Iberū:
Si quid in hos lesus forte Britannus habet.
Si quid inest aliis veterisue nomine furoris:
Quo iacuit res heu publica pressa diu.
Tū pater in natos, Clemensq piusq resolue:

Et sic concordes duc ad ouile tuum.
Cæsar adest præsto: propere quo iusseris ibit,
Ante tuos et ob id procidit ille pedes.
Hesperiamq; suam linquens traiecit ad istam:
Vt veniens faceret quæ tibi grata forent.
Hoc etiam reliqui facient ex ordine Reges:
Tu modo ne dubita: promere signa iube.
Cæsaris imperii sacra tempora cinge corona:
Quod si fit, refert hic vel in vrbe parum.
Tu tecum Romam, non te fert illa quod aiunt:
Esseq; dicitur hæc, hic vbi Papa manet.
Acrior hinc fiet: Diademate fretus, in hostes,
Quo debetur ei, Turca quod omne tenet:
Conatus adeo sanctos successibus auge:
Vt ceptum feruens aggrediatur opus.
Quod si perueniet Germanas sospes ad oras.
Nullus ibi, qui non sponte sequatur erit
Hostis ad Euphratis fugiet procul hostia magni.
Cum Græcis rursum Thrax sacra nra colet
Si tecum retro Tyberis transibit ad vndas
Hinc et ad Hispanos per mare carpet iter.
Hostis ad Eridanum furiosa mente feretur,
Et sua firmabit forsan in vrbe sacra.
Hæc prohibere potes, dum tempus et integra res est.
Vix vnq; posthac copia talis erit.
Hoc etiam quum iam cognoscas inclite Cæsar
Vt bene perpendas te tua iura mouent
Incultis igitur numeris, immixa seorsum
Ad te contendit flens Elegia loqui
Da veniam, durum est feruente dolore tacere,
Afflicto cordi quem bona causa facit.
Vera loquar, ter namq; tua versatus in aula,

Nunc hic Sarmatico missus ab orbe, vagor
Per mare, per terras, a Gadibus actus ad Eurũ,
Te comitatus ad hoc sum procul usq; solum.
Hic, ubi sublimi populosa Bononia turri,
Iuncta suo Reno, tollit ad astra caput.
Venimus huc, et iam bis cursum luna peregit.
In Turcas sed adhuc nulla statuta liquent.
Et quamuis iusto premitur Florentia bello:
Non minus in Turcas res ea digna foret.
Austriacis nuper dum grassarentur in oris
Multa ferebantur; quæ modo muta, silent.
Ex re quod subito natus calor iste refrixit:
Effectus causa deficiente docet.
Non tamen ergo puta cæsos: vel forte fugatos:
Dicuntur subito quod retulisse pedem.
Et quod quassata propere liquere Vienna
Innumeros quæ tot pertulit icta globos.
O utinam non sit quod opinor, Vere redibunt
Hic reditus magni causa timoris erit.
Aspera quam primum sua frigora Bruma remittet
Cuiusq; suũ queret, Daulias ales Itim
Mox ex hibernis, quo concessere reuersi:
Relliquias alia commoditate petent
Iam didicere prius quod forsan defuit illis:
Concita quid nostri militis arma valent.
Et quibus illa modis tractent: illisq; fruuntur:
Ordine quo pedites in statione manent
Impete quoq; solent extra procurrere vallũ.
Et qua defendunt mœnia fracta, manu.
Quid veles possit, quid eques grauis arma ferendo,
Quoue struant acies, insidiasue modo.
Hæc quũ iam noscant, ex omni parte cauebunt.

Aptius ad pugnam seq parare scient.
Nascitur ex usu rerum prudentia maior
Non pallet visis nauta probatus aquis.
Non metuit vulpes, quae vidit saepe Leonem:
Ad notosq canes non timet ire lupus.
Praesertim quos affecit formidine quondam
In tales versus plus feritatis habet.
Quam tuus impiger miles deiecerit hostem.
Libera iam tandem facta Vienna probat.
Intrepidi quicunq viri, pro moenibus illis
Stabant, sunt omni laudis honore pares.
Non tamen hostilis vis inde repressa tepescit.
Sed vereor, ne sit forsitan aucta magis.
Abduxere tuos populos a finibus Aeui,
Qua magis Alpinas respicit ille nives.
His coniunxerunt habitantes undiq pagos
Austriacos, quos mox igne cremasse ferunt
Hunniacas et opes multa cum gente tulerunt
Pro qua vis auri plurima cedet eis
Sic dites spoliis redierunt nuper opimis:
Thraciis hinc in nos saevior Isthmus erit.
Si pro vere novo: quod opinor, forte redibunt.
Maior erit numerus quam fuit iste prior.
Adveniunt magna praedae dulcedine capti:
Ex Asiae vastis: ex Libyaq iugis.
Iam sibi promittunt Europae totius orbem,
Quem nisi defendas, quod petiere ferent.
Interea quo ceperunt Taururica castra
Et quo Thebeam corripuere Rhodum.
Non poteras aliis bellis intentus adesse,
Cum te vicinus traxit ad arma furor.
Is pacem tandem sopitus fecit et hostes

Fœdus amicitiæ iussit inire tuæ.
Hæc pax te Latias properantem duxit ad vrbes
Ad quam iam pridem mens tibi prona fuit
Vtq; tuos faceres inimicos rursus amicos
Nil non tentasti quod rationis erat.
Hoc quum successit, nec te vicina morentur
Bella magis: quæ sunt iam potiora vide
Turcarum rabies quo tandem prospice tendat
Quæ sic quottidie crescit, et aucta viget
Quam sit in angustis hic nunc perpendito rebus
Quem ~~nunc~~ tibi Germanum fecit vterq; parens
Huic nisi succurras: per te neglecta peribit
Austria qua Generis creuit origo tui.
Latius hocq; malum serpet, vix Rhenus idipsum
Sistet, vel rapidis Albula priscus aquis.
Hæc, ne proueniant, o Cæsar cum patre sancto:
Prouideas, spectant vos mala nea duos
Componas laceras modo temporis huius habenas:
Contineasq; tua lora remissa manu.
Suscipe quod Diadema tibi debetur: et vrbem
Ne cures, Vrbs est Felsina clara satis.
Rex quum Romanus non visa diceris esse.
Roma, cur non sic Cæsar et esse potes?
Te modo fac propere Germanas confer ad oras
Hostibus vt possis arma mouere crucis.
Nam tua res agitur, domus ardet propria, quam si
Liqueris ardentem, quid nisi puluis erit.
Tolle moras igitur, nec enim sine numine Diuum
In Latium ductus: tempus ad istud ades.
Te Deus æternus, teneris protexit ab annis:
Inq; tuos hostes præuia signa tulit.
Et pro te pugnans, te fecit in orbe Monarcham

Imperiiq dedit sceptra chorusca tibi.
Quod preter reliquas virtutes, quas geris ingens
Promeruit sanctæ relligionis amor.
Victrices Aquilas Christo duce profer in hostes
Ille tuis ceptis, vela secunda, dabit.
Non deerit Clemens qui te quo cæpit amore
Prosequitur patrio: cuius id acta docent.
Clarius hoc etiam doctura iuuabit euntem:
Aere sacro, fusa perq sacella prece,
Accedent alii Reges tibi sanguine iuncti
Et iunctos quos ex fœdere nuper habes.
Fœdera sed toties infecta: refectaq rursum
Me terrent, nec enim suspitione carent.
In miserum sumus impacti quod viuimus æuu,
In quo rara Auis est inuiolata fides.
Tu tamen in superos, qui spem non ponis inanem:
Vtere propositi dexteritate tui.
Scis quibus ante modis desertis sit tibi pactis
Impositum: simili cautus ab arte caue.
Sunt consultores tibi, per quos omnia tractas:
Magna præstantes integritate viri.
Horum consilio, si quis latet anguis in herba:
Retia vel fuerint, si tibi structa, scies.
Quicquid id est: superi quu te cepere regendu
Insidiis poterit nemo nocere tibi
His Ducibus: contra te nulla valebit aperta
Hostilis feritas, sed tibi terga dabit.
Non te detineat q Iberia tam procul absit:
Quodq tuu reditum vota per ampla petat.
Te poterit leuius nunc q prius illa carere:
Quu natos habeat pignora chara duos.
Hos Deus ergo tibi viridi concessit in æuo:

Vt per te rabidi frangeret ora Lupi.
Te nostris lachrimis tandem permotus, adegit
Traiicere indomiti per vada salsa freti.
Haec tibi de summo mens indita venit olympo:
Vnde nihil frustra pectora nra subit.
Hinc ita firmatus recutitos ibis in hostes,
In multis statues clara trophaea locis
I decus, i nostri spes orbis maxime Caesar
Quo tempus, quo res, et pia fata vocant.
Per te vult orbi Deus altam reddere pacem:
Quae iacuit per tot bella sepulta diu
Per te vult animos fessos firmare suorum
Funditus vt pereat gens inimica Crucis
Tu propere, quod cepisti iam pectore toto
Perfice, protectus numinis ibis ope,
Maiores agnosce tuos, clarosq triumphos
Quos atavi quondam promeruere tui.
Experiare tuam fausto sub sidere sortem:
Quae te victorem saepe probata facit
Et faciet, ceptis ne desis ipse secundis,
Sub Iovis Alitibus, castra tremenda moue.
Te falix fortuna comes: virtusq sequentur:
Orbis et imperium, sub tua iura dabunt.
Non monitoris eges, nec opus currentibus esse
Fertur equis stimulo, tu tibi calcar eris.
Ibis ad hostiles, Thracum per iugera, terras,
Et Siriae capies Regna vetusta sacrae.
Vnde triumphali te tunc Elegia curru
Aspiciens, sparsas colliget arte comas
Et pede coniuncto Sophoclaeum nacta cothurnum:
Grandiloquis referet tot tua gesta modis.
Hos modo praecipites numeros ne sperne, quod atrum

Squallorem vultus temporis huius habent.
Sarmata vel Latios, q perstrepit inter olores:
Sub gelido natus, qua riget vrsa polo.
Hic vbi Sarmaticu vagus Istula, fertur in aequor
Et tuta portum cum statione beat.
Nostrarum facies rerum miseranda coegit:
Ex tristi faciles pectore versiculos.
Vtq fluunt subito feruore, feruntur ab ore
In calamu, neruo vix retinente pedes.
Non sunt in nonu, fieri quod debuit annu
Pressi, nec cura cum grauiore dati
Hoc fit victuris numeris, quos anxia, multo
Cum studio, vatum sollicitudo premit.
Hii nostri modo conflati, cito claustra relinquunt,
Et leuibus pennis in sua fata volant.
Tempora noscantur gestis cum rebus in illis:
Et moueat animos. tot mala nra pios
Et q per Turcas Regi cecidere Polono
Hunnorum Reges, patruus atq nepos.
Quodq per incursus ex omni parte coactus
Cum Turcis foedus pacis inire fuit
Hoc mihi si dederint properantes dicere Musae:
Non est cur illas plus superesse velim.
Summa Medusaei non ambio culmina montis,
Vngula quae tetigit Bellorophontis equi.
Aonios Latices, quibus est sitis alta requirant.
Me leuis in valles quae fluit vnda iuuat.
finis.

Oratio Romuli Amasei in congressu Clementis Pape Septimi: et Caroli Quinti Imperatoris Chriani: Bononie habita Kls Januarii. 1530.

Pacem augustam, et sanctam pacem, è Dei summi ciuitate, electoqꝫ eius populo cæco opinionis errore iampridem eiectam, ac per tot ante annos Christianis omnibus optatam semper, vix vnq̃ speratã, à mente spirituqꝫ diuino à cælo hodierno die demissam gratu: labundi excipimus et veneramur. Effectum tandem est tua Ponti. Max. pietate et sapientia; tua Cæsar clementia et æquita: te, Regum, Principum, ac Rerumpublicarum facilitate atqꝫ humanitate, vt à maximis miserijs et calamitatibus vniuersæ Christianæ Reip. liceat respirare. ac si pace quouis tempore nichil melius, aut opta: bilius ducimus: quàm iucunda et illustris ea nobis pax esse debet, in qua sola fuit post innumerabilia ætatis nostræ mala, atqꝫ ingen: tium bellorum turbulentissimas tempestates: salutis ac tranquillitatis spes reponenda: Quæ quoniam pax nonnisi afflictis ac prope perdi: tis rebus à Deo Opt. Max. potuit impetrari: re quidem vera indi: candum est illum ipsum rerum omnium opificem, et conditorem Deũ populi sui licentiam grauissimis animaduersionibus coërcere voluisse: eiusdem vero in minime dubiam perniciem labentis, misericorditer ad salutaria consilia mentem conuertisse: vt cum quæ ipsius esset in puniendo seueritas, in miserando facilitas, maxime perspicuis euentorum indicijs cognitum et perspectum haberemus, à prauis cogitationibus omniqꝫ fraudum genere ad rectas honestasqꝫ ratio: nes animum reuocantes, et ipsum verum atqꝫ vnicum Deum san: ctius ac purius coleremus: ac tum demum maximis periculis liberati perpetua in posterum pace atqꝫ ocio frueremur. Merito itaqꝫ hunc tu pater Beatissime diem sanctissimum. hunc atqꝫ opta: tissimum diem, qui et finem aduersarum, et secundarum rerum

nobis inicium attulißet, Apparatissima supplicatione decoratum, summorum Sacerdotum, Principum, ac Legatorum frequentia celebratum: te vero vna cum Cæsare diuinis cærimoniis pre: sidente hijmnis, cantibus, precationibus, nobilitatum, illustratum sanctitum voluisti: idemq; michi imperasti, vt qua accommodatißima possim oratione hodiernum supremi Dei beneficium, ac mirificam clementiam predicarem. Quod sane munus, non quòd aut ingenio, aut vlla dicendi copia ac vi confiderem: Sed eam vnam ob cau: sam à me susceptum, quòd quæ tu michi pater Sanctißime impe: rasses, recusare nefas atq; impium esse ducerem, iam patris Sum: mi, filii, atq; almi spiritus auspiciis fretus, aggrediar: ac pri: mum quidem dum pro tempore breuius, pro facultatis in dicendo meę tenuitate, summissius, quam et rei tantæ dignitas ac magnitudo, et huius consessus amplitudo, ac celebritas postulat. De pace ac de hodierna maxime pace verba facio. Te pontifex Maxime, te impera: tor augustißime oro atq; obtestor, Vt actionis meę cursum, Diuinitatis ac Maiestatis vrę aura prosequamini. Vos etiam obsecro patres amplißimi, Principes ornatißimi, Legati viri Spectatißimi, vt me attente ac benigne auscultetis. De pace attentius cogitanti, cum tam ingens ac multiplex se michi ma: teries offerat: vt non tam copiam, quam in dicendo modum quæren: dum intelligam, Ipsa michi quam facilime ratio persuadet: Quęcunque in rerum natura constant bona pulchraq; omnia, pacis ipsius vi ac potestate contineri, atq; hanc ab initio è diuina mente ac sapientia extitisse: Quæ vniuersi compagem, quem mundum dicimus stabili partium societate mutuoq; nisu tueretur. Et enim si rerum inter se diuersarum consensio ipsam vniuersita: tem: idest immutabilem ac sempiternam efficientium causarum et effectorum omnium ordinem conseruat: aut eam ipsam consensionem, aliud esse, quam pacem statuendum est, aut si ea pax est cunctarum certe rerum conseruatio, vni huic acce: pta pulcherimè atq; optime diuinorum operum custodi fuerit

refferenda. Nichil profecto quicquam possumus fingere animis
cogitationeve, aut oculis, pulchrius ac utilius comprehendere, quam
cælestium sit terrestriumque ac humanarum rerum æquabilitas
ordo et constantia, atque hanc tantam, tam admirabilem, ac pro:
pe infinitam pulchritudinem et utilitatem, quæ res alia potuit
efficere: quam consensionis et efficatię vis quam pacem appella:
mus? Divina providentia ac divino spiritu mundi (ut ita di:
xerim). corpori eiusque singulis membris infusa et admista?
Quod sane nemo dubitarit, nisi qui aut illud supremum igneis
orbibus distinctum et ornatum Dei summi beneficium: aut
harum quas animantes incolunt sedium molem: aut postremo
animorum, aut animantis naturæ vigorem sensu, motu neque oculis, cernere neque mente possit, aut intelligentia con:
sequi. Quid enim in his non ordinem locumque suum obtinet?
non certos ratosque motus ciet æternę pacis inviolabili lege?
Intueamur summum illum et amplissimum cæli ambitum, atque
inhęrentia ei sydera, motumque eius omnem ac perpetuam conver:
sionem. Intueamur illos quæ errantes dicuntur stellarum ac
Lunæ solisque orbibus suis ac temporum momentis descriptos
cursus: atque illinc ad concreta atque e diversa ac dissimili materia
constantia corpora, quæ elementa dicimus, mentem atque oculos
referamus, et eorum quæ sit coniunctio et quasi compactio
contemplemur: intelligemus profecto, quod hæc omnia pro rata
sua parte ac portione contineter suis funguntur muneribus,
ac mutuo sibi complexu, ac temperatione vicissim sibi deserviut
et obtemperant, rerum omnium primordia, lucis ac tenebrarum,
æstus frigoris vicissitudines existere animantes spiritum duce:
re, cuncta foveri, coalescere, augeri, et partes singulas, ac to:
tius perpetuitatem propagari, atque hęc divinæ illius pacis, cuius
michi hodierno die toties nomen usurpandum, vi effecta sunt.
Per hanc enim firmo arctoque nexu, quam sapiens poëta auream
cathenam nuncupavit, cum imis media, cum iis summa vinciun:
tur et copulantur. Per hanc diversæ ac natura etiam dissidentes

formae, ab longinquo extremoq; ambitu, paribus et aequalibus
interuallis, ad medium et intimum quasi punctum, ad ipsius
scilicet aeterni Dei maiestatem ac potentiam referuntur ac
reuocantur, atq; ab hoc veluti fonte, omnis, quam vel sensu
percipimus, vel animo ac ratione lustramus, vtilitas et pulchri:
tudo deriuarit. Quodsi Dei permissu, eae quas ante nominaui:
mus, facto impetu se inuadant, ac locis ordinibusq; suis alteram
altera deturbare contendant, ac mutuum etiam sibi auxilium
ferre recusent, quae vis iam obsistere aut prohibere possit, quin
statim vniuersam hanc mundi machinam, humoribus diluuij, ar:
doribus, conflagratione, tenebris, obduci, dissipari, postremo atq;
interire videamus? Age vero, quae aut propria hominis sunt
bona, aut ei adiuncta ac familiaria consideremus: quis est tam
sensus cōis expers, quin ea intelligat ipsa in primis pace niti
ac sustentari? Praeclara sunt atq; admirabilia, quae in hu:
manis animis insunt bona, quae cum partim ad cognitionem, par:
tim vero ad actionem referantur: his certe quae cognoscendi sunt
partes, bene inter se conuenientibus, purissimum emicat atq;
efficatissimum intelligentiae lumen. At si qua vi aut offensione
confundantur aut perturbentur, obtundi necesse est humanae
mentis acumen, iudicium labefactari, subuerti memoriam et
cominui. Iam vero in vitae actionibus si fuerint animi nostri
motus rationi consentanei, quantus in dictis factisue omnibus,
virtutis et cum virtute coniuncti officii decor et pulchritudo
eminet atq; elucescit? Quod si ij per dissidium et discordiam,
à recti, rationis scilicet ipsius officio discesserint, quid cogitari
dici ue, aut geri potest, nisi vecorditer ac turbulenter? Maxime
expetitur, atq; etiam necessaria ad corporis animiq; munera
obeunda bona valetudo dicitur: atq; ea, quatuor, quibus
in primis vitalis ipsa vis alitur ac fouetur, humorum consensu
et amicitia conseruatur: per eorundem vero pugnam et quasi
tumultum, varijs ac plerumq; perniciosis morborum generibus

affligitur et euertitur. Quid dicam de fortunis, quae non tantum in bonis ducuntur, sed ex communi etiam usu loquendi sola sibi bonorum nomen vindicant? Illae quidem saluo iure ac iustitia, quae sunt humanae societatis vincula, idest vigente hominum pace et concordia, saluae unicuique et incolumes esse possunt. Quodsi plus sibi homines appetant, quàm humanae coniunctionis ius, cuius omnis ex pace est orta ratio patiatur, id unum certe in causa est, ut sepissime illinc aliena inuadendi cupiditate incitatis, hinc iusta in suis retinendis ira inflammatis dissidentium partium animis, agi ac rapi omnia, urbes et agros vastari, sacra et profana violari, suas cuiusque opes, imperium, honestatem, caput etiam ipsum in periculum et discrimen vocari videamus. Quod si minus ex his quas presertim tam breuiter collegimus rationibus, summa ac plane diuina pacis utilitas ac dignitas deprehenderetur: non eam credo nobis sapientissimorum sententiae comprobarent. Atqui è Graecis quendam clarum sapientiae laude hominem carminibus vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent, quaeque mouerentur, amicitia contrahi, discordia dissipari. Exime, alius inquit, ex rerum natura consensionem et beneuolentiam, nec domus ulla, nec urbs stare poterit, nec agri quidem cultus permanebit. E Poetarum vero numero sunt qui pacem bonorum custodem, hominum altricem, qui iusticiae sororem, qui almam, qui rerum omnium iucundissimam appellant, Sed horum fortassis testimonia minus ponderis habere videantur, quod iis vixere temporibus, quibus nondum verae sapientiae hominibus lumen affulserat. Sed quid sanctissimi ac religiosissimi viri, pietatis nostrae locupletissimi authores? an non hi dignissimi sunt, quorum omnis diuinitus emissa in hominum aures vox, pro oraculis habeatur? Atque ex his quidem, ne omnes nominem, Paulus religionis nostrae firmissimum columen, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, Gregorius, quos honoris, ac venerationis causa nomino, uno consensu, atque una et eadem voce, quoties Pacem summe salutare, atque ex omnibus

maxime expetendum bonum esse predicant? et ad inprimis amplexandam adhortantur? Pacem inquiunt sequimini, sine qua nemo Deum videbit. Pacem qui accepit teneat: qui perdidit repetat: qui amisit exquirat. Abdicatos et exheredes Dei filios, qui pacem aspernantur appellant. Iidem venturam ad eum nunq̄ Dei hæreditatem qui non obseruet pacis testamentum exclamant ac minitantur. Quam sæpe odia ac inimicitias detestantur? q̄ multa de reditu in gratiam præcipiunt? q̄ pie? q̄ grauiter? q̄ etiam eleganter, immensa, quæ per pacem hominibus bona Deus impertitur, commemorant? sed quid horum quilibet de Pace senserit, ac scriptum reliquerit, iccirco prætereo, ꝙ diuinarum omnium atq; humanarum authoritatum ille nobis instar esse debet, qui non veridicus aut sapiens, sed ipsa veritas et sapientia Christus, et is quidem cum sua, iustis, innocentibus, et integris hominibus prēmia polliceretur, quod prēmium omnium maximum esset, iis attribuit quorum ad pacem voluntas et consilia spectarent. Non enim beatos tantum eos fore pollicitus est: sed filii inquit hii dei vocabuntur. Idem vero q̄ grauibus? q̄ etiam expressis verbis est discordiam execratus? Omne inquit Regnum dissidens desolabitur. Et omnis ciuitas vel domus dissidens non stabit. Quid autem frequentius iis quos diligeret, cum inter homines versaretur, quosq; gratia numinisq; sui præsentia dignos duceret, quam pacem est ominatus? Pacis cum congrederetur: Pacis cum discederet nomen vsurpabat. Pacem iussit familiares ac discipulos suos, in quamcumq; domum intrassent comprecari: ꝙ scilicet vbi pax esset, ibi se esse: vbi ipse esset, læta sciebat esse ac secunda omnia. Iam vero a patre in celsam illam atq; æternam cæli sedem euocatus, iisdem discipulis quos patrimonii quasi sui hæredes esse voluit, pacem suam tradidit, Pacem suam reliquit. O admirabilem hæreditatem: O vera æterni patris bona: Non Regna, ille omnium Regnorum dominus: non opes. non aurum, non pruden:

tiam demiq; aut temperantiam, aut cætera quæ in bonis homines
ducunt: sed Pacem, qua vna omnes mundi partes, omnia Regna,
omnes opes: omnia corporis animiq; bona continerentur, pacem
dedit, pacem reliquit. Sed cum de pace in vniversum satis in præ:
sentia multa dicta sunt, de hodierna iam pace dicendum est.
Nullam ego vnq̃ inter Christianos Principes Pacem factam esse
arbitror, quæ amplitudine, dignitate, diuturnitatis spe, atq; op:
portunitate, possit cum hodierna pace comparari. Respiciamus
quoad longissime humana mens potest, præteriti temporis spaciũ,
pueritiæ memoriam vltimæ recordemur: omnia fœdera, omnes
imperiosarum gentium, pontentissimorum Principum consensiones
et conspirationes, ex omnibus antiquitatis monimentis colligamus:
nunq̃ profecto inueniemus, tanto consensu atq; alacritate, tam
multas in vnum reipublicæ partes, ac tam breui tempore conue:
nisse: atq; in commune prope non sententias tantum ac voluntates,
sed opes etiam, copias, et facultates suas contulisse. Atq; huius
quidem Pacis amplitudinem facilè is perspiciet, qui tacita fuerit
persecutus cogitatione, quos Principes aut per se, aut per Lega:
tos suos spectatissimos et grauissimos viros, in huius Pacis sanctis:
simas leges iurarint, ac societatem inter se coierint. Quæ enim
Christiani nominis pars Pace hac non comprehenditur? quæ dei
summi certissimo numine aspirante, Clementis vij. Maxi. Caroli
v. Cæsaris Augusti, Imperatoris inuicti, (vtrumq; sanctitatis
et maiestatis causa nomino) hortatu, auspiciis, ductu, authori:
tate, hodierno die, in hoc sanctissimo delubro, ad illud sacrosanctũ
Dei altare ac puluinar, sacris rite susceptis et peractis, sancita
est et constituta? Hanc sibi Pacem Franciscus Galliæ Rex,
vir bellicosissimus et opulentissimus, idemq; omni Regali laude
præstantissimus, neq; communi, tantum maiorum suorum cognomine,
sed sensu etiam et voluntate Christianissimus, optatam et iucun:
dissimam esse per Legatos testificatur. Hanc Henricus Britan:
niæ Rex, vir summa virtute, neq; in bello acrior, q̃ pacis et

concordiæ amantior, nouis nuper Legatis missis comprobauit. Quid Joannes Lusitaniæ Rex, vir cum paternæ gloriæ stimulis, tum sua animi magnitudine, ad nouas et ante ignotas mundi partes indagandas, atq; ad veri Dei cultum adducendas mirifice incitatus, nonne is assiduis precibus tamdiu, vt hęc Pax fieret, et adhortatione contendit? Quid vero de Cæsaris fratre Ferdinando Pannoniæ Rege dicam? viro non modo generosissimo ac fortissimo, sed vno etiam ad Turcarum furorem comprimendum, atq; impetus propulsandos paratissimo? quoties ille per legatos literasq; suas pacem expetiuit? De Sigismundo vero Poloniæ Rege, sene prudentissimo, atq; impiis ac finitimis hostibus debellandis exercitatissimo, quid attinet dicere? quanta is lętitia hūc de pace nuncium excipiet? qui semper a Christianorum discordiis ac dissensionibus, non loco ipso modo abfuerit, sed animo etiam et consilio abhorruerit. Atq; hij quidem extra Italiam omnes ad communem Reipublicæ causam voluntates suas aggregarunt: et ijdem et ante cum Cæsaris Imperio conspirarunt: et hodiernam pacem magno animorum assensu, et certissimis auxiliorum promissis ac pollicitationibus, ad bellum contra impios atq; infensos nomini nostro hostes suscipiendum ac gerendum ratas fecerunt et approbarunt. Iam vero in Italia, primum florentissima Venetorum Respub. quę plurimum semper domestica disciplina, terrestribus copiis, et nauali gloria valuit ac floruit: Deinde Franciscus Sphortia Mediolani Dux, vir ingenio, et virtute singulari, ac firmissimo animi robore, in vtraq; fortuna ferenda præditus: vnius concordiæ studio adducti, non libenter tantum, sed etiam alacriter, propositas sibi pacis condiciones acceperunt. Ad horum autem consensū, suam q̄ egregia voluntate sententiam adiunxit clarus genere, clarus iusti moderatiq; imperii laude Carolus Sabandiæ Dux? Fridericus vero Gonzaga Mantuę Marchio, non

familiæ modo splendore illustris, sed spectata etiam in magnis imperiis, quæ Pontificis Maximi, et Cæsaris auspiciis gessit, virtute ac fide: is certe præsens nuper declaravit, nunq se ad iustam paucorum causam opibus armisq iuvandam, q ad communem hanc pacem studio ac sententia sua comprobandam, paratiorem fuisse. Neq in hac Principum enumeratione prætereundus est adolescens nobilißimus, summa indole atq eximia spe Bonifacius Montis Ferrati Marchio, ipse etiam nuper coram, in Pontificis se et Cæsaris fide ac potestate perpetuo futurum planißime ostendit. Cum quanta præterea officii sui testificatione, et in pace appetenda studio et Genuensium illustris in Liguria civitas, quæ permultum semper classe maritimisq rebus valuit: et in Hetruria Senensiu, ac Lucensium, quæ et suis opibus, et Cæsaris gratia maxime vigent, vt huius pacis condicionibus illigarentur, contenderunt? Quod si qui sunt adhuc tanto comunisq sensu omnium alieniores, et ipsi etiam brevi, vt resipiscant, optandum et sperandum est: et profecto resipiscent. Qui enim credi potest? illam vim ac Dei nutu, qui tot iam prope perditos ac profligatos populos, per tam multorum ac tam potentium Principum pacem, ad salutis certissime spem excitavit, ab vno et altero aut Principe aut civitate aversum fore? Sed quid ea pace amplius omnino fieri aut cogitari potest? in qua non modo præstantissime, sed plane omnes quod sæpe tentatum, nunq ante effectum est, Christiani imperii partes consenserunt? Iam vero quanta sit eius dignitas, est certe hominum præstantia metiendum. Quid autem aut iis, qui paci conciliandæ præfuerunt, Pontifice Maximo scilicet, et Imperatore, q late Christianum nomen patet, sanctius ac sublimius? aut quid potentißimis Regibus qui eorum authoritatem secuti sunt magnificentius? quid optima Republica, nobilißimis Principibus, florentißimis civitatibus clarius? Quæ vero erit vnq pax diuturna? quæ satis firma, ac sancta societas? si hæc

hodierna pax (quod Deus omen obruat). quam nobis ostendit spem atque expectationem, fefellerit? est certe infirma et instabilis vitae conditio, spes hominum fallaces, lubrici maxime votorum eventus: sed ipsa primum nobis minime dubia humanarum rerum vicissitudo, hanc, de qua nunc agimus, pacis diuturnitate praestare quodam modo videtur. Nam cum tota fere aetas nostra ex acerbissimus Principum ac Populorum discordiis, atrocissimis bellis fuerit infesta, consentaneum certe est adesse iam illud tempus, quo (nisi suam Deus ciuitatem, quod est maxime ab eius infinita misericordia alienum, funditus velit delere) a turbulentissima calamitosissimorum temporum agitatione conquiescamus. Atque ad reliquam diuturnitatis spem hoc etiam accedit, quod neque vi, neque metu, sed quod pacis proprium est, libero consilio ac voluntate sunt omnium repente cogitationes, odiis restinctis, atque armis abiectis, ad concordiam et amicitiam conuersae. Tantumque omnino abest, vt vlla in hac pace simulatio versetur, vt non forma tantum pristini inter summos Principes belli sublata, sed ipsa etiam litium et concertationum recordatio euanuisse videatur. Vicit tandem temeritatem ratio, aequitas contumaciam prostrauit, euertit elationem animi mansuetudo, fides et odia restinxit, et ipsam etiam inimicitiarum memoriam aboleuit. Iustitia et pax osculatae sunt. Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. Et quisque dubitabit? quin firmissima atque adeo indissolubilis futura sit ea concordia, quae sit per summas et maxime diuinas virtutes conglutinata? et in qua vis victa iure, mitigata sit acerbitas lenitate? Quod vero caput est, et vatum monitis, et virtute tua freti Caesar, eiusmodi bellum terra marique primo quoque tempore à te apparatum, ac susceptum iri confidimus, vt cum semel Christiani, longe à domo, atque à visceribus suis arma promouerint, ac quae sit, experti fuerint, eorum bellorum dulcedo, in quibus et vincere optabile ac salutare, et cadere pium ac gloriosum, nunquam in posterum ad ea

certamina animum et cogitationem referant, quorum, non facile quis dixerit, miserabiliores ne sint clades, an magis infames et lugubres victoriae. Dixi de pacis amplitudine, dignitate, ac spe diuturnitatis: Ad eius nunc opportunitatem venio: in qua et calamitates et pericula maxima depellendi, et optatissimam faelicitatem comparandi certissima inest spes. Nam quae potuit esse pax oportunior, quam quae diuinitus id temporis incidit? quo nisi nos Deus respexisset, mentemque à seculi nostri fraudum ac scelerum animaduersione ad misericordiam ac lenitatem traduxisset, nichil unquam propius fuit, quam ut cuncti fere Europae populi, per implacabiles principum discordias ferro, fame, morbo, vastitate consumerentur? pulcherrimę vero Christianę Reipublicę partes, teterrimo atque a lege, victu, moribusque nostris alienissimo hosti predę ac ludibrio essent? ac postremo diuina religionis iura, quae ab animorum sempiterna nos pernicie vindicant, à tot retro saeculis sanctissime custodita, non falsis tantum et iniquis interpretationibus viciarentur, sed nonae etiam sectę furore et amentia, è magna Europę parte exterminarentur? Non committam, vt in tanta hodierni diei, ac tam singulari laeticia, praeteritorum malorum memoriam refricem. Itaque non commemoro agrorum populationes, non vicorum exustiones, non florentissimarum vrbium direptiones, non sacrorum et prophanorum capitum violationes predico. omitto praeliorum strages: taceo tam multos ac tam paratos ad pugnam Christianorum exercitus, per hos triginta annos funestissimis dimicationibus deletos: vt vel singulatim ad impias gentes profligandas, oppugnandas, ac debellandas, satis multum fuerint virium habituri. Praetereo aetatis nostrae innumerabiles alias calamitates ac miserias, quarum non modo impetum expauimus, sed nunc etiam recordationem ipsam reformidamus. atque horum quidem quae relinquo omnium, nichil iam fuit deprecandum, quod, nisi à summi Dei bonitate haec esset pax Principum reipublicę animis illapsa, aut aliquid

etiam eo grauius ac miserius, passuri non videremur: atque id quidem nemo iam erat plane qui non metueret. Quid vero ea pericula quibus præsens ac certa pestis à longinquioribus quasi membris ad ipsa Reipublicæ vitalia serpebat, animo duntaxat et cogitatione percipiebamus, ac non ipsis etiam fermè oculis cernebamus? Erat credo obscurum, quid sæuus ille Turcarum Tyrannus communis Christianorum et sempiternus hostis moliretur? ad quas orbis sibi partes viam affectaret? At ille quidem et ante semper obseruatis discordiarum nostrarum temporibus, ad aliquam Imperii nostri partem inuadendam ex insidiis prosiluit. Neque enim ad ea quę nunc possidet occupanda, magis bellica virtute aut copiarum magnitudine ac robore vsus est, quam nostrarum dissensionum occasione. Sed idem ille, cum Asiæ imperio non contentus, Europę multas regiones miserabili seruitute oppressas teneat, Bisantium alteram imperii sedem, Thraciam, Macedoniam, Thessaliam, Euboeam, Græciam, Peloponessum, Epyrum, magnam Dalmatię partem, ac postremis hisce temporibus in potestatem suam redactam inferiorem Pannoniam, nimirum ad Germaniam nunc animum adijciebat. Ac nisi nuper à Vienna Regia superioris Pannoniæ vrbe, ad quam omnibus opibus atque operibus oppugnandam fuerat aggressus, Ferdinandi Regis viri clarissimi et fortissimi virtute ac vigilantia repulsus fuisset, minus certe matura (ne quid grauius dicam) de pace fuissemus consilia inituri. Illa enim si præsidia, illud Reipublicæ nostræ si propugnaculum expugnasset, quid aliud iam erat expectandum? nisi vt Germaniam ac Italiæ pulcherrimas ac nobilissimas partes, non excursionibus tantum, sed perpetuis etiam castris infestas redderet? agros et oppida ad vastitatem redigeret? Dei ac diuorum templa hominumque sedes, fœdissimis cędibus cruentaret? Et hoc quidem nostro, ac coniugum, liberorumque capiti impendebat. Alia vero extiterat labes ac certissima

religionis corruptela, quæ si inualuisset, non illa quidem mortali et caducæ vitæ periculum creasset, sed animos æternis ac diris cruciatibus damnasset. Dissidentibus enim de Imperio Principibus, atque ita vt fit, in maximis bellis aliud curantibus, quæ clam ante obrepserat iam se efferebat atque ostentabat scelerata illa nefariorum hominum factio, quæ vetere ac diuina lege aut abrogata, aut deprauata, inexpiabili introducta voluptatum ac libidinum licentia, imperitam multitudinem à vera pietate ac legis comprobata et sancita obseruatione auertebat. Atque hæ quidem cum bello in Republica pestes atque intoleranda confluxerant mala: quę pacis tranquillitas aut iam compressit, aut sola certe in posterum poterit compescere ac propulsare. Itaque cum primum de pace agitari cœptum est: ipsa fere pacis spem, et agrorum inopinata fertilitas, et summa cœli salubritas consequuta est. Insolentem vero in nostris discordiis ac terribilem hostem, in pace atque ocio segnem ac timidum, vnus hic de pace rumor, a Viennæ ante mœnibus repulsum, adegit, vt e Pannonia, quo ante milites in hyberna deduxerat, in Thraciam ac Bisantium, suum illum infelicissime nunc omnia conatum exercitum, reportaret. Iam vero improbi ac scelerati impiarum coniurationum Duces et authores, quo tandem animo, quam fracto et debilitato accipient Rempublicam conuenisse? fore iam legibus ac iudiciis locum, ac sibi aut statim a pristino furore atque amentia mentem reuocandam, aut grauissimas vecordiæ ac pertinaciæ suę pœnas subeundas. O faustam et diu optatam pacem, per quam non sensu tantum ac volutate coniungimur, sed respiramus etiam ac reuiuiscimus. Et quales iam constitutę et confirmatę fructus futuros existimamus, cuius tam fuerit ipsa spes salutaris? Quid quod non salutem tantum perpetuam ac a molestiis vacationem, sed fœlicitatem etiam, ac certissimam hodierna pax nobis gloriam pollicetur? Mitto perspicua illa, et quæ pacem semper non aliter, quam vmbra corpus, bona consectantur: tranquillam ciuitatum libertatem, agrorum

vbertatem, sobolis propagationem, libera ac tuta populorum commercia: mitto quod, quæ bellicis furoribus perculsa ac prostrata iacebant, se efferent et erigent literarum atque ingenuarum artium studia: quorum est cultus, et bene constitutis ciuitatibus, et optimo cuique Principi maxime honestus et necessarius: ac vigebit pacis comes, ocii socia eloquentia. Sed hæc et alia multa prætereo, non quia maxime expetenda non sint, sed quod in promptu sunt, ac prima se pacis vtilitates intuentibus offerunt. Quæ potest autem maior nostro sæculo fœlicitas contingere? quam si eæ quas paulo ante nominaui Imperii nostri partes, e diri ferique hostis manibus extorqueantur? atque ii populi quos ille iniquissimo dominatu oppressos per LXXX. iam plus annos probris, dedecore, contumeliis affecit, duris atque intolerandis imperiis afflixit, omni denique crudelitatis genere lacerauit, a miserabili nunc atque diuturna seruitute vindicentur? Et quod est certius huius pacis propositum, cui et suscipiendæ in Turcas expeditionis, et Christianorum liberationis causa subscripta est? Et quæ te alia Cæsar causa, ex vltimis terris in Italiam euocauit, nisi vt pace reddita, inuictos exercitus tuos contra tetram illam et efferatam sanguine nostro belluam conuerteres? ac suam Pannoniæ, suam Græciæ, suam tot Christianorum nobilissi[mis] populis libertatem redderes? O dulcis recipientibus libertas, reddenti gloriosa. Illi ad te Cæsar ex florentium olim vrbium ruinis et cadaueribus, squallore, et fœdo corporis habitu obsiti, macie: ac pallore perempti, supplices manus tendunt: tuum sibi promissum toties vatum prædictionibus ac diuinis oraculis nomen? tuam fidem, tuam misericordiam, taciti ac metu compressis vocibus implorant: aut per te nunc se libertatem consequuturos, aut perpetuis durissimæ seruitutis miseriis damnatos intelligunt. Neque vero dubitant quin voluntati votisque tuis certissima sit victoria responsura. Ex fama enim ipsa, quæ, quin quo velit perua:

dat, nullis potest minis terreri, nullo proposito metu aut pœna coer:
ceri, satis iam cognoscunt, te, virtute, authoritate, fœlicitate, bel:
licis atque imperatoriis artibus, non solum æqualibus tuis omnibus
anteponendum, sed cum præstantissimis, maximis superiorum
ætatum Imperatoribus comparandum: illo vero cui nunc seruiunt
impio atque impotente domino, adiunctis præsertim ad opes tuas
sociorum auxiliis, classium, comeatuum apparatu, copiarum etiam
magnitudine, minime inferiorem, robore vero longo interuallo
superiorem futurum intelligant, Quamobrem si eorum aliquem
locorum vel extremas oras ac littora attigeris, continere se
non poterunt, quin se vltro ad te cum coniugibus ac liberis
effundant. Atque hæc Cæsar populorum tibi ratio nomen tuum
immortalitati consecrabit. Sed non his tamen est finibus gloria
tua circumscripta: Speramus enim, (et quæ potest esse de
tam excellenti virtute tua, tantaque apud summum Deum
gratia vana hominum expectatio? aut quæ non est tam multis
ac minime inter se discrepantibus vatum responsis fides haben:
da) Te inquam speramus vniuersæ Europæ imperiis constitu:
tis, in Asiam fugentium ac fusorum hostium reliquias persequu:
turum. Ac multi iam tempus illud cogitatione complectuntur.
quo Hierosolimam ingressus sanctissimum illud monumentum
venerabundus osculabere, in quo membra sua condi voluit, qui
per mortem suam ad æternam vitam nobis aditum patefecit.
Atque inde Italiam cum victoria et triumpho reuersus, in huius
sanctissimi Patris conspectu, pro tam ingentibus ac tam fœli
gestis rebus Deo nuncupata vota persolues. Qua te hic
ipse Pontifex Maximus, qui nunc veræ ac solidæ gloriæ
iter ingredientem, tanto te amore et charitate prosequitur,
gratulatione excipiet? quos tibi et quam prope diuinos honores
decernet? Quis vero ex hac augustissima sacrosanctorum
hominum et Illustrium Principum corona cum te intuebitur,
non innumerabiles victorias tuas atque incredibiles prope

maximarum rerum euentus obstupescet? Quis gaudii tibi sui certissima signa non voce solum ac plausibus, sed ipsis etiam prae gaudio effusis lachrimis non impertietur? O expectati temporis faelicitas. O beati qui maximis periculis ac malis defuncti, ad hodiernę sunt pacis laeticiam reservati. Quanto vero beatiores, qui ea bonorum summa quam hęc ipsa confecerit pax perfruentur. Sed quoniam hic hodiernus dies, et imminentes calamitates depulit, et ad optimam nos in posterum spem erexit: Deo optimo maximo primum a cuius est numine ac benignitate pax profecta: deinde summis Reipublicae Principibus, qui è caelo precibus euocatam, ac suis conceptam diuinitus animis, tam liberaliter cum caeteris communicarunt, ea quam oratione consequi possumus grati animi pietate, sunt gratiae nobis agendae. Agnoscimus Iesu Christe summi patris fili, tuam in populum tuum clementiam, et adoramus. Tu proprio primum nutu atque immensa ductus benignitate, almae deinde tuę parentis, reliquorumque caelitum deprecationibus exoratus, in difficillimis, atque angustissimis temporibus pestem a nobis ac perniciem depulisti. Tu saeui et immanis hostis accensas in fana tua ac tecta nostra faces extinxisti. Tuae denique mentis serenitas diuturni erroris nostri caliginem dispulit ac dissipauit. Tibi vero Clemens Pontifex Maxime quas vniuersa Christi Respublica, fidei ac pietati tuae credita ac commissa, gratias habeat? cuius semper animus pacis studio atque amore flagrauit: qui dum per maximas rerum ac temporum difficultates mente fideque optima ad pacem contendis, vitam tuam deuoueris, atque in certissima pericula caput conieceris. Tua certe nos prudentia, tuum istius altissimae mentis consilium: tua animorum pertractandorum peritia: tua denique tolerantia ac patientia hodiernae nos pacis compotes fecit. Valuerunt illę repetitae toties supplicationes tuę: vota

concepta ac nuncupata, caste ac pie susceptę precationes: effusę toties, quarum istæ aræ ac sanctissimi foci testes sunt, pacis desiderio lachrimæ valuerunt. Tuam vero Cæsar, Imperator omnium optime atque invictissime, magis ne animi magnitudinem, bonitatem, ac mansuetudinem prædicemus? an vero pietatem admiremur? Tu quidem propensam semper ad pacem et concordiam voluntatem præ te tulisti. Tuus vero iste magni et excelsi animi vigor turbulentissimis temporibus, nulli neque homini, neque animi perturbationi, neque fortunæ succubuit. Ac cum multa, grauissimis potentium inimicorum iniuriis lacessitus, iusta ac necessaria etiam bella susceperis, et summa celeritate confeceris: eas, quas tibi victrix prope ipsa veritas et causæ tuæ æquitas detulere victorias, quod sine magna Christiani populi iactura contingere non potuerunt, tristes ac luctuosas putasti: neque id vultu tantum ac verbis, sed lachrimis etiam es et obsoleto vestitu testificatus. Tu maxima regna: tu vitam ipsam iis hominibus quos tuę potestati victoria subiecerat condonasti. Atque eorum existimasti bellorum, bellandique cupiditatem non armis et imperio comprimendam, sed liberalitate et animi moderatione restinguendam. Vbi vero prima pacis emicuit spes, eius tu spei quasi scintillam non legationibus tantum et cohortationibus sed tui etiam aduentus celeritate inflammasti. Atque hæc quidem inusitatæ ac omnibus sæculis inauditæ magnitudinis ac lenitatis documenta fuerunt. Ad tuæ vero pietatis laudem quis iam potest cumulus accedere? Tu cum ouans in hanc florentissimam vrbem cum ingenti omnium plausu et exultatione intrasses. hunc sanctissimum patrem, qui te iure ac merito ardentissime amat, ad eius pedes prostratus adorasti: Christi legatum, ac tuum, ac totius Reipublicæ parentem grauissima et maiestatis plenissima oratione agnouisti: ac deinde ad eum ornandum et honestandum non voluntatem solum, sed tuas etiam opes contulisti: ac vt vniuersi hodierna pace frueremur, ad ipsius

studia et authoritatem, curam, vigilias, laborem, omnem denique animi contentionem adiunxisti. Magnas tu quidem Cæsar ante hoc tempus es adeptus victorias: maiores et clariores ac tibi etiam ipsi optabiliores a Deo promissas ac paratas intelligimus, ac vigebunt illæ quidem multorum sæculorum memoria: sed michi crede, mansuetudinis, clementiæ, pietatis, æquitatis tuæ famam ad æternitatem, quantum in se fuerit, omnis posteritas propagabit, Quod si (quod futurum minime dubitamus) ad pacem tuendam, conseruandam, amplificandam, consilia opesque tuæ cum summi Pontificis authoritate ac dignitate perpetuo consenserit, facile iudicare potes, quantam si ex conseruata pace gloriam consequuturus, cui tanta hodie ex parta, quantam expectare et excipere potuisti, ab vniuersa Republica facta sit gratulatio.

Joannes Dantiscus orator
Petro Tomiczki Epo Crac
Regni Poloniae Vicecancell.

Rme in Chro pater, et domine, domine Gromme. Humillimam commen. Scripsi D. vrae Rmae in principio istius mensis, et paulopost decimam etiam huius iterum, ea quae tum se offerebant cum D. Jacobo Copecz, misiqz cum eo quaedam exemplaria Sylvae meae, quam hic de temporum nostrorum calamitatibus edidi, et in euentu, si forsan ista exemplaria ad D. Copecz non peruenissent, nam illa ad eum misi Venetias, adiunxi his alia, quo D. vra Rma liquidius cognoscat, me hic de rebus nris, quantum michi licet, et conuenit, non tacere. quandoquidem Induciae hic nrae cum Turcis passim male audire caeperant, ad id reprimendum, Sylua haec mea non obfuit, fuitqz a multis admissa, quemadmodum, vel ex solius Rmi D. Carlis Farnesii testimonio, cuius his inclusi copiam, patebit. Ad praesens non visum michi fuit integrum cum hoc Nuncio Mti Regiae et Rli scribere, missurus subinde, vt in nouissimis scripsi, fratrem meum, cum quo de omnibus copiosius, nolui tamen omittere, quin michi Doctor Ressbitza diceret se habere tabellarium, quin scriberem, congeramqz in compendium, quae post nouissimas hucusqz acta sunt, de quibus, ea quae digna videbuntur, D. vra Rma in noticiam Mtis Regiae, et Rlis deducet.

Vndecima die huius, vocatus fui cum aliis Oratoribus, ad Consistorium, quod tum Pontifex iusserat fieri, proponebatqz Cardinalis Farnesius nomine Pontificis difficultates, in quibus nunc Respub. Christiana versaretur, et Turcarum rabiem

atq3 potentiam, postulans ab Oratoribus, Si ad consultand de his rebus haberemus mandata, quo imminenti huic pe: riculo obueniri poßit. Inter omnes Oratores, præter Cæsareos, et Anglos, nemo fuit, qui ad ea tractanda mandatum se habere diceret, Angli dicebant se habere limitatum, q de his rebus, cum nullo alio, q cum aliis Oratoribus simili manda: to fulcitis agere deberent, Qua de re Cardinalis Farnesius nos alios hortabatur, et rogabat, vt ad Reges et dominos nostros scriberemus, pro sufficienti mandato, qq3 illud, cum primis habere poßimus, rebus Christianis sic vrgentibus Et q pro pecuniis ad hoc negocium contra Turcas conquirendis iam Pontifex per omnia sua et Ecclesiæ Dominia contributiom indixisset, tam secularibus q etiam Ecclesiasticis, vt videli: cet, omnibus illorum bonis, mobilibus et immobilibus taxatis, de quolibet centum Ducat, medium Ducatum persoluerent, adiungens Pontificem dedisse exemplum quo omnibus ea res magis cordi foret. Ad ea quisq3 nostrum pollicitus est operam suam, apud Dominum suum interponere, quo huiusmo: di mandatum quantocius haberi possit. Hæc fuit summa istius Consistorii. Proposuit etiam D. Cartis Gattinarius, supremus Cæsareæ Mtis Cancellarius, contra Rmum D. Archiepiscopum Gnesnensem ad quæ respondi, me in his nullam habere commißionem, sine qua, nullius me errata de: fensurum, protestatus nichilominus, ne quicq ea in re in præiudicium Mtis Regiæ, et Regni Poloniæ fieret. Sic fuit discessum, loquebatur etiam mecum de hoc negocio Rmus D. Cartis sanctorum quattuor, seorsum, cui preter Commißionem, id respondi quod potui, sic fuit discessum.

Interea nichil aliud se obtulit, q q Florentia adhuc oppu: gnatur, vnde huc pridie venerunt Oratores, petentes pace, sed vt paßim creditur, plus ad explorandum quæ hic fiut

q̄ ad componendum huc venerunt, | Pontifex adeo in eos est
exulceratus, quod si forte liceret, ipsemet in persona interesset
obsidioni Florentini. contra adeo feruntur animati et obsti:
mati, vt priusq̄ se Pontifici dederent, potius quoduis exitiu(m)
perferre sunt parati. s.s. isti sumptus contra Turcas deberent
fieri qui in Florentinos profunduntur, credo q̄ iam et Belgra:
dum recuperaßemus, | post nouißimum de quo scripsi Consisto:
rium, ne verbum amplius hic de Turcis audimus, velim
Mtas Regia q̄ longißimas posset iniret Inducias, vereor
ne Cæsar, q̄ primum Romæ coronatus fuerit, rursus in
Hispaniam traijciat, sicq̄ nouißimus error peior erit priori,
sed de his, atq̄ aliis, de quibus non satis tutum est agere
per l(itte)ras, cum fratre meo latius.
Debueramus hinc abire XX. huius, sed adhuc profectio n(ost)ra
protrahitur, | Cæsar cæpit pridie laborare quadam febricula.
et grauißimo catarro. C meat. etc. habituri sumus quia pluat
quotidie, pessimum iter, et nemo forsan peius q̄ ego, deficiens
in viatico. A mense Augusto, quo venimus ad istam Italiam
non est michi responsum de prouisione mea a Rti Mte,
et iam debeo 550. Ducat amicis, | pro ista profectione ne
mandatum Regie et Rlis Mtis excedam, cogor, si quid
recularum michi reliquum est, pro habendis ducentis Duc.
impignorare aut vendere, feramq̄ adhuc istam personam,
sicut hucvsq̄ feci, modo quo possum honestiori. | venerat huc
superiori die D. Antonius Welser, qui cum fratre suo
Bartholomeo, capite istius societatis multam michi pecunia(m)
in Hispania, sine suo vt vocant interesse et emolumento,
pro seruitio Rlis Mtis dedit inmutuum, is michi questus
est, q̄ Thesaurarij Rlis Mtis Baren, acceptis l(itte)ris meis
cambii, adhuc ei debeat 800 ducatos, et quum ab eo petere,
vt michi pro ista profectione cum 200 duc subueniret.
respondit, willige pferde sol man nicht zu vil reitten.

Quibus igitur in angustiis versor pro fidelibus et duris meis servicüs, facilis est coniectura. Scripsi his de rebus ex Genua, ex Placentia, et hinc aliquoties, et hucusque nullum habere potui responsum a Regli Mte, quae nescio, quod de me facere intendat, cui adeo utiliter et fideliter servivi. Quodsi secus facere voluissem (quod Deus omen avertat) iam essem fortassis Craesso beatior, malo tamen Irus esse cum fide mea, etiam si Irum ad sepulchrum usque comitari debeat. bonus iste Levicius post novissimas, quas quinta Decembris ex Neapoli ad me dedit, ne iota quidem amplius ad me perscripsit, iam si provisionem meam non curat, facile ei condono, utique 150 ducat quos michi debet, et ego amicis, curare deberet, Sic vivo hic ab omnibus relictus et destitutus, unicam spem meam, in Deum meum, et in D. vram Rmam habens. Cui humilliter supplico, si quid gratiae michi apud D. vram Rmam reliquum est, dignetur pro me ad Mtem Regiam, et si non videbitur esse frustra, etiam ad Rtem Mtem intercedere, ut mei misereantur, iampridem enim mille ducatos, quos michi Caesar dedit, et meos prius 750 ducat absumpsi, michil aliud peto, quam quod honeste solutis debitis creditoribus meis, redire possim. Quo animo ista scribo, Deus scit, hunc rogo, ut D. vram vram Rmam inducat, quod rebus meis adsit non asper egenis, et ut a me auferat opprobrium et contemptum.

Inter scribendum intellexi, quod tam cito adhuc hinc abire non possimus, tum ob Caesaris aegritudinem, quae non levis esse dicitur, tum etiam quod tempora, et viae adeo sunt malae, quod vix quispiam ire posit, fertur superiori die, quidam homo mendicus, quem plerique sanctum putant, ad Caesarem fuisse admissus, illumque dixisse, quod Caesar hinc ire non possit, nisi prius in Ecclesia Sancti hic Petronii sit coronatus, et quod ab isto

Papa non debeat coronari, sed a quodam alio, qui Cæsari inser:
uiat, talia vaticinia hic iam non pauca habuimus. Ego, vt verū
fatear, de hoc Cæsare timeo, vtinam sim vanus vates, q̄ ista
ægritudo male hunc bonum principem afficiet.

Venturi huc sunt Oratores solennes, vt vocant' cum magna
pompa Venetorum, et in publico Consistorio præstabunt obe:
dientiam Pontifici, feruntq; Cæsari ex pactis nouissime factis,
centum millia ducatorum, habiturus pro quatuor annis subse:
quentibus, etiam tantum, hoc est Viginti quinq; millia, quolibet
anno, Dux Mediolani etiam in decursu istius mensis, ratione
pacis confectę, daturus est Cæsari centum millia ducat. et
ante decursum istius anni, alia ducentena millia ducatorum,
ac deinde in decem annis, quinq; centena millia ducat, quemad:
modum D. vra Rma latius habitura est, ex articulis pacis,
quos cum fratre meo, paulopost mittam,

Non potui omittere, quum michi D. Cornelius Scepperus,
Dnis vestræ Rmæ deditissimus, est ad manum, quin, articulos
pro destitutione Rmi domini Archiepiscopi Gnesnen, quos
ille ex mandato Cæsaris confecit, his adiungerem. Mihi,
quum nichil est commissum, nichil licet. Isti articuli dati sunt
fiscali, vt eos in Consistorio futuro proponat, et prosequatur,
quęcunq; se inde offerent, et alia quæ in nouis ex his Aulis
Pontificis et Cæsaris habebuntur, per fratrem meum perscri:
bam, Interea tamen, quo ille non applicuerit, D. vra Rma
apud Regiam et Rlem Mtem reditus mei rationem
quęso habeat. Audiui Rmum D. Episcopum Vilnen
huc venturum. q̄ michi certe gratissimum est, ille hoc onus
sumptuum facilius q̄ ego ferre poterit, modo ego honeste
hinc absoluar, cessurus sum oppido q̄ libentissime, quisquis sit
qui veniet, quandoquidem in hoc iam tędio, et tam mala prouisio:
ne, ~~atq; in tam mala prouisione~~, atq; in tam duro seruitio, in
quo sine vllo meo emolumento, cum pecuniarum mearū profu:

sione sex annis, versatus sum, ne viuere quidem velim vlte:
rius. Quasi tam diu D. vræ Rmæ pro minimo Scriba serui:
uissem, vtique aliquod michi accessisset sacerdotium. Michi
vero Regiæ et Rli Mti, per maria, per terras, per pestes,
per æstus, et per mille rerum aperta pericula seruienti,
nichil accessit aliud, quam Genugra, Chiragra, et podagra, cum
aliis morbis, decessit vero ętas, tempus et quicquid in me
vigoris fuit, Sicque canus totus, redibo qui fui, opera Dnis
vræ Rmæ Parrochus Columbanus. hinc et ego nunc dicere
potero; Insere nunc Melibęe pyros, pone ordine vites.

Quod reliquum est, Commendo me et fortunas meas, si quas vnquam sum habiturus, Dni vræ Rmæ, et rogo, hanc meam fortassis vehementiorem scriptionem boni consulat, et vbi potest, sicut consueuit semper, rebus meis patrocinetur, meque cum primis, per lras suas, quas auidissime expecto, consoletur. Ex Bononia XXV. Januarii Anno dni M°. D°. XXX°.

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Serma Mtas Regia et domine, domine clementissime. Humillimam perpetuę meę seruitutis commendationem. Nullam vnquam omisi occasionem, quum commode potueram, quin semper scriberem. Id quod feci bis ex Genua, postquam cum Mte Cæsarea applicuissem ex Hispania, et item bis ex Placentia, hinc vero ter, vbi fuimus iam per menses tres integros, ad quæ hucusque, quid michi in hoc Pontificis et Cæsarib

Conuentu esset agendum, nullum accepi responsum, Ideo et istas, licet cum Nunctio non satis certo exaraui, vt aliarum a me literarum missarum memoriam refricarem, ex quibus, ea quae hactenus hic acta sunt, Mtas vra Serma liquido intellexit. Interea post hanc cum Duce Francisco Sphorcia, et Venetis Pacem, nichil tale actum, visi sumus hic potius dormitare q negociari, presertim in his quae rem Christianam spectant. De thurcis nulla hic magis habetur mentio, Florentia adhuc obsidetur, quae plus q octo bonorum militum millia, tam equitum q etiã peditum in se habet, seqz grauiter defendit. adhuc nulla certa spes illius potiundi, hic habetur.

Superiori die iussit Pontifex, omnes qui hic sunt Oratores ad Consistorium conuocare, propositumqz fuit, nomine suę Stis per Rmum D. Alexandrum Farnesium Cardinalem Ostien, ab ouo incipiendo, omnia quae contra Thurcas dici poterant, et quod ad resistendum illis magna foret opus pecunia, vnde interrogati fuimus, Si ad istiusmodi negocium tractandum nobis essent a Principibus nostris mandata. quo quum omnes praeter Caesarianos et Anglos cararemus, postulatum fuit a nobis reliquis, vt a Dominis nostris, ad tractandum in commune, pro generali expeditione contra Infideles, mandata obtineremus, qd ad praesens quemadmodum a me est requisitum, in noticiã Mtis vrae Sermae deducendum existimaui, quae pro sua icomparabili prudentia, ea quae ad hoc negocium expedire videbuntur non omittet. Ego qui nichil aliud cupio, q hinc honeste redire ad Mtem vram Sermam, si quid tale tractari deberet, velim aliquem sapientiorem me mittere, meo iudicio, nisi fallor, non video q in his quippiam solidi fieri posset, quũ adhuc omnia in ista hic pace confecta, videntur suspecta, potissimum ob Regem Galliae, qui nouum fertur cogere exercitum. Vnde heri et hodie, vt certo intellexi, tractatũ est in Consilio Caesaris, ne in ista Italia concluderemur,

q propediem nos in Germaniam conferre debeamus; ut, nescio quas insidias, quas revera in tot infectis, et rursum refectis foederibus timui semper evadere possimus, Caesar sibi fecit, ex duobus Potentissimis hostibus amicos, non satis, ut reor perpendens illud vetus, Inimico reconciliato non esse fidendum. Hec obiter attigi, paulo post clarius de his atque omnibus aliis quae se posthac offerent, cum fratre meo Bernardo, quem hinc ad Mtem vestram Sermam mittam, scripturus.

Qua in penuria provisionis, seu expensarum, versor, iam scripsi aliquoties, unde nolo ad praesens esse molestior, debeo amicis in Curia Caesaris iam plusq 500 ducat. Iuerat D. Levicius Neapolim a me ex Placentia xa Octobris ut michi et sibi de provisione ex Bario responderetur. Sed ea in re, quid bonus iste vir faciat, adhuc non satis intelligo, neque quid ibidem effecerit, Idcirco nisi michi esset mandatum per lras manu Mtis vrae Sermae Vilnae subscriptas, quas frater meus attulit, ac omnimode mandatis et Instructioni Rlis Mtis inhererem, iampridem reculis meis divenditis ac debitis relictis, abijssem, vel ut verius, fugissem, ex hac Curia. Quapropter Mti vrae Sermae supplico humillime, dignetur mei, et tam diuturnorum, atque fidelium serviciorum meorum habere rationem, meque hinc cum gratia sua q primum revocare, ut solutis debitis, honeste abire, et ad Mtem vram Sermam redire possim. De reliquis omnibus latius cum fratre meo. fuissemque in his longior, sed non satis securum michi videbatur, igitur et lras ad Mtem vram Sermam a Carli sanctorum quatuor apud me continui, q respondent his, quibus Mtas vra Serma postulavit, provincialem Ordinis de Observantia seorsum in Lithuania constituendum, q ut gratificaretur Pontifex Mti vrae Sermae non sine mea opera est obtentum, haec

tamen adhuc ad arbitrium Mtis vrae Serma reservatur. Commendo me humillime Mti vrae Serma. Ex Bononia ija Februarii Anno domini Mo. Do. XXXo.

Joannes Dantiscus Eps Culmensis
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancellario

Rme in Christo pater, et domine, domine gratiosissime Humillimam Commen. Mitto tandem hunc fratrem meum, vt per nouissimas sum pollicitus, cum rerum omnium hic gestarum historia, quam satis, vt opinor, diffuse, Regiae Mti descripsi, petens tandem rudem, qua post sextum annum michi liceret redire, neque est, cur hic vlterius immorer, neque etiam si vellem, possem, et si possem multo minus vellem, adeo bene in hoc tam duro hic seruitio tractatus sum de quo, quum iam toties scriptis meis D. vram Rmam molestauerim, ad praesens supersedendum censui. Quandoquidem ex meis ad Mtem Regiam, abunde angustias meas intelliget.
Auxit etiam meas passiones, quod quum iam hic simus in Italia cum Caesare, per decursum octo mensium, de quibus hic Bononiae apud Pontificem, quinque fere menses absumpsimus, et ego interea toties scripserim, nullo hucusque habito responso, non dico de Dne vra Rma, quae michi dns est, et patronus colendissimus, sed ne a sociis quidem et amicis, ad quos, ex ista Italia, adeo nris propinqua, plures dedi lras visus sum michi desertus esse ab omnibus, vnde istum meum frem misi, vt experiatur quid de me amici sentiant, cum Dominis meis expostulare non licet, a quibus non solum negle:

ctus, verumetiam prouisione mea prorsus destitutus hic ago. Vtinam, anteq Cracouiam nouissime exiuissem (qd in his sex annis michi precatus sum saepius) egissem animam, multis caruissem miseriis et calamitatibus, quibus actus, per impatientiam meam, non sum factus Deo charior, a quo indies misericordiam, et in his difficultatibus patientiae meę confirmationem peto.

Rescripsit michi tandem D. Leuicius ex Neapoli XVIII Februarii pręteriti, et misit michi 150 ducatos, per lras cambii, quos a me habuerat in mutuum, caeterum, quum esset in Bario, nichil pro me a Thesaurario ibidem Rlis Mtis pro mea prouisione obtinere potuit, qui nescio quem michi calculum posuit quolibet mense centum ducatos, asserens nichil michi deberi amplius. Quasi ego centum ducat per singulos menses omnia Oratoris munia, tot itinera, nauigationes expeditiones lrarum, pręmia aduocatorum, solutiones postarum, et alia pleraq, quę pro Rli Mte exposui, et pro vectura in Hispaniā trium Quadragenarum Sabellinorum, et missiones nunctiorum, quando Fabianum, et nunc fratrem meum bis misi, et plurima alia, quae extra Ordinarie indies exponere coactus fui, transigere potuissem, Quum autem sic fortassis Rli Mti placuit, vt me pro tam diuturnis et fidelibus seruiciis meis perdat, in quibus, tempus, ętatem, salutem, et praeterea quicquid domi, et mecum pecuniarum habui, amisi, cogor ferre eo quo possum animo, ponens michi ob oculos id quod cum Episcopatu Posnamen Dni vrae Rmae euenit, vtcumq tamen res habet, si quis adhuc precibus locus est, vt hanc crudelem mentem exuat Dni vrae Rmę humilliter supplico, dignetur ad Rlem Mtem intercedere, si frustra non videbitur, et praesertim ad Mtem Regiam, quo solutis hic debitis quae in hoc seruicio contraxi, honeste hinc abire et ad D. vram Rmam redire possim.

Scripseram etiam Dni vestræ Rmę de negocio Gnesnen etc de quo quum hucusque responsum non habeam, neque sciatur, quid in eo Mtas Regia fieri velit, frigidi hucusque habiti sunt tractatus, Rmus D. Carlis Gattinarius Mtis Cæsareę supremus Cancellarius, negocium hoc direxit per D. Cornelium, quem ego hic habui ad manum, michique ea in re morigerum, ne quid grauius attentaret, quousque Dnis vestrę Rmæ haberemus in his voluntatem, Egit etiam mecum imprimis per eundem Cornelium, deinde per se Dns Cancellarius, vt Mti Regiæ et Reginali scriberem, si pro suis meritis, quæ in rebus Barensibus strenue exhibuit, obtinere posset, ea quæ per fratrem meum Dni vræ Rmæ exponere commisi, vt ab eo latius intelliget, ille etiam alia, quæ lris credere michi non visum fuit integrum, referet. Vnde D. vrę Rmę humiliter supplico, dignetur eum edocere, quomodo se gerere debeat in his apud Regiam et Rlem Mtem, vel quia iuuenis est, et non habet liguam, qua commode ista Mtibus eorum recesere queat, dignetur instructionem meam quam ei dedi perlegere et ex his, ea, quæ videbuntur accommodatiora Regiæ et Rli Mti referre, Qua in re D. vra Rma, quęso, solitam suam michi gratiam impartiat, et me tandem, ex hoc ergastulo liberatum, sibi restituat, quod si non esset michi cum duabus sororibus viduis, mater vidua, et iam prouectioris ætatis, quam adhuc ante mortem libenter viderem, temonem in aliam partem inflecterem, neque ea in re Dni vestræ Rmæ essem molestior. Quapropter, summis precibus quibus possum, D. vram Rmam oro, et obsecro, atque, ne quid ad eam vehementiam desit, obtestor, mei misereatur, meque ex his angustiis exuat, præstolabor in Curia Cæsaris, in ea qua semper æstimatione, etiam si omnia sint impendenda, aduentum fratris mei, suntque michi adhuc in vestibus, et aliis rebus, quæ vendi possunt, quibus me vtcunque sustentabo, quousque frater aduenerit. Nichil

me peius habuit, q̄ q̄ superiori die vendere coactus fui paruum quendam Smaragdum, quem michi dederat Dux Ferrarię pro octoginta ducatis. Veneciis, ante annos quinqȝ centum ducat valuisset, si vendere voluissem, hunc ego hucusqȝ pro D. vra Rma conseruaueram, sed transiit, si tamen michi essent pecuniæ esset michi modus, quo illum recuperare possem. est enim apud D. Antonium Welser.

Ea quæ Regiæ et Reginali Mti scripsi, si forsan fuerint acriora q̄ conuenit, vt pote, iusto dolore extorta, D. vra Rma pro sua in me gratia moderetur, et sic temperet, ne michi, qui alias satis afflictus sum, maiorem afflictionem pariant, seruaui tamen, quantum potui modum, ne alueum, calamitatum mearum fluctus, transirent, quamuis, vt Cicero pro Cælio. durum sit tacere, quum doleas. Nulla me res magis in animo conficit, q̄ q̄ nesciam, quum tanto tempore nichil lrarum acceperim, qua in re bene, vel male seruicio hoc meo Principibus nostris vsus fuisse visus sim, licet nichil tale conscia mens recti vereatur, tamen tempora nostra, adeo sunt periculosa, culpa hominum malorum, qui neqȝ Deum, neqȝ homines timent, vt etiam si iustissime viuas, et recte te geras in omnibus, ne in calumniam incidas, metuendum sit. Quocirca D. vram Rmam maximopere rogo, si quippiam istiusmodi, quod non spero, apud nostros michi impingitur, in noticiam meam deducere non grauetur. Nemo enim est, coram quo iustius erubescere debeam, si quid tale (quod Deus per misericordiam suam prohibeat) admi: serim, q̄ coram Dne vra Rma, qua, vt me eueheret, et fortunis meis prodesset, in Oratorem me toties transformauit, et quasi fidem suam ea in re Principibus nostris pro me dedit, illam ego Christo domino nostro Duce, quemadmod conseruaui semper sine labe, sic eam incorruptam, breui, vt spero, mecum feram, et talentum superlucratus, cum fœnore, Dni vestræ Rmæ reddam.

Alia, quae me concernunt, et quae hic acta sunt in hoc Pontificis et Caesaris Conuentu, a fratre meo Dº vra Rma accipiet quem vnamecum humillime commendo, et rogo, quantum potest fieri citius hunc rursus ad me remittat, meque ex hac anxia angu: stia assertum, sibi, et meis, restituat, habitura me Dº. vra Rma perpetuum seruum et mancipium. Dat Bonnoniae XVija Marcii Anno domini Mº. Dº. XXXº.

Joannes Dantiscus Eps Varmien.
Bone reginę Polonię.

Serma Mtas Regia et domine, domine clementissime. Humillimam perpetuę meę seruitutis commendationem. Scripsi hinc nouissime Sermae Mti vrae 2. huius mensis duplicatas, de his quae tum hic agebantur, et quod Cubicularius Sterinkircher cum lris Sermae Mtis vrae XXVIIIa Junii praeteriti ad me applicuisset etc. vnde ea ad praesens repetere putaui superuacaneum, ab eo tempore, quae se obtulerunt, sic habent.

Tractatum est in negocio religionis ab vtraque parte per continua consilia, quae et in praetorio, et in Palacio Caesaris sunt habita sed hucusque nichil aliud factum, quam quod minis ad resipiscendum Luteranos nra pars adigere conatur, quod tamen vix arbitror posse fieri, adeo plebs vtriusque partis hac labe est infecta, quod si etiam Principes vellent, vulgus, quod hoc virus altius hausit, nequaquam induci possit, vnde adhuc tractatur. Quae postea se efferent, Mtem vram Sermam non latebunt.

In nouissimis scripsi, quod Sermus Ferdinandus Rex, eo die

quo illas dedi, pro me mittere debuisset, quemadmodum per suum
michi Cubicularium significauerat, sed vocatio ista, nescio ob
quæ negocia in posterum diem fuerat prorogata. Miserat tandem pro
me Comitem de Nogarollis, et me sine arbitris seorsum admisit,
humanissimeque excepit, et antequam ordiebar loqui, ille quod prius in
Nouaciuitate a Mte vra Serma apud eum fuerim, mentione
fecit, seque, quod tardius pro me miserit excusauit, tandem quum
me loqui permitteret, exposui, facta prius salutatione a Mte
vra Serma, melioribus quibus potui modis, ea quæ per literas
michi Mtas vra Serma mandauerat. Ad salutationem amicis
et bonis verbis habuit Mti vræ Regiæ gratias, se vicissim
offerendo, vbi illi gratificari posset, et pro ea confidentia, quam
Mtas vra Serma haberet, non velle firmare consilium suum
in matrimonio cum Illma filia sua proposito, sine eius amico
arbitrio, respondit, rem esse arduam in talibus consulere,
vnde vellet deliberare, et mature michi respondere. Ad præ:
sens vero, inquit, dico Dnm Ludouicum Ducem Bauariæ,
bonum et Nobilem esse Principem, et hoc pro hac vice vobis
do pro responso, de reliquo deliberabo. Inde dixi, quod per literas
michi Mtas vra Serma mandasset, vt negocium Illi. Dni
Marchionis Georgii Brandemburgen Mti eius plurimum comme:
darem, recensens quædam de hoc negocio ad longum, et quod
si contingeret, assistere ipsi Dno Marchioni, ne Mtas sua
ægreferret, aut alterius me partis de factione Luterana
me esse existimaret, ad ea subrisit, dicens ex literis Serme
Mtis vræ intellexisse, me ab ea secta esse alienum, precaba:
turque michi in eo statu, in quem me Mtas vra Serma
posuisset, felicitatem. Ad negocium Marchionis Georgii
respondit, se boni consulturum quod ei adsum, et quod ipse etiam
et deberet et libenter velit quantum æquitas fert, illi
fauere in omnibus, hinc de veteri noticia mecum colloque:
batur, et de rebus quæ ante nouem annos in Nouaciuitate

Austriæ acta fuerunt, et inter alia incidit sermo, q ex Polo:
nia quidam proficiscuntur sub prætextu peregrinationis Romanæ
qui a Palatino Transiluaniæ lras ad hostes perferunt, respondi,
q tales merito deberent puniri et detineri, non tamen igitur omnibus
istę difficultates in profectionibus suis ingeri deberent, Respondit,
qui habituri sunt lras Sermi Regis aut Reginæ vræ illoru
manibus subscriptæ libere permittentur, sigillo vero, et Secretarijs
vestris non semper tuto creditur, et tales qui huiusmodi lras
ab hostibus meis perferunt, apud vos non puniuntur. Respondi
Mtem vram Sermam ingens et apertum habere Regnum, et non
posse scire de omnibus quæ in eo geruntur, quemadmodum neqz
Mtas sua, potest occludere viam, quin vel aliqui saltem non in
Galliam, et alibi ad hostes se conferant, et q ea in re nulla cul:
pa Mti vræ Sermæ impingi potest, quum semper id ex se ferevit,
quod bono fratri et amico, atqz vere Christiano Regi conuenit,
et q non deberet credere falsis delationibus, quæ a malis ho:
minibus, et pacis turbatoribus plerumqz deferuntur. Et si quid
in his per me scribi velit Serma Mti vræ, vt michi hoc committet,
offerens ei operam meam. Quandoquidem ad nichil fere aliud
hic a Mte vra Serma essem iam per tot annos relictus, q vt
eam mutuam beniuolentiam et coniunctionem, quæ est inter Cæsaream
Mtem, eumqz, atqz Mtem vram Sermam quoad eius a me fieri
posset, redderem indies ampliorem et arctiorem, et q ea in re
nullam vnq diligentiam aut studium omiserim. Respondit, se
id iam habere, et ab ipso Cæsare compertum, et se vicissim
valde clementer michi exhibuit, [ad alia vero data opera,
vt mihi visum est, non respondit, et sic me, cum frequenti Bir:
reti depositione, humanissime a se dimisit. Iste fuit primus
Actus istius Comediæ, quod reliquum est, seruato rerum hic
gestarum ordine, progressus scriptionis feret.

Vnum hoc addendum censui, quod pene omiseram. Interloquens
cum Sermo Dno Ferdinando Rege, commendaui etiam ei negocia

Prutenicum, quod si forsan in his Comitiis super hoc agi quippiam
deberet, vt Mti vrae Serme adesset, neque permitteret, vt
quicquam in praeiudicium Mtis vrae et Regni eiusdem statueretur
ob conseruandam publicam orbis Christiani tranquillitatem.
Quod rationibus quibus potui melioribus deduxi, ad ea, quum
me satis diu serio aspexisset, in leuiusculum risum conuersus
respondit. Ego vos nolo decipere, et aliud dicere quam sentio, quod
michi non conuenit, debetis scire, quod ego iam promisi assistentia
Magistro ordinis in Alemania, et si hoc non fecissem, ego ea
facerem quae petitis. Respondi, quod Mtas vra Serma sibi
non persuasisset, quod ea in re Mtem eius habere deberet in
contraria parte, quum tamen Mtas sua huic parti Serme
Mtis vrae deberet aduersari, qua de re rogaui, vt ob mu:
tui amoris, et Christianę tranquillitatis, conseruationem, huic
ordini, plus ęquo non faueret, ad quod hilariori vultu respon:
dit, non faciam aliud, quam quod ęquitas expostulat. Hinc facilis
est coniectura, quid iste ordo, seu potius confusio, adhuc moliatur.
Et quum iam in hanc materiam inciderim, quędam latius non
abs re scribenda putaui.

Obseruaui hic, quantum a me fieri potuit, Magistri in Alemania,
et ordinis eius consilia, et molimina, fuitque bonus Mgr cum
primis postquam Caesar huc applicuisset, qui querelas et artos
contra Ill. D. Marchionem Ducem in Prussia, et nescio quae
alia proponeret, petens feudum à Caesare, quod vt michi
Ill. Dns de Nassau detulit, in ea forma vt praedecessores
eius in Alemania suscipere fuerunt soliti, concedere Caesar
promisit. Ipse Magister cum suis fratribus, quos paucos se:
cum habet, ad omnes Principes, Comites, et Nobiles Ger:
maniae se ingerit, conquerens hospitale Nationis Alemanicae
per Ill. D. Marchionem Albertum, alieno dominio subiectum,
et a Germanis amotum, omnium implorans opem et auxilium,
habetque Principes plures, cum quibus se plerumque ad Palatium

recipere solet, inter eos est D. Dux Brunsuicen cum fratre,
quem libenter faceret Magistrum in Liuonia, et ipse Magister
summopere desiderat esse in Prussia, qua in re et titulos querit,
et feudum, quod tamen ei, ut spero, non dabitur, nisi in forma
generali, vt aliis in Alemania Mgris datum est. Et quum Mtas
vra Serma quomodo me in his gerere debeam, nullam aliam
instructionem michi dederit, quam si quid aduersum Mtem vram
Sermam, vel dominum Prussiæ Ducem dici vel agi senserim,
strenue et prudenter defenderem, sicut et honos Mtis vræ
Sermæ et mea erga Mtem vram Sermam fides expostulare
videbuntur. Huic mandato Mtis vestræ Sermæ iam in parte
satisfeci, et satisfacio pro virili mea, vbi id expedire cognosco,
indies, Eguissem tamen, si quid in his solidi per me fieri debe:
ret latiori informatione, et singulari mandato, quo fretus et
obiectis respondere, et vbi necesse foret protestari potuissem,
vel de iniuria, aut grauamine, si quod in his Comitiis nego:
ciis Mtis vræ Sermæ iniiceretur, ad præsens hoc feci et facio
quod possum, fiunt hic mirabiles practicæ, et nescio quæ castra
in aere construuntur, et interea quæ potiora sunt negligimus.
De expeditione in Turcas, qui fere in visceribus nostris agunt,
ne verbum quidem, neque video quibus modis aliquid serii
in eos hostes statui possit, quum hic inter nos hostes simus.
Misit hinc superiori die Sermus Ferdinandus Rex, duos
ad Turcarum Imperatorem Oratores, sperans nescio quid
ab eo consequi, et cum ea legatione, factioni aduersæ metum
incutere. Vtinam succedat, et quod hic orbis Christianus componi
possit, ego tamen meo rudi iudicio, nil tale futurum cogno:
scere possum, fortassis tandem Deus nostri misertus, decli:
nabit in nos misericordiam suam, quam egemus maxime.

Accessit etiam, quo hic sumus facti animosiores, quod prima istius
Julij, Sermus Galliæ Rex, liberos suos redemit, datis

duodecim centenis millibus Ducat, et completis Articulis nuper
in Cambray confectis, vnde multorum est opinio, q ea inter istos
Principes amicitia durare debeat, vtinam, nichil hoc tempore
rebus Christianis adeo inclinatis accidere posset oportunius,
et commodius. Sunt tamen qui secus euenturum putant, rei
exitus docebit.

Sed vt reuertar vnde sum digressus, Conuentum fuit, vt scri:
psi in nouissimis, inter Principes, qui Ill. D. Marchioni Bran:
debergen Georgio assistunt, de peticione danda Sermo Ferdi:
nando Regi, quae nichil aliud acredinis in se habuit, q si
dominus Marchio ius suum consequi non posset, ne foret
illi necesse amicos suos iterum pro consilio impetere, et
postq in Ecclesia conuenissemus Illmus Joannes Elector,
et Georgius Duces Saxoniae, Ludouicus Bauariae, et
Albertus Mekelburgiae Duces, cum aliis plerisq ducibus
et Comitibus, defuit nobis Lantgrabius Hessiae, quem quu
aliquandiu expectassemus, et non veniret, processimus in
ordine versus hospicium Sermi Ferdinandi Regis, qui
nobis vsq ad gradus venerat obuiam, et omnes data manu
excepit, et nos in Aulam vbi prandere solet, praecessit.
Quo postq peruenimus, me primum ab aliis seuocauit: et
michi dixit, q egreferre non deberem, se tamdiu michi
in negocio Sermae Mtis vrae non respondisse, negocium eni
hoc matura deliberatione eguisset, responsurum se post hunc
Actum, | habui Mti eius gratias, vicissim inculcans, Mtas
sua etiam non egreferre deberet, q in ea societate religioni
nostrae suspecta, venissem, quandoquidem nichil michi cum
illa aliud esset commune, q Ill. D. Georgii Marchionis
Brandembergen causa Opolien, respondit, non fore sibi ingra:
tum q his rebus interessem, quo vtriusq partis iusticia
notior michi fieret, et sic me humaniter ad locum meu
prope Electorem Saxoniae a se dimisit. Hinc caeptum

est loqui, more Germano, longo sermone, a quodam, cui ab ditibus
hæc prouincia fuit miuncta, et quum hæc absoluta fuisset con:
cio, voluimus secedere, quod Rex non permisit, sed cum suis
Consiliariis se in quendam angulum retraxit, et paulo post Car^lis^
Tridentinus nomine M^tis^ suæ respondit, et peticionem vram in
scriptis dari postulauit. Quod cum factum esset Ill. D. Geor:
gius Marchio loqui cœpit breuibus, petens vt in iuribus, et iu:
sticia sua conseruaretur. Ad hæc Rex ipse etiam Germani:
ce respondit, se omne id facturum, quod æquitas et merita Dni
Marchionis exposcerent, sic conuentus iste fuit dissolutus,
meque relicto in Aula, ipse Ser^mus^ Rex Principes rursus
vsque ad gradus conduxit.
Quum rediisset, accepit me seorsum in angulum, vbi prius
consultauerat, et reposito michi Bireto in caput, dixit, Ser^mo^
Regi vestro sicut prius quum apud me fuistis, gratias habeo
pro salutacione, atque exhibitione per vos facta, et singula:
riter pro ea confidentia, quam in me habet, quod de filiæ
suæ connubio a me petit consilium, et quum in talibus
rebus et arduis non immerito est deliberandum distuli huc:
vsque vobis respondere, et apud me perpendi, quod connubium
hoc de quo tractatur Ser^tis^ eius, et eiusdem filiæ, et dignum
est, et honestum, atque michi specialiter gratum. Nam Ill. D. Dux
Bauariæ Ludouicus consanguineus michi est, et singularis
amicus. Et hæc Ser^mo^ Regi vro, cum multa salutatione,
meo nomine pro responso rescribetis.
Hoc me diligenter facturum obtuli, et pro ea propensione,
qua hoc negocium Ser^mæ^ M^tis^ vræ, prosequeretur, gratias
habui, sicque in omnium conspectu honorifice dimissus, abii,
a Comite Nogarollis, et Dns Bresniger Archimagiro
suæ M^tis^ ad hospicium meum conductus, qui tunc mecum
manserunt in prandio, de multis mecum, quasi de industria
ad hoc instructi disputantes, quæ his inserere duxi superua:

caneum. Et hoc est responsum michi datum, quod prius mittere non potui.

His diebus etiam feci expeditionem meam ad Vrbem, pro obtinenda confirmatione Epatus Culmen, quem michi Mtas vra Serma non ob mea merita, quæ nulla esse censeo, sed ex singulari sua in me dedit gratia, quam vtinam vel saltem aliqua ex parte mereri aliquando possem, ad quod hoc corpus, quandiu in eo spus est, cum omni fide, studio, et seruicijs, quæ vnq præstare potero, Sermæ Mti vræ humillime offero, sic me, Deo duce, semper exhibiturus, ne hoc beneficium nimis indigno contulisse videri et ansam retractandi Mtas vra Serma habere possit.

Et quum iam Mtas vra Serma in hanc me dignitatem ponere dignata fuerit, me etiam in ea conseruare dignetur, et presertim contra Magcum Palatinum Pomeraniæ, qui prædecessoris mei fratris sui, omnia meliora bona, contra æquitatem omnem, et vsum Ecclesiæ Culmen abstulit, et cum his ad Mtem vram Sermam prouocauit, non satis habens, quod ex paupere nobile, cui præter villam Canopat nichil fuit reliquum, factus sit ex Ecclesia Culmen. diues dns, et Palatinus. Qua de re Mti vræ Sermæ humillime supplico, velit eidem Palatino Pomeranię serio mandare, vt omnia quæcunque post mortem fris sui Episcopi Culmen abstulit, et ad se recepit, facto veridico Inuentario, in Sequestrum apud Mtem vram Sermam, vel in alio loco, vbi tutum Mti vestræ Sermę videbitur, vsque ad meum reditum deponat, quandoquidem Rndus olim D. Episcopus Culmen frater eius, in Episcopatu Culmen omnia reperit integra, post mortem Rndi Dni Crapitz prædecessoris sui, vsque ad sandalia et camisias, sic quod ne vnus quidem assis, aut vncia argenti ei fuerit deperdita, et nunc bonus iste Palatinus omnia, quæ prædecessores reliquerunt et pauca quæ frater eius addidit, sibi vsurpauit, non recordatus, quid prius ex eo Ecclesia Culmen fecerit, quum seruiens

apud Rmum olim D. Lucam Episcopum Varmien, ne
equum quidem proprium habuerit, et ad presens arces, oppida,
villas, et Palatinatum per Ecclesiae Culmen prouentus, possi:
deat, quod incomparabili equitati Mtis vrae Sermae summope:
re commendo.

Misi cum lris Sermae Mtis vrae ad Smm D. nostrum pro
obtineda confirmatione cum reseruatione beneficiorum meorum,
quae Mtas vra Serma michi ex singulari gratia reliquit.
lras etiam Mtis Caesaree primas ad Pontificem credentiales,
vt vocant, in personam Oris, quem Mtas sua Caesarea habet
apud Sedem continuum, et alias ad ipsum Oratorem, quibus
negocium obtinende Confirmationis Mtas sua magno cum
affectu committit, vt per modum Breuis, sine grauioribus
expensis expediri possit| Scripsit etiam Smo D. nro Rmus
Carlis Campeius Legatus, ex animo et diligenter: sed michi
dixit, q nequaq per Breue expediri posset, vnde parum
consolationis accepi, q istiusmodi commendaticie michi sint
profuture, quapropter, egi hic cum meis Creditoribus, quibus
debeo sexingentos ducat, vt adhuc mecum habeant pacientia,
et eas peccunias, quae ex stipendio Rlis Mtis michi proue:
nire debent, per Velseros Romam procuratoribus meis de:
stinaui, vt cum illis id quod possunt faciant, Non putassem
q ego etiam contra miseros Florentinos impendere debuissem.

Non possum omittere, quum Mtas vra Serma de singulis
scire cupiat, quin disputationem meam, cum D. Vilhelmo
de Rogendorff, qui Viennae praefuit in obsidione Turcarum,
in noticiam Mtis vrae Sermae deducam. Rogatus fui ad
prandium, vbi erat Ill. D. de Nassau, et Marchio de
Arschot cum quibusdam aliis primoribus ex Camera Caesaris,
fuit inibi etiam D. Vilhelmus de Rogendorff, et D. An:
dreas Vngenad, ex consilio Sermi Ferdinandi Regis

et postq remotę erant mensę, deambulaui in horto cum Ill. D. de Nassan · multa cum eo conferens de rebus Prutenicis, qui in principio durus fuit contra Ill. D. ducem in Prussia, factus tandem ex longiori colloquio mitior, pollicebatur michi apud Mtem Cæsaream operam suam. Et quum sic aliquandiu deambulassemus, suspicatus Dns de Rogendorff nos nescio quae alia tractasse, iunxit se nobis cum domino Vngenad, et is ex composito subinde se dno de Nassan applicuit, et D. de Rogendorff michi, mecumq secedere cepit, et quum id parumper essemus progressi, ex abruto orsus est dicere, Vos domini Poloni noluistis Serm Regem nrm iuuare, et nobis laborantibus adesse, non reputantes apud vos q Turci aliquando futuri sunt vobis propinquiores, et q destructis nobis, vos immunes non sitis euasuri. Quum sic me alloqueretur ad eum etiam modum respondi, nos iam a multis annis aliquo: ties Turcos, et alios plerosq infideles, cum nra magna calami: tate sustinuisse, et fuisse expertos, et neminem nobis Germa: norum, Boemorum, vel Slesitarum vno equo aut asse tulisse suppetias, immo nos etiam ab eis derisos interdum, q à tam vilibus gentibus nos deffendere non possemus, vnde tam crebris in nos irruptionibus factis, quum nemo vicinorum nobis succur: reret, et Thurci vno anno præter solitum, bis incursionem in terras nostras, multis millibus hominum abductis fecissent, et ab alia parte Tartari cum Moscouitis in fœdere Turcaico in nos concitati essent, et orbis Christianus tot intestinis æstua: ret bellis, et quum denique nemo calamitates nostras beneuolis inspiceret oculis, et in animum admitteret, coacti ut necessario a Turcis pacem et Inducias postulassemus, ad quas itidem Sermum olim Ludouicum Regem inducere conabamur, sed per Hungaros seductus maluit infeliciter confligere, eas cu Turcis Inducias, et vtinam adhuc haberemus longiores quibus fidere possemus, nobis infringere neq licuisset, neq licet,

nichilominus et a Turcis q Palatino Transsiluaniæ et a Ser^mo
Ferdinando Rege, q contra Palatinum non iuuerimus, male
audimus, Quum tamen Ser^ma M^tas vestra, neq illi, neq
alteri ferre opem debuit, aut potuerit, ad suos fines ab aliis
infidelibus tuendum intenta, sed pro concordia vtrinq facienda
omnia quæ expedire videbantur, fecerit, Ille subintulit, non
misistis Milites ex Regno Poloniæ pro Voieuoda? negaui.
dicens eos qui in Hungariam erant profecti, sua sponte, et
sine voluntate atq etiam contra mandatum M^tis vræ Ser^mæ
iuisse, et M^tem vram Ser^mam nullum vnq Militem suis im:
pensis in Hungariam misisse, sed inquit permisistis vt irent
ad Voieuodam. Respondi. Sic etiam Rex vester permisit
multos ex suis Dominis, et ex Imperio, cuius fuit locumtenens,
ire in Galliam contra Cæsarem. Ille inquit aliud hoc est
de Imperio. Immo inquam non aliud, sed simillimum, sic con:
uictus rediit ad primum thema, sed vos inquit etiam spectabit
hoc medium, si nobis male cedet, Non ad nos solum, respondi,
ad totum Christianum orbem protendetur, nisi communi omnium
ope restinguatur, neq vires nræ, aut Ser^mi Ferdinandi
Regis tantę sunt, vt ~~Tartharorum~~ Turcarum immensę potentię, resistere
possint, presertim quum iam totam fere Vngariam sub pote:
state habeant, fuissetq satius, vt illam modis quibuscunq inte:
gram conseruassemus, quod postq facere noluimus, iam experti
sumus, quid acciderit, et vtinam non subsequantur peiora.
Sic nobis colloquentibus, adueniens Ill. Dns de Nassau, dispu:
tationem hanc nram interpellauit. Quam igitur M^ti vræ
Ser^mæ ita vt habita est, descripsi, quo liquidius cognoscat,
quid hic volgus Curiæ loquatur, quum illi qui primi sunt
in consilio, dicere talia non verentur. Inde iterum cum
dno de Nassau deambulando secessi, et inter alia, hoc collo:
quium cum dno de Rogendorff, ei recensui, ad quod michi
dixit, non esse incommodum, vt aliquando super his cum Ser^mo

Ferdinando Rege conuenirem addens, non dico sine causa! hinc
subinde quesiui oportunitatem, quo id fieri posset conuenientius,
quae, vt ex sequentibus Mtas vra Serma intelliget. seipsam
se obtulit.

Venit ad me missus a Sermo Ferdinando Rege, D. Bresniger
Mgr coquinae suae Mtis, et honorificis verbis pro Dnica praeterita,
me ad Mtem eius inuitauit ad prandium, quod quum negare
non licuit, eo michi fuit gratius, quo colloquium hoc, quod cum
Mte illius desiderabam, videbam michi offerri liberius, quum
itaque postero die pro me esset missum, inductus fui in hortum
adiacentem domui Regiae, in eo fuit area asseribus obtecta,
et antiquis pannis aureis ornata, inueni ibidem etiam Sermi
Angliae Regis Oratorem, cum Aulicis plurimis, Regem expe:
ctantibus, qui quum veniret, sequebantur eum Nuncius
Pontificis, Sermi Regis Galliae Orator, cum Venetorum,
Ferrariae, et Mantuae Ducum Oratoribus: quumque humaniter
essemus excepti, et Rex manus lauisset, ad nos itidem aqua
fuit delata, post ablutionem consedimus. Rex prior, et pro:
pe illum Nuncius Pontificis. hinc Galliae, Angliae, et ego
Oratores, deinde reliqui, ferebantur sed semper tria fercula
iuncta ante Regem, et alia tria similia ante nos, eodem
modo cocta, factaque fuit ista ferculorum prolatio, durante pran:
dio, decies, Regio luxu omnia instructa, dulcique Musica, quae
ibi frequens fuit condita, Inter prandendum Sermus Dnus
Rex libere fere cum omnibus colloquebatur, de variis, et
deuentum ad Germaniam. quam dixit, si vnius esset Dni,
vt Regnum Franciae, aut Angliae, nullum esse in Christianitate
Regnum Potentius, et dixit de Ciuitatibus 72 de Hense,
quas Vandalas vocant, subiacentes Imperio, quod illae solae
possent plurima, et ignorabat Mtas sua, quod vocarentur vandalae.
vnde de Vandalis habuimus sermonem, quos lingua vti
Polona asserebam, sicut Cassubae, et adhuc in hodiernum

quidam rustici in propinquis villis Luben, dixitqz de his septua:
ginta duabus Ciuitatibus plurimas non subesse Imperio, vt est
in Moscouia, Nouogardia; In Liuonia, Riga et Reualia, In parti:
bus Germaniæ Inferioribus, Antuerpia, Brugis, Gandauum,
in Prussia Mti vræ Serenissimæ subiecta, Gdanum et Elbingum,
quæ tamen malo quodam abusu, sub Imperium vocarentur, quum illi
non pareant, Rex respondit, se aliter edoctum, sed si sic esset,
aliter etiam rem habere, et quum post alios plerosqz sermones,
finis esset prandii, post datam aquam mensam reliquimus, et sic
stantes, Mtas sua primum vocat ad se Oratorem Franciæ, et cum
illo colloquebatur, aliquandiu, deinde illo dimisso, qui ad me appli:
cuit, habuit sermonem cum Oratore Veneto, Ego interim cum
Oratore Gallo viro admodum humano colloquebar, is michi dixit,
q Regi dixisset, quum iam dominus suus Serenissimus Rex Franciæ,
omnia exequutus esset, et compleuisset, quæ per tractatus nouissimos
in Cambray fuissent conclusa, et sororem eius in Coniugem duxisset,
dandam esse operam, q ista mutua amicitia et coniunctio quam diutissi:
me duraret, innuendo, ne iterum preberent ansam nouis turbis,
quæ facili ex causa animis prius in sese exulceratis, et nondum
satis, ex recentibus plagis, consolidatis, oriri possent. Sic nobis
colloquentibus, accessit Rex, et quesiuit quo sermone loqueremur,
respondimus et Italo et Hispano, dixit ad me, quid vobis videtur
iste Gallus, qui vltra viginti annos versatus est in Italia,
an aliquid intelligat, respondi, non aliquid solum, sed plurima,
et hinc cognoscens, q mecum seorsum loqui voluit, relicto Ora:
tore Gallo, ad eum me contuli, et prior exorsus habui Mti
eius gratias, pro honore, quem Serenissimæ Mti vræ in meam
personam exhibuisset, et sicut in prima audientia inculcaui,
q Mtas sua, neqz per Nationes odio in sese flagrantes, neqz
per eos qui Serenissimæ Mti vræ fortassis male vellent, aut per
illos denique, qui mutuum amorem et coniunctionem, inter eam
et Mtem vram Serenissimam ferre non possent, se duci permitte:

ret contra M^tem v^ram Ser^mam, compertum enim haberem, quosdam, qui sunt de primis Consiliariis eius, nō admodum bene affectos M^ti v^rae Ser^mae, et recensui ferè omnem Historiam disputationis inter me, et D. de Rogendorff habitę, quemadmodum illam in superiori folio descripsi, concludens, M^tem v^ram Ser^mam non abs re graui cum molestia ferre, nomen suum, et apud Cæsarem, et apud M^tem eius, aliosq₃ Christianos Principes, istiusmodi iniquis modis traduci, q̄ scilicet, M^tas v^ra Ser^ma Regi Joanni fauere deberet, et cum Turcis ac cum Lutheranis consilia aut conspirationes facere, quae omnia longissime abessent a cogitatione et voluntate M^tis v^rae Ser^mae. Rogaui itaq₃ M^tem eius, q̄ sibi de M^te v^ra persuadere deberet, illam semper in boni fratris et amici, atq₃ in officio Christiani Principis sinceriter et constanter mansisse et mansuram perpetuo. Ad hæc ille alacriori vultu respondit, et his ferme verbis, quantum memini. Ego libenter vos vocaui, et vbi possum honorem domini vestri libenter procuro, neq₃ etiam credo aliud, q̄ q̄ D^ns vester, bonus meus sit frater et amicus, etiam si forsan aliter michi diceretur, non possem credere, et decreui in fraterno amore ac vicinitate cum eo viuere semper. Sed tamen, vt vobis ingenue ~~fatear~~ ditam, nam liberius pro antiqua noticia vobiscum loquar, velim q̄ melior vicinitas in finibus Slesiæ conseruaretur, Jbidem obserantur et clauduntur viæ, ne sit vicissim liber transitus, et hoc fuit prius factū propter Lutheranos, qui mei esse dicebantur: Quum tamen Rex vester Lutheranos apud se, et sub se habeat et foueat, ad præsens vero nescio cur fiat, non sunt clausę viæ omnimode, sed fere idem est, nam mercatores, per quatuor aut quinq₃ dies in finibus detinentur, cum magno eorum detrimento, vnde velim q̄ scriberetis Regi v^ro, meliori modo, vt huiusmodi impedimenta, quæ non sunt bonæ

vicinitatis tollerentur, nam ego cum eo libenter vellem in bona vicinitate viuere, et rogo scribite diligenter. Ad haec respondi. Quod haberem M^ti suae gratiam pro ea in Ser^mam M^tem vestram propensione, et quod vicissim M^tas vra Ser^ma nichil magis cupiat, quam in omnibus cum M^te sua conuenire, et illi, vbi vnque possit gratificari. De his nouis impedimentis in finibus Slesiae, michi nichil constare, M^tem quoque suam prudenter fecisse, quod ista michi scribenda comiserit, meque hoc diligenter facturum obtuli. Quod vero M^tas sua diceret, prius iter ex Polonia in Slesiam propter Lutheranos fuisse clausum, hoc inficias iri non posset, si quidem res tum sic se habuit, sed quod ad praesens M^tas vra Ser^ma fouere diceretur Luteranos, hoc non posse concedi, quandoquidem M^tem vram in eos seuerissime animaduertisse in dicione sua, nemini esse incognitum. quo factum fuit, quod hucusque Regnum et Dominia M^tis vrae Ser^mae ab istiusmodi labe manserint immunia, praeterquam ea pars Prussiae, quam M^tas vra Ser^ma ob maiora inconuenientia, quae istis turbulentissimis temporibus oriri potuissent, Ill. Dno Marchioni Alberto in feudum concessisset, qui, quod professionem suam reliquerit, illi, et non M^ti vrae Ser^mae diluendum incumberet: M^tas vra Ser^ma istum Ordinem neque instituisset, neque destituisset, permisissetque in his rebus, quae religionem spectant, iura sua omnibus integra, id solum vsurpans, quod in Jurisdicione terrarum Prussiae et debito inde omagio praestando, ad se spectabat. Et quum istiusmodi sectas fortassis sua, atque etiam Caesarea M^tas, in terris suis et Imperio tollerare possent, et nunc in medio illarum agerent, tractare deberent, vt aliquid solidi in comune, pro tranquillitate Reipublicae Christianae statueretur: M^tem vram Ser^mam ad ea non defuturam.

Ad hoc respondit, Non dixi vobis ista ad eam intentionem vt vos intelligitis, sed vt intelligeretis quomodo ista impedimenta fiant. Respondi, me satis bene intellexisse, igitur

me etiam latius ista Mti eius declarasse. Subintulit, sunt aliqui apud Regem vestrum, qui istas nouitates, et impedimenta faciunt, de Rege ego michi omnia bona persuadeo, fortassis dixi sic possit esse, Mtem suam etiam habere Consiliarios, per illos tamen non semper ea fieri, quae vel grata essent, vel in noticiam suae Mtis peruenirent, Respondit ridendo, fortassis. Et conclusit rogando, vt ista Mti vrae Sermae diligenter perscriberem. Sic fuit discessum, et Dni Oratores vnamecum Mtem eius sequebamur, quousque appropinquaret Palatio, ibi nolens vt vlterius sequeremur, nos humanissime dimisit.

Ex hoc colloquio, sicut scripsi, habito, Mtas vra Serma percipit, quo in cardine res versatur, si quid apud nos minimum fiat, hic maximum habetur, et si quid tale hic admittitur, volunt, quod apud nos aestimari non debeat. Hic in Regnis et Dominiis suis statuunt hoc quod volunt, quod alibi nollent esse liberum. Fuit apud me D. Georgius Loxanus, qui superioribus annis tamdiu apud Mtem vram Sermam egit Oratorem, ab eo, quomodo hoc negotium habeat de his impedimentis latius cognoui, Dixit michi quod Regi suo delatum sit Mtem vram Sermam Posnaniae mandasse fieri depositorium, vt vocant, vbi mercatores volentes Regnum egredi per aliquot dies immorari coguntur, et hoc Vratislauien. et Slesitas male habet. Qua de re dicebat Regem suum Mti vrae Serme scripturum. quemadmodum etiam in negocio arresti Ludouici Pruesser, eas lras manu Regis cum simplici Ferdinando subscriptas michi legit, volunt quod omnia ex nra parte clara esse debeant, et in ea vicissitudine nobis admodum raro respondent.

Redditae michi hic fuere lrae Mtis vrae Sermae iiija April. Dat. Crac. quibus michi committit causam Illi Dni Ducis Prussiae, et vt his in rebus ad Illm D. Georgium Loxanum

Marchionem Brandemburgen, vbi res exigeret confugerem, et consilio Dni Georgii Klingenbek vterer, qui aliquot hic diebus egit, et mecum frequenter conuenit, vtque est vir industrius, inter nos de multis contulimus, quae ad eam causa spectant, et quum intelleximus, quod ille de Crouenberg Mgr ordinis in Alemania cupiat a Caesare feudum, et titulum magni seu Magistri generalis, qui titulus sine praeiudicio superioritatis Mtis vrae Serenmae concedi non posset, elaboraui quantum potui, praesertim apud Ill. D. de Nassau, quod hoc feudum non extra Germaniam, et in praeiudicium superioritatis Mtis vrae Serenmae, quam habet in totam Prussiam, se extenderet, Consuluitque michi Dns Comes de Nassau, vt ea de re Mtem Caesaream conuenirem, quod cum facere decreuissem, incidit Mtas Caesarea in quendam catarrum, sic quod aliquot diebus a Negociis abstinuit. Interea nescio quid Magister Ordinis cum suis fratribus apud Serenmum Ferdinandum Regem tractarunt, timentes forsan ne Klingenbek illorum obesset moliminibus, induxeruntque vt certa est suspicio, Regem, quod credidit ipsum Klingenbek habere Cōmissiones tractandi cum quibusdam Principibus ex parte Palatini Transsiluaniae, qua de re conclusum fuit, quod capi debuit, vnde certior factus, amicorum vsus consilio, hinc secessit, quod profecto male me habuit, fuerat enim in ista causa non parum michi vtilis. Ille libenter, si tuto licuisset, ex ea suspicione, et coram Caesare, ac coram ipso Rege, se purgasset. sed grauiora timuit, quae a suspiciosis plerumque iustis et innocentibus ingeruntur.

Post aliquot deinde dies, quum Caesar conualuisset, et sciret me iam aliquoties petiisse colloquium, misit ad me, vt venirem ad se, ante Missam, quod solet esse prope meridiem. mane fueram vocatus (vt paulo post scribam) ad Conuentum Principum ab Ill. D. Georgio Marchione Brandemburgen, etc vnde postque cum Caesare in Cubili eius conuenissem, prior se excusauit

q ob malam suam dispositionem, prius me admittere non potuisset
Exposui ei, q intellexissem, Mtem suam decrevisse Mgro Ordi:
nis in Alemania, concedere feudum, quod si fieri deberet, ro:
gavi nomine Serenmae Mtis vrae, ne hoc faceret cum praeiu:
dicio iurium et superioritatis Mtis vrae Serenmae, concederetq
hoc in forma generali super his bonis quae Mgr iste in Alema:
nia possideret, nihil vel titulorum, aut aliarum rerum novi ad:
dens, et nulla in re mentionem Prussiae facien, quae pleno
iure ad Regnum Poloniae spectaret, unde Magistri Prussiae
nunq prius accepissent feudum ab Imperio: sed plerique a Re:
gibus Poloniae, illisque homagium praestitissent, qua re Mtas
sua in his rebus non deberet accelerare vel permittere q
quicq in ista feudi concessione Magistro in Alemania inno:
varetur: Ad haec Caesar respondit, verum esse q Mgro
Ordinis in Alemania pollicitus sit concedere feudum, et
nescire aliud, q q ea forma qua prius, fieri debeat. Magistrum
tamen illum proposuisse contra Albertum Marchionem Bran:
denburgen, qui quondam fuit Magister in Prussia, et nunc
abiecto habitu et religione uxorem duxisset, terrasque Prussiae
à Mte vra Serenma in feudum accepisset, addens: est ne
ita ut dicitur? Non negavi sic factum esse, sed quo Mtas
sua scire posset, unde hoc feudum Mtas vra Serenma Iure
solet conferre, caepi in compendio Historiam Prutenam re:
censere, Prussiam scilicet semper subfuisse Regno Poloniae
et q quum quondam per multos annos in Regno fuisset sine
Rege inter regnum, quidam Masoniae Dux sibi Prussiam
usurpasset, quam postq omnimode subigere non potuisset,
advocasset in adiutorium quosdam fratres de nigra Cruce
ex Alemania, qui tunc paulo ante ex Hierosolymis fuerant
expulsi, dando eis, quod suum non erat, dominium, in quadam
parte terrarum Prussiae, ea condicione, quod si communibus
viribus reliquam Prussiae partem occuparent, eam inter se

diuiderent, et primam donationem relinquendo, ipsi fratres ex terris eis datis, cederent, / quod pactum non obseruantes, paulo post facti Duci Masouiæ rebelles, in ipsum arma sua verterunt, et indies, quicquid occupabant, sibi reseruarunt, quousque scysma hoc perniciosum Regno esse Poloni considerantes, iterum sibi Regem delegerunt, qui et eius posteri, ad hæc vsque tempora, cum his fratribus ad recuperandum ablata, bella plurima gesserunt, cum non parua sanguinis Christiani effusione, sæpiusque Reges Poloniæ, quum contra infideles progrederentur, a tergo hos fratres habuisse hostes, et nunquam a trecentis ferme annis, solidam pacem toties confectam, cum illis habere potuisse, quæ intra quinquaginta annos per eos grauissimo semper bello recrudescente non fuisset rupta, nunquamque illos fœdera, et superioribus annis pacem perpetuam, per Legatum Pontificis et Oratores alios seruasse, qua de re ante decem annos nouissimum hoc bellum in Prussia fuisse exortum, fuissentque tum fratres isti vnacum Ordine per Mtem vram Sermam eiecti, nisi Smi D. nri et suæ Mtis Oratores cum aliis ad hoc missis, Quadriennales inter Mtem vram Sermam et eum Ordinem fecissent inducias, quibus stantibus, quum Marchio Albertus, tunc Magister Ordinis generalis, omnia tentasset, et se longe inferiorem potentiæ Mtis vræ Sermæ cognouisset, iampridem Lutheranismo infectus, et omnium ope destitutus, ad homagium præstandum Mti vræ Sermæ animum induxisset, nam quod hoc solum tamdiu facere reluctabatur, ad arma fuerat deuentum, vnde ne illa iterum experiretur, ad benignitatem Mtis vræ Sermæ confugisset, et debitum hoc tandem homagium præstitisset. Quo Mtas vra Serma permota, et ob multa inconuenientia euitanda, quæ si iterum bellum recruduisset, ab illa Germaniæ parte oriri, et Mtem vram Sermam a defensione contra Infideles retrahere potuissent, ex vi et iure superioritatis, quod Mtas vra Serma in terras Prussiæ habet. eas terras cum

titulo Ducatus, quas tunc possedit in feudum ei concessit, Nichil
ab illo alind exigens, q̄ debitum homagium, quod prius ante
illum aliquot Magistri Ordinis praedecessoribus Mtis vrae Serme
praestitissent, ꝙ vero reliquisset religionem et habitum, hoc
Mtem vram Sermam illi neq; iussisse, neq; prohibuisse, quod
id ad Mtem vram non spectet. Reliquisset igitur S. D. nro,
et Mti suae Caesareae, si quid eo in casu contra illum iuris ha:
berent, omnia integra, sed audio inquiebat Caesar, ꝙ Rex
vester eum tueatur et defendat in Luteranismo. Ad hoc
respondi, ꝙ Mtas sua non recte esset informata, et ꝙ forsan
esset oblita, quid ea in re Mti suae in Valleoleti ante quatuor
annos nomine Mtis vrae Serme dixerim, et in scriptis dederi,
Mtem vram Sermam iustis rationibus excusan, ꝙq; Mtas vra,
quae alias huic sectae non volgariter est infensa, et plerosq;,
quos in potestate sua habuit, castigauerit, illum in Luteranismo,
nunq̄ sit defensura, sed terras suas quas ei in feudum dederit,
si qua vis contra illas ingrueret, ab hostibus assertura, proinde
Mtas sua Caesarea accurate perpendere deberet, ob oculos ponens
Orbis Christiani tranquillitatem, quam iam magna ex parte
restituisset, ne quid noui hic statueretur, praesertim in hac
feudi concessione, quod prius in vsu non fuisset, quo fortassis
grauiores turbae, q̄ prius nasci possent, Addidi etiam si quid
Magister iste Crouenbercen de Alemania haberet contra
Marchionem Albertum, quod religionem concerneret coram
Iudice ordinario illum conueniret, et non se in Mtis vrae
Sermae Iurisdictionem intromitteret, aut illam quouis modo
attingeret, quandoquidem eum inde parum lucri reportaturum.
Respondit Mtas Caesarea. Ego credo ꝙ in ista feudi concessio:
ne, nichil aliud fiet, q̄ id quod prius solitum est fieri, nichi:
lominus, loquimini cum Epo Constancien Walthirch, de for:
mula concessionis, ab illo omnia intelligetis. Inde incidit
sermo de Scipione de Suma, de quo Sermae Rli Mti scripsi,
S

In toto hoc colloquio se humanissime erga me habuit, et sic à se dimisit.

Cum Episcopo Constancien, qui prius fuit præpositus de Valthirch et ad præsens vivente adhuc, vero Epo Constancien, titulum hunc per resignationem vsurpauit, longa michi fuit olim consuetudo, ab eo tempore, quo adhuc à Mte vra Serma apud Maximilianum Imperatorem, cui Deus æternam beatitudinem concedat, agebam, et his nouissimis annis in Hispania, qua de re nunctiaui illi, q michi cum eo ex commissione Cæsaris esset colloquendum, ille referri michi commisit, vt cum Ill. D. Joanne Alberto Marchione Brandeburgen nepote Mtis vræ Sermæ venirem ad prandium. Quod quum fecissemus bene nos tractauit, et quum à mensa surgeremus, innuebam ei, quod michi cum eo esset loquend, ille michi respondit, q illico, expeditis nescio quibus mecum velit congredi, et inde clanculum se abstraxit, et se, relictis nobis, in Camera sua occlusit, vnde quum aliquandiu cum Dno Marchione expectassem, consideraui, q furciferis illis addictus, fugiebat colloquium, abii itaq, et postero die Ill. D. Comitem de Nassan conueni, et ei indignitatem hanc cum tota historia recensui, quod et ille certe indigne ferebat, dixitq Dno Cornelio Scepero vt illum accederet, et ab illo exquireret, quibus modis feudum Magistro de Crouenberhg concedi deberet, qui quum ad eu venisset, et illud exquireret, respondit se nescire, sed tamen mox iturum ad consilium, et cum Dno Palatino Rheni Frederico ea de re colloquuturum, quo quum vna et D. Cornelius iret, offendit inter eundum D. Comitem de Nassan, cui dixit se negocio commisso intentum, fecitq in consilio istius rei mentionem, vnde illi fuerat responsum, vt michi diceret, q feudum hoc concedi deberet in generali, ea forma qua Magistris in Alemania concedi prius fuerit solitum, nichilq in præiudicium Sermæ Mtis vræ in ea concessione futurum, nullam etiam Prussiæ fieri debere mentionem, Et Cæsarem, neq illa, vel alia qua:

cunqz in re Mti vrae Serenissimae aduersari, sed se semper, vt bonum fratrem et amicum, Mti vrae Serenissimae exhibiturum. Quum hoc responsum visum michi fuisset non inconueniens, nichilominus tn quia multa, nulla etiam de causa hic quandoqz mutari solent, verebar ne anguis in herba lateret, et misi subinde ad D. Comitem de Nassan, rogan vt apud Mtem Cæsaream efficeret, quo et ego in huius feudi concessione, et eius ceremoniis interesse possem. Et Dns Comes simulans podagram ne huic Actui interesset, misit ad Cæsarem hanc meam petitionem, qui michi responderi iussit. Quum alii Oratores in eo Actu non essent futuri, non esse necessarium quod ego adessem. Hoc responsum remisit michi D. Comes, duabus forsan horis anteque Cæsar ad suggestum ad eas Ceremonias erectum in foro peruenisset, nunctiando michi, quod et ipse ad eum Actum venire non posset ob malam valetudinem, proinde, si ei facere velim societatem, vt venirem in Alea certaturus. Renunctiaui me esse in continua sciptione, quod pro hac vice boni consuleret.

Eodem die, hoc est, XXVIa huius, quo iste feudalis actus celebrari debuit, venit mane Tabellarius in postis ex Francia qui nouum attulit, Cæsari filium secundo genitum mortuum esse in Hispania, quod tamen hunc Actum non impediuit, nam alia nouitas non parum Cæsarem exhilarauit, scripserat enim Regina Franciæ, soror Cæsaris Leonora, quod a Rege Coniuge suo optime et magno in amore, honorifice tractaretur, et quod illico post consumatum matrimonium, postero die in Baiona Rex Franciæ in peccuniis et aliis muneribus sibi dedisset plusque centum millia Ducat. Ea res Cæsarem in alacriorem spem erexit, animumqz eius et Serenissimi Ferdinandi Regis plurimum auxit. Qua de re feudalem istum Actum, longe secus quam michi eodem etiam die responsum et dictum fuit, celebrarunt. Cuius seriem, quum ipse non interfuerim, ex

fide digna relatione, annotandam duxi. Die quo supra, horam post secundam venit Cæsar cum Rege in Pontificalibus cum aliis Principibus ad suggestum ad hoc erectu, et in sede sua inter Electores consedit medius, a dextra habuit primum Maguntinum Carlem inde Regem Sermum Ferdinand, post illum Treverien, et Comitis Palatini Rheni Oratores, In sinistra Archiepiscopi Colonien Oratorem, inde Ducem Joannem Saxoniæ, et post illum Marchionem Joachimum Brandemburgen Electores. Sedebantque Cæsar et Rex coronis suis ornati, reliqui in habitu quottidiano, Et inprimis, quum ter circum suggestu obequitassent Dux Pomeraniæ cum fratre et Principibus sibi iunctis, prælatis vexillis, vt moris est, ascendit ad suggestum, et a Cæsare præstito iuramento feudum suscepit. Ibidem Ill. D. Georgius Marchio Brandemburgen de iure suo in Pomeraniam protestabatur. Quod Marchio Joachimus, accepta non parua pecuniarum summa, remisit, quemadmodum ipse D. Marchio Georgius, ex cuius ore, et reliqua huius Actus scribo, michi recensuit, paulo post, fertur acclamasse Marchio Joachimus, qui cum Duce Georgio Saxoniæ, negocium Ordinis liquido procurare videbantur, vbi nunc est Magnus Magister. Ille, quum etiam vt alii obequitasset cum vexillo, vno rubeo, et alio cum Cruce, habente Aquilam nigram in medio, premisit ad Cæsarem Hoierum de Mansfelt, Wolfgangum de Montfort, Vlricum de Helfenstein, Comites, et alium Comitem fratrem Ordinis Joannem Hohenloe, qui facta reuerentia, per Comitem Helfelstein prolocutorem, Mtem Cæsaream rogarunt, nomine Valteri de Cronemberg Commendatoris Francfordien, quod illi vt electo in magnum Magistrum Ordinis Theutonicorum terras in Germania, et Italia, etiam terram Prussiæ, quam Marchio Albertus ante aliquot annos, ab ordine et Imperio alienasset, relicto promisso, quo Mti suæ pollicitus fuerat, eam terram se a sua Mte suscepturum in feudum concederet

Inde acceßit et ipse Mgr de Cronemberg, et asseruit hoc qd suo nomine erat, petitum. Ad quam postulationem Mtas Cæsarea feudum hoc, ut petitum fuerat (q infelix sit et infaustum) concessit / Commendator Linomen, qui paulo ante huc venerat, cum alio quodam vexillum Magistri portarunt. Post istum Actum Marchio Joachimus Brandenburgen Elector, et Dux Georgius Saxoniæ novo huic Mgro, publice felicitatem precabantur. Et Dux Georgius clara voce dixit Ay Margraff Albrecht. hat ubel gehandelt. Sic istę ceremonię habuerunt finem quibus libenter interfuissem, et fortaßis a protestatione non temperassem, sed quum hoc Cæsar admittere noluit, aliud facere non potui. Adhuc si quid fieri debet, q Cæsar in feudum Mtis vræ Serenmæ manum miserit, quod prius Mtas vra concesserat, satis superest temporis. Hæc sunt scilicet ista verba, quæ Cæsar michi dixit. Et quæ ex parte Cæsaris, quatuor horis ante feudi concessionem. Comes Palatinus Rheni et Constancien Walthirch michi nunctiarunt: præsensi certe ita futurum, presertim quum Valthirch michi negabat colloquium, et quum Cæsar noluit, ut his ceremoniis interessem. Sed non fuit in facultate, ut sine mandato Mtis vræ Serenmæ aliud facerem. Adhuc Mti vræ Serenmæ integrum est huc mittere, vel me edocere, quid in his fieri velit. Male me profecto ista habuerunt: adeo etiam cholera percitus, q ne scribere hinc aliquandiu potuerim. Et quamvis in istius feudi collatione nichil tactum est, illarum terrarum Prußiæ, quas Mtas vra hucusq possedit, neq ex eis quicq deceßit, aut in futurum decedere potest, nichilominus quum Imperatores prius Magistris et Ordini, terras Prussiæ in feudum concedere non fuerint soliti, sed iam aliquot Mgri præstito homagio, eas a Mte vra Serenma et eius prædecessoribus in feudum accipere consueverit, istiusmodi conferendi novitas, quæ ex diametro repugnat superioritati et

Jurisdictioni Mtis vrae Sermae nequaq est ferenda / quod reli:
gionem spectat, hoc ipsi viderint quorum interest, nihil tamen
superioritati Mti vrae Sermae detrahi deberet, quam Deo duce
Mtas vra Serma integram est conseruatura, statuant et faciant
quicquid velint / Nos hic adeo priuata ista curamus, per quae animi
Christiani in sese magis indies exasperantur, vt ea quae publica
sunt, et communem omnium vtilitatem, immo defensionem contra
potentissimum Christiani nominis hostem, concernunt, omittamus,
plaga Dei est.

Post hunc Actum, decreueram illico conuenire Caesarem, sed quum
quosdam affectus et impetus in me commotos, cohibere me non
posse sentirem, et recenti Plaga saucius, ne forsan quicq vehemen:
tius, aut imprudentius effutirem, quod nullius vsui foret et
obesse rebus nostris posset, continui me, obtulit se tamen paulopost
oportuna occasio, ipso ferme tempore quo ista scriberem, qua cōmo:
dius hoc fieri potest,

Misit hodie XXVII Julii istius, versus noctem ad me Sermus
Ferdinandus Rex, Dnum Doctorem Venceslaum, et D. Georgiu
Loxanum, postulans, vt cras a prandio Mtem eius conuenirem,
quod michi apprime fuit gratum, collegi igitur ea anteq dormirem,
ex historiis nostris, quae michi expedire videbantur, praesertim,
qualiter, Venceslaus Romanorum et Bohemiae Rex Anno
1.3.9.3. omnes fratres ordinis Theutonicorum, ex Regno
Bohemiae expulisset, ad quae non pauca michi succurrent dicen:
da, et quomodo Martinus Trestar, et Joannes de Tiffen Leopoli
mortuus, Ordinis Magistri in Prussia, et nouissimus Dns
Marchio Mti vrae Sermae et eiusdem praedecessoribus homa:
gium praestitissent, nichil ea in re commune habentes cum
Imperio. Et quod praeterea Maximilianus Caesar praeclarissimae
memoriae, in Conuentu Viennen ore et lris suis patentibus
manu eius subscriptis, pro se et nepotibus suis Mti vrae
Sermae promisisset, Mgrm et Ordinem se nunq adiuturum

aut quauis in re contra M^tem^ vram Ser^mam^ assistentiam, praebiturum, quodsi nunc istarum lrarum renouationem et confirmationem haberemus, non foret inutile, habui ante noue annos, quum me secunda vice M^tas^ vra Ser^ma^ mitteret in Hispaniam ad Caesarem, autenticum earum transsumptum mecum, egiqz hoc confirmationis negocium, quod Caesar, cum plena facultate faciendi, ad Ser^m^ tunc Archiducem, Ferdinandum, fratrem suum misit. Inde postq ex Hispania rediissem, misit M^tas^ vra Ser^ma^ Mag^cum^ D^num^ Castellanum Cracouien. Cancellarium, cum aliis et cum isto negocio, ad ipsum Ser^m^ Do. Ferdinandum, sed qua de re confectum non fuerit, me praeterit, Si adhuc transsumptum hoc, quod R^mo^ D^no^ Cracouien Episcopo reddidi ad me mitteretur, saluo tamen meliori cuiusuis iudicio non videretur michi absurdum, vt cum nouo mandato cum Caesare et Rege, pro confirmatioe obtinenda tractaretur. Qua in re, quid faciendum sit, M^tas^ vra Ser^ma^ pro incomparabili sua prudentia, non omittet.

Sic itaqz munitus, quum postero die sperabam me Ser^mum^ Regem accessurum, venerunt ad me ante horam nouam medii horologii hesterni, D. Doctor Venceslaus et Loxanus, et coepimus vna ientaculum, circiter horam vndecimam, quam dicebant michi assignatam, Regem mecum aditurj, misimus tamen vnum ex familiaribus nostris, vt expectaret tam diu in Curia, quousqz audiret Regi mensam parari, et nobis hoc illico renunciaret, qui quum ad Curiam venisset, subinde post horam nonam, inuenit Regem iam pransum, et equum ascendentem in venationem iturum, sic frustratus, diem istum et spem conceptam amisi, Nescio quid Regi in mentem venerit, suspicor q etiam inductus, veluti Constancien Walkirch colloquium fugiat, quod tamen si quando michi dabitur, tale futurum est, vt concepi.

Hæc omnia ideo copiosius Mti vræ Serenissimæ descripsi, vt ea quæ hic fiunt clarius intelligat. Ego pro meo rudi intellectu adhuc nichil boni hic futurum video, et vereor ne hoc Euangelium prope sit, Insurget gens contra gentem etc. neq omnia libere ausi scribere, metuens ne huic Cubiculario, quem igitur diutius retinui, vt coram quæ viderit et audierit, referat, insidiæ pro intercipiendis literis struantur. Mundus nunc est mirabilis, et nusquam tuta fides. Inclusi et ergo quasdam notas seu Ciphras, si deinceps erit quicquam scribendum secretius, vt his vtrinque vti possimus.

Ad Historiam de Ill. D. Georgio Marchione Brandenburgen, quam in superioribus paginis omisi, michi redeundum est. XXIX huius, vt scripsi, missum fuit pro me, vt venirem in Conuentum Principum, amicorum Dni Marchionis, erantque ibidem Ill. Dns Joannes Dux Saxoniæ Electorcum filio, Lunenburgiæ et Mekelburgiæ Duces, cum plerisque aliis Comitibus et Principum Oratoribus, et postquam more solito consedissemus, proposita fuerant responsa Sermi Ferdinandi Regis, quæ ad petitiones nras, pro Dno Marchione, data fuerunt. Et primum super Ducatu Opolien et Ratiborien, quod Serenissimus Rex Ferdinandus, ob instantiam Statuum Regni Bohemiæ, non posset aliud Dno Marchioni dare responsum, quam hoc quod nouissime Pragæ Oratoribus eius dederit, Hoc est, quod iure experiretur Vratislaniæ in Aula Regia, vbi et non alibi, causa hæc decidi debet, quod si ibidem cognitum fuerit, Regem confirmationem dare debere, nullam moram in ea confirmatione futuram. Et quod ea in re Rex nulli partium fauere, aut adherere velit, quo minus iusticia fiat eumque in hac causa, propter iuramenta Regno Bohemiæ præstita, aliter facere non posse, vnde nos, qui pro Dno Marchione intercessimus rogari, vt ipsum D. Marchionem induceremus, ne Regem ea in re vlterius molestaret. aut de Rege incompositis verbis aut scriptis, quod iam aliquoties esset factum, oblo:

queretur. Regem enim in hac causa, quemadmodum solet in omnibus alijs, nichil aliud acturum, quam hoc quod bono et iusto Christiano Principi conuenit. Ad ea, quae Dominus Marchio Georgius Ser^{mo} olim Ludouico Regi et Reginae in mutuum dedit, et de solutione Castrorum, quae Dna Reginae in Vngaria vendidit, responsum etiam fuit sicut prius, Ser^{mum} Regem Ferdinandum, quum pacatam Vngariam totam habuerit, debitum hoc soluturum, vnacum pecunijs pro Castris, aut ipsa etiam Castra redditurum. Quod spectat debitum triginta millia Ducat. promissum a Rege Ill. olim Cazimiro Marchioni, et eius heredibus, inscribi in bonis Archiducatus Austriae, Responsum in priori forma, quod habita Hungaria, hoc debitum ibidem filio Marchionis Casimiri inscribi debeat. Ad ista D. Marchio Georgius iussit coram nobis legi quasdam scripturas Replicatorias. Quod cum primo responso nequaquam possit esse contentus, quum ipse restitutus possessioni, conueniri debeat, et non esse Actor, allegans multa iura sua, quodque iniquum foret, sic debere a Jurisditione sua deijci, eosque habere iudices, qui causae suae palam aduersantur, praeterea quod Rex diceret se partialem non futurum, hoc esse non posse, quum iam sit de facto, habere enim Regem, quendam apud Ducem Opolien, qui non tam animam, quam aurum eius expectet, quippe iam illos abegerit, qui sibi iuramentis vt legittimo successori fuerant deuincti, pleraque alia non aduersa rationi adducens Rogan. nos iterum, pro consilio, auxilio, et ad Caesaream M^{tem} intercessione. Debitum suum non iniuria postulare eoque diutius carere non posse, quam ad festum purificationis futurum, quo et ipse fidem suam a creditoribus, quibus multo cum faenore debet redimere posset. Castra vendita, siquando fuerint recuperata in Hungaria, reddi non posse, quum in structuris et prouentibus non possint esse non destructa. Docturum se etiam firmis literis 30000 ducat. Marchioni Cazimiro

et filio eius, non in Vngaria, sed in Austria, et in terris Regis
hereditariis inscribi debere, Rogans nos vt paulo superius scri:
ptum: quae quum singula audiuissemus, cepimus ea ad delibe:
randum, consedentes ibidem simul conquerebatur michi iterum
Ill. Dux Joannes Saxoniae, quod iam a quatuor annis cum graui:
bus expensis, feudum suum sibi concedi a Sermo Rege Ferdi:
nando postulasset, et obtinere non posset, se deinceps hoc sic reli:
cturum, et amplius non petiturum etc. sic discessum.

Hinc facili coniectura Mtas vra Serma assequi potest, cuius
animi ad praesens Ill. Dos. Marchio Georgius esse debeat,
ego etiam ex parte Mtis vrae Sermae, cum apud Regem, tum
etiam apud Caesarem in hoc negocio id feci quod potui, nichil
tamen extra dignitatem Mtis vrae Sermae. Reliquum ipse bonus
Princeps transigit.

Redeundum michi est ad colloquium cum Sermo Ferdinando Rege,
quod hodie XXIX Julii sic habuit. venit pro me post prandium
D. Doctor Vencesłaus, iuimusque vna ad hospicium Regis,
quod tunc fuit apud Reginam, quo D. Doctor concessit, dicens
me adesse, vnde Rex paulopost ad Cameram, vbi ego expe:
ctabam ingressus, honorifice me excipiens seorsum ad partem
mecum diuertit. Et primum se excusabat, quod heri mecum
conuenire non potuerit, quia Caesar pro eo misisset, vt illico
ad venationem veniret, et inde me respiciens dixit, Jam tan:
dem forsan verum est, et paululum meditabundus subtienit,
Et ego, quid est inquam quod verum est, an ne depositorium,
quod statutum est Posnaniae? Ego dico, inquiebat, de his qui
capti fuerunt Cracouiae, ob id quod subditos meos depredarunt
et Rex vester absoluit et dimisit liberos eos, quod si forsan
ita est, sub conditione tamen dico, non sunt signa bonae vici:
nitatis, quam ego libenter, vt prius vobis dixi, cum Dno
vestro integram conseruarem, et ideo vellem, quod scriberetis

Dno vestro, quo ista vicinitas melius conseruaretur, et si ita est iterum dico sub condicione, nescio quomodo ista debeam intelligere. Ad haec, ego pecii veniam ne egreferret, si aliqua ad ista pro re forsan. dicerem, subrisit dicens, quod me libenter velit audire, Scriptum michi esse dicebam ex Curia Serenissimae Maiestatis iiij^a mensis istius (et fuerunt literae Fabiani Voyanowski) quod Captiui isti fuerant detenti in carcere non paucis diebus, quo fieri posset, quomodo res illorum haberet, et quum nichil contra eos fuit probatum, vlteriori carcere, vel supplicio dignum, per viam iuris fuerant dimissi, vnde Maiestas sua credere non deberet Serenissimam Maiestatem vram facinorosis hominibus fauere, aut fauisse vnquam, hocque constare liquido, quum Maiestas vra Serenissima tempore olim clarissimae memoriae fratris sui Serenissimi Vladislai Regis Dux esset Glogouien in Slesia, quod illam pacatam et securam a grassatoribus semper conseruasset, hoc etiam in Regno et dominiis suis fecisse hucusque, et neminem in huiusmodi latrociniis deprehensum immunem euasisse a Judicio Maiestatis vrae Serenissimae, qua de re, Maiestas sua non deberet permittere sibi persuaderi, quod isti captiui in criminibus conuicti, fuerint liberi dimissi. Nichilominus tamen quum Maiestas sua vellet, quod ista sic Maiestati vrae Serenissimae describere deberem, sub condicione permissa, si sic esset, me hoc facturum diligenter obtuli. Inde iterum pecii, vt me benigniter audiret, me quaedam non abs re dicturum, Assensit. Dixi, quod plerique ex parua causa, multa contra Maiestatem vram Serenissimam solerent conqueri, quod vicissim Maiestas vra etiam saepe iustis rationibus facere posset, sed ne ex re parua videretur velle excitare Tragediam, se non imprudenter continere, et addidi, Num Maiestas vra Serenissima ad praesens non habeat conquerendi causam, quum in superioritatem sua offensa sit a Caesare, et coepi Actum nouissimum Concessionis feudi Magistro de Crouenberg

recensere ex ordine, dicens quod ille oblitus fuisset petere, et Boêmiam sibi in feudum dari, quum Rex Venceslaus oes Ordinis fratres ex Bohemia quondam exegisset, et quod illi quicquid vbi terrarum, præterquam in Germania, habuerunt, amiserint, et nichil aliud, quam id quod aliquando tenuerunt in Prussia repetant, ad quod Mtas sua illis præberet assistentiam, quod olim diuæ memoriæ Cæsar Maximilianus, facere recusauerit, immo in Conuentu Viennen Ser^mæ Mti vræ ore, et per lras suas, pro se et nepotibus suis, promiserit, huic Ordini, et Magistris contra Mtem vram Ser^mam nullum vnquam se auxilium aut assistentiam præstaturum, quod tamen iam Mtas sua fecisset / Respondit se nescire de hoc promisso, tamen se etiam non plusquam semel fuisse in consilio vbi Mgri negocium fuerat tractatum, sed libenter lras istiusmodi promissi velle videre; Respondi, fortassis me hic illarum rerum transsumptum breui habiturum, vnde et Cæsarea, et sua Mtas videbunt, quod Maximilianus auus eorum tale feudum Magistro et Ordini, non concesserat, neque quispiam priorum Imperatorum, et quod nunc Mtas Cæsarea hanc ~~voluntatem~~ nouitatem non sine præiudicio superioritatis Mtis vræ Ser^me fecerit. Respondit quomodo foret possibile, quod prius Magistri Prussiæ feudum ab Imperatoribus non susceperint, quum Marchio Albertus, quamdiu fuit Magister locum habuerit cum Principibus Imperii, et illum aliquoties in loco suo sedentem viderit, Respondi: certum esse Marchionem Albertum terras Prussiæ a Cæsare in feudum nunquam recepisse, nec super eo iuramentum præstitisse, hinc esse quod Magister de Cronenberg illum accusasset in nouissimo actu. promisisse eum terras Prussiæ in feudum a Cæsare suscipere, et huic promisso non satisfecisse / subintulit, quomodo Rex vester potuit illi concedere feudum in Spiritualibus, quum iuramento, et professione posthabita religionem reliquerit, Dixi, Mtem vram Ser^mam

ad ea quæ religionis sunt, se non intromisisse, saltem id quod iure merito ad se spectaret, exegisse, et illi eas fras quæ sunt sub superioritate Mtis vræ Sermæ, in feudum concessisse, quod ad præsens Cæsar alteri contulit, non sine Mtis vræ Sermæ præiudicio. Et quum fuerim consuetus, amicitias potius et beneuolentias Principum inter quos versatus sum Orator, procurare, q̄ aliud quippiam, me nescire quibus bonis modis ista Mti vræ Sermæ perscribere deberem, multa enim bona et mala per scriptiones Oratorum fieri solere. Respondit, Michi nichil ad hoc feudum, loquemini cum Cæsare, et de hoc si scribere vultis Dño vro, scribite ut melius potestis et intelligitis, nescio in his vobis consulere. Hinc memini de Dño Clingenbek, cum eo me etiam remisit ad Cæsarem, qui inquit, fortassis vobis dicet, quomodo res illius habeat. Rogaui deinde si quid forsan durius dixissem, rebus sic exigentibus, ne Mtas sua ægreferret, scripturum me Mti vræ Sermæ ea omnia, quæ michi commisisset. Orare me tamen, ne quicq̄ tale de Mte vra Serma crederet, quousq̄, ad hæc obiecta responderet, Mtem vram Sermam se iustis rationibus excusaturam. Ad hoc inquit, nulla est adeo mala causa, quæ non habeat excusationes, hoc clarum est, q̄ hostes mei a Joanne (sic enim et non aliter eum vocabat) libere in Polonia, et in Tarnow versantur. Respondi me hoc nescire, sua Mtas etiam non facile credere deberet, donec super his certius edoceretur, et audire aliam partem. Ad hæc inquit. Ego de dño Rege vro michil mali credo, sed sunt apud vos, et subticuit. Rogaui, ut in his omnibus paruam adhuc ferret patientiam, quousq̄ Sermæ Mtis vræ haberemus responsum. Et sic me post istam disputationem humaniter dimisit. Quam igitur de verbo fere ad verbum Mti vræ Sermæ perscripsi ut hic omnia clarius habeat et quid sibi velint ꝑpendat.

A Ser.mo Ferdinando Rege ivi recta ad M.tem Caesaream, quae
tum primum audiebat Missam, inveniq; ibi R.mum D. Ep.um
Feltren. Car.lis Campegi Legati fratrem cum quo concessi ad
Cameram Caesaris, et expectavimus quousq; pransus erat, cumq;
venisset a prandio, et me vidit, innuit michi ut ad Cubile sequerer
quo postq. venissem, primitus mecum congrediebatur, unde ne
viderer ob solam rem Prutenam venisse, memini, quod superiori
die etiam feceram de Castellano Arci Barensi praeficiendo, dice:
batq; ob alias occupationes, se istius rei fuisse oblitum, unde cum
Secretario Valdesio convenire deberem, ut in consilio rerum Itali:
carum istius rei recordaretur, inde quasi obiter nactus occasionem.
dixi, q. etiam superiori die M.tas sua me ad Constancien. Waltkirch
remisisset, qui se occluserat, ne mecum de rebus Ser.mae M.tis
vrae colloqueretur, unde non falsa michi venisset suspicio, q.
aliter concessio feudi Magistro de Crovenberg fieri debuit.
q. aliis Magistris facta fuisset, et q. igitur misissem, ut M.tas
sua Caesarea peteretur, quo michi huic actui interesse licuisset.
q. tunc M.tas sua dixisset, non esse necessarium, me tamen ab his
qui actui interfuerunt edoctum Magistrum de Crovenberg, ter:
ras quas habent in Germania, et quas in Italia, et Prussia
habuerunt quondam Magistri et fratres Ordinis, in feudum
sibi concedi petiisse, q. M.tas sua fecisset, cum prius ante M.tem
suam nemo Imperatorum terras Prussiae, quae subsunt superiori:
tati M.tis vrae Ser.mae, in feudum unq. concesserint, fieriq;
hoc non potuisse sine praeiudicio M.tis vrae Ser.mae, meq; ista
si forsan M.tas sua in his male esset instructa, pro meliori
informatione dicere, supplicareq; suae M.ti, ne in his M.ti vrae
Ser.mae praeiudicari permitteret. Respondit M.tas sua, se
aliud nescire q. q. hoc feudum in forma generali concesserit,
p.q. ista concessio, ibi ubi nichil iuris est, tantumq; addit, seq;
obligatum petentibus feudum concedere, sine cuiusq; praeiudi:
cio, et sic se etiam credere, q. in ista concessione, Ser.mae

Mti vrae praeiudicare non potuerit, quum ista clausula clare semper exprimatur, Saluis iuribus Imperii, saluoque cuiuslibet iure tercii, quo tamen hoc certius sciri posset, quandoquidem Mti vrae Sermae, mallet gratificari quam obesse, deberem ei mittere istius rei memoriale, quod Consiliariis suis velit dare discutiendum, hinc negocium de D. Clingenbek, Nuncio Ill. Dni Ducis in Prussia, et de coadiutoria Ill. Dni Vilhelmi Marchionis Brandemburgen in Archiepiscopatu Rigen quod michi Mtas. vra Serma per lras suas commisit, exposui, quae etiam in memoriali cuius hic inserui exemplum, iussit inscribi, et sibi mitti. Et sic quum peterem veniam, si forte Mti suae fuissem importunior, non petito prius colloquio. Respondit humanissime, me non solere esse importunum, quum iam sim fere aulicus, et michi semper liberum ad se patere aditum. Rediens itaque in hospicium, memoriale conscripsi, et postero die cum Dno Cornelio, qui mecum est semper ad manus suae Mtis transmisi.

Haec sunt, quae ex me ipso non fultus mandato Mtis vrae Sermae pro causae Prutenicae instructione, et apud Regem, et apud Caesarem transegi: quodsi lapsus sum in aliquo, quum homines simus, michi, et non mandatis Mtis vrae Sermae imputabitur. Neque igitur indignus sum venia si forsan non omnia, quae in his egerim, Mti vrae Sermae satisfaciant, quum ad haec me seruicium in quo sum, et fides mea, erga Mtem vram Sermam adegerint. Nichil etiam est, quod retractari non possit, quum haec omnia non ex composito, seu data opera, sed quasi inter loquendum se obiter obtulerint, quae igitur sic Dialogicae, ut disputata sunt quantum memini Mti vrae Sermae descripsi, vt inde animos et affectus loquentium penitus cognoscat. Et quamuis iam tandem tempus esset, non de longiore hic mora, sed de celeriori, ab hoc tam diuturno exilio, redemptione, et reditu cum Mte vra Serma humillime expostulandum, nichilominus nescio quid me

rogit, quum videam me adhuc Mti vræ Sermæ commode inser:
vire posse, ne hoc faciam. Hoc certo Mtas Serma vra credere
potest, q nullum me lucrum, quod multis causa more esse solet,
ad hoc alliciat, quandoquidem centum ducatis menstruis, quum oia
sint carma nequaq me sustinere possum, sed bene et ex vsu Mtis
vræ Sermæ serviendi propensio, me in propriam meam incommo:
ditatem protrahit, frater meus nouissime ex stipendio equorum
meorum ducentos ducatos michi attulit, qui absumpti sunt, nunc
alios ducentos meosquos Georgius Hegell Cracoviæ persoluet
vltra menstruum salarium Mtis vræ Sermæ sum percepturus.
Rogo itaq, ne ad istum modum omnia hic decoquam, Mtas vra
Serma q primum fieri potest, me reuocare, et sponsæ quam mihi
clementer dedit, quantocius iungere dignetur.

Quæ alias hic aguntur, sic habent. Post istius feudi concessiõm
Magister iste nouus, cum suis furciferis, adeo vt mihi relatum
est, factus est insolens, q iam inter suos præfecturas terrarũ
Prussiæ partitur, alio dans Capitaneatum Gdanen, alium
faciens Commendatorem maiorem Montisregii, dixitq michi
Dns Cornelius, qui superiori die fuit in quodam consessu, vbi
erat Commendator Liuonien, (is huc paulo ante aduenit) cum
suis complicibus, ibi se bonus iste candidatus, et alii cum eo,
mirum in modum iactauerat, dicens Octoginta equites Liuonien
duo millia equitum Polonorum in nouissimo bello Pruteno fudisse,
et q Poloni cum Lithuanis homines essent inertes et ignaui.
se cum suis supra omnes mortales efferendo, quum tamen sciatur,
q ipsi in eo bello nullum Polonum ceperint, sed eorum pleriq
cum Commendatore domus Rigen in captiuitatem venerint, ad
Mtem vram Sermam perducti, per cuius clementiam, fide
data fuerant dimissi, quam vna cum honore relinquen, nunq
redeuntes se statuerunt. Dixerat etiam Mtem Cæsaream non
admodum recte fecisse, q illum de Cronemberg Magistrum
in Prussia constituisset, et declarasset, quum ille in his terris

nunq̃ fuerit, et nichil de illis sciat aliud; q̄ q̄ ipse ei suggere:
ret, longe satius fuisse, si Mgro Liuoniæ terras Prussiæ
in feudum dedisset, qui magis propinquus, facili negocio Mar:
chionem Albertum expellere posset, subditos in pristinam reli:
gionem reducendo, Et q̄ in Liuonia nichil labis Lutheranę sit
reliquum, adeoq̄ eam sectam ibidem haberi exosam, vt quicunq̄
duntaxat nomen Lutheri nominauerit, extemplo ab incolis
interficiatur, et q̄ de Mte vra Serma, nichil sibi metuant
neq̄ illam tantarum esse virium, vt quidquã contra eos agere
præsumeret, quum ipsi sint cum Moschis arctissimo fœdere et
amicitia iuncti, concludendo, q̄ primum ipsi contra Marchionem
Albertum insurgerent, quod breui futurum asserebat, illico de
eo actum esse, Ad quæ quum multa Dns Cornelius rationi
consona dixisset, victus illorum clamoribus, ad me recta abiit,
et seriatim hæc michi sic depinxit, dicens eos stolidos esse
et bardos, qui tanta sibi tribuerent, incidimusq̄ in vaticinium
S. Brigittę, quæ quodam in loco a Christo audiuit, q̄ succes:
su temporum, dentes istorum fratrum confringi, et manus
illorum dextra, mutilari, pesq̄ eorum dexter subneruari
debeat, De dentibus et manu iam factum est. Liuonien
adhuc pedibus consistunt, quorum dexter, vt omnino credo,
breui venit subneruandus. Talia hic passim de suis viri:
bus fratres isti iactant, sed non omnes gratos inueniunt
auditores, Si michi mens leua non est, videbunt aliquando
in quem transfixerunt.

Interea quo ista scribo, Misit michi Sermus Ferdinandus Rex
quartam partem posteriorem magni cuiusdam cerui, quam
vt reor, hesterna mea disputatio, promeruit, habiturus
occasionem inde, pro gratiis agendis, vt iterum eum commode
conuenire possim, et adesse miseris istis Transsiluaniæ Oribus,
qui acceptis ab eis Mtis vræ Sermæ Lris, hodie mecum
fuerunt in prandio, dicentes michi, q̄ neq̄ Sermus Ferdinan:

dus

Rex eos vellet, aut posset defendere neque permittere, vt quispiam in protectionem suam eos suscipiat/ Hic ego contra Turcas nichil consultari audio, licet tot hic sint perpetua consilia, non secus atque illi iampridem divertissent ad Antipodas. Excecauit nos ira Dei, videntes nichil videmus.

Tractatur etiam hic continue negocium fidei, et adhuc nichil est conclusum, neque à Caesare responsum, sunt qui bene sperare iubent, quod ego tamen, quousque finem rei videro, facere non possum, aliquid tamen mihi spei est, quod D. Valdesius, et Philippus Melanchton, simul plerunque conveniunt, si Valdesio similes ex parte Caesaris, aliquot viri eruditi et pii negocium hoc tractarent, posset aliquid fieri. Sed vna hirundo non facit ver.

Obsidio Florentina adhuc continuatur, impensis Pontificis et Caesaris, suntque militum qui obsident sedecimmillia, quibus quolibet mense soluuntur centummillia ducatorum, ad quae Pontifex fertur contribuere Sexaginta, et Caesar Quadraginta millia, quod si tanta pecuniarum summa versus Thraciam deberet impendi, quam difficile hoc foret vtrisque, seuimusque in viscera propria, parcentes his qui in nos seuiunt, abstulit nobis propter peccata nostra, quae accumulamus quottidie Deus sensum et intellectum/ Florentini antequam in potestatem patris sancti, se dedere velint. prius omnia extrema vsque ad mortem perpeti statuerunt, his diebus omnes inutiles et pauperes, extra Ciuitatem, eiecerunt, quos exercitus versus Ciuitatem repulit, qui miserrime moriuntur, quum neque rursus in Ciuitatem recipiuntur, neque ab exercitu abire permittuntur, vix reor talem crudelitatem vnquam fuisse, ab orbe condito, O pietas, o prisca fides.

Nichil hic fit aliud, consultatur, bibitur, superiori die Comes ille magni nominis, et in re bellica nulli secundus, Felix de Werdenberg habiturus pro coena conuiuas/ quo fortius biberet acceperat ad se nescio quos pulueres, quibus fertur saepius vsus fuisse contra ebrietatem, et antequam coena fuerat peracta

male sensit, relictisque conuiuiis, dormiturus lecto se imposuit, et mane repertus est animam cum crapula exhalasse. Nubunt hic plerique apud istas Reginas, et nubuntur, fiuntque crebrę choreę et tripudia, desponsatę sunt aliquot puellæ. Torneamenta etiam pedestria sunt exhibita, venatum itur frequentius, Luditur pila, neque desunt alii ludi, profunduntur facultates propriæ, alienæ appetuntur, neque impedit toties in ore Euangelium, quo minus proximus decipiatur, rara virtus, rarior in vsu fides. Hæc est vita nostra.

Alia ad præsens non restant, quum iam satis superest cum istis meis Dialogis in hoc volumine congestis, Maiestatem vestram Ser^mam tædio affecerim, quod me illi, vt humillimum seruum, et futurum Capellanum, suppliciter comendo, et rogo quantum fieri citius potest, pro sua in me gratia, sponsæ meę me coniungat, et me cum illa sub alarum suarum protectionem suscipiat et tueatur. Reliqua quæ hic vidit et audiuit, Cubicularius Steinkircher, qui per hos mecum dies in domo mea fuit, copiosius coram referet. Dat. Augustę penultima Julij, qua die hoc volumen absolui. Anno Domini. M^o. D^o. XXX°.

Ioannes Dantiscus Eps Culmen.
Sigismundo primo regi Polonię.

Ser^ma Regia M^tas et domine, domine clemen^me. Post humillimam perpetuę meę seruitutis Commendationem. Paulo ante per D. Georgium Loxanum certior factus sum, quod ista nocte posta hinc mitti debeat, quæ in quinque diebus constitui debet Vratislauiæ, quam, licet breue scribendi tempus supersit, negligere tamen nolui, conferam itaque ea, quæ se obtulerunt post

nouissimum volumen, quod hinc 3. huius per Steinkircher misi,
in compendium, et M^tas V^ra Ser^ma, quæ ex longa auditione
nouißimarum non fuit sine tędio, ex hac ad præsens, breui vt
opinor, parua efficietur molestia, quam modis omnibus quibus
possum temperabo.

Eodem die quo abiit Steinkircher, hora vesperarum conuocauit
M^tas Cæsarea omnes vtriusque partis Status Imperii, et responsum
in scriptis ad Articulos per aliam partem oblatos, legi iussit, summaque
fuit, confutatis primum per auctoritatem sacræ scripturæ omnibus
quæ pars aduersa proposuerat, mandauit Cæsar quum prius
ab Ecclesia tales Ar^li heretici dudum essent reprobati, ne
quicquam responderent, nollet enim cum eis nouam ingredi disputa:
tionem, grauioribus rei Christianæ negociis occupatus, neque
illa deberent a quopiam in dubium vocari, quæ hactenus integra
ab Ecclesia fuerunt obseruata, vnde hortabatur et præcepit,
vt relictis erroribus, ad vnitatem Ecclesiæ redirent, quodsi
facere nollent, se id acturum cum reliquis Imperii Electoribus
et statibus, cumque aliis Christianis Principibus, quod officium
et iuramentum Ecclesiæ Romanæ et Imperio præstitum, exi:
geret, Hæc postquam in octo integris foliis scripta fuissent publice
perlecta, pars alia petiit, vt inter se possent colloqui. Admißum.
post colloquium Cancellarius Ill. Ducis Saxoniæ Electoris, in
lingua sua facundißimus, nomine omnium dixit, Rem esse lon:
gam et arduam, quæ erat perlecta, vt commodius ad eam men:
tes suas possent declarare, rogare, vt ea scripta habere possent
quæ sic erant perlecta. Ad ea Cæsar cum suis etiam consulta:
bat, et paulo post responsum, quodsi eam scripturam habere
vellent, debere eos promittere, se ita eam obseruaturos, ne in
publicum vnquam proueniret. hoc se responderunt, nequaquam facere
posse, quum istius factionis essent non pauci, quorum interesset,
et sic forsan illam prodire posse, vnde hoc non possent polliceri.
Quumque diu in hoc fuerat colluctatum, pars alia remisit postu:

lationem scripturæ, suscepitq se, quantum ad ea quæ memoria contineret, responsuram, sic cum multorum indignatione, conuentus ille fuit solutus.

Postero die, et deinde vsq ad sextam huius continuetur tractabatur, immiscebat se Ill. Joachimus Marchio Brandenburgen cum fratre Carle Maguntinen, qui aliam partem inducere, minis et precibus tentabant, vt præscriptum Cæsaris susciperet, vnde nescio quid coniecturæ accepit Langrabius Haßiæ, et eodem die versus noctem, relictis omnibus suis, mettercius contulit se Nurenbergam, quod quum iam sera nocte nunctiatum fuißet Cæsari, subito noui motus in Ciuitate fiebat, iussitq forum cum quibusdam peditibus obsideri, quorum habet 1400. omnesq in armis esse Equites Burgundiones, vt ad primum clangorem omnes essent parati. Pars alia in hospiciis suis et Ciues, etiam fuerunt tota nocte in armis, nemo foras progrediebatur, mittebantur tamen hincinde ab vtraq parte exploratores, vsq ad clarum diem, qui postquam illuxisset, iussit Cæsar, vt solummodo quatuor Ciuitatis portæ, reliquis clausis manentibus, aperirentur, posuitq ante quamlibet centum pedites: quo intellecto, Principes vtriusq partis accesserunt Cæsarem, querentes cur ista fierent, quæ non essent fieri solita in Comitiis Imperii. Et sic paulopost rursus omnes portæ, vt prius fuerunt apertæ, et turba illa sedata, Scripserat etiam interea, ex itinere Langrabius Cæsari, se prius bis a Mte sua petiuiße, abeundi licentiam, quam nunquam obtinere potuisset, vnde quum hoc tempore, coniunx eius grauißima ægritudine laboraret, sibi non licuiße, quin illam inuiseret, diutius immorari. Hinc quum sit impiger, Juuenis, et audet plerunq ea quæ cogitat, facere, a multis multa dicebantur. Reliquerat tamen hic Consiliarios suos, qui his diebus multa habebant negocia, et sunt post illum dimissi currus, et equites qui hic manserant. Antequam abiret strata erat ante hospicium eius multa

arena, ad concurrendum cum hastis, ipseq[ue] visus fuit in armis aliquoties probando se in hoc stadio, eaq[ue] nocte, priusq[uam] abiret, pro cena plurimos vocauerat Aulicos, surgensq[ue] ex Sympo sio quasi aliud quippiam negociaturus, discessit, qua de re varia de eo nata fuit suspicio, sicq[ue] quum abiit, mitius q[uam] prius omnia tractantur.

Dominica sequenti, quae fuit 7. huius, venerunt michi l[itte]rae ex vrbe, Dat[ae] ibidem vltima Julii, praeteriti, quibus michi procuratores mei scribunt, commendaticias M[aies]t[a]tis v[est]rae Ser[enissi]mae et Caesaris, Legatiq[ue] et aliorum qui pro me scripserunt, nichil aliud pro: fuisse, q[uam] q[uod] taxa, quae facit Septingentos ducatos, soluenda prorogarunt, vnacum Juribus Cardinalium, et aliis expensis vsq[ue] ad festum Natiuitatis Christi proxime venturum, vixq[ue] 1500. ducatis omnia expediam. Sic a sacris sacru[m] emendum est. Quapropter M[aies]t[a]ti v[est]rae Ser[enissi]mae humillime supplico, dignetur committere, vt seruicium equorum meorum, per istos 7. annos D[omi]no Nibschicz meo nomine soluatur, quo id, quod mihi M[aies]tas v[est]ra Ser[enissi]ma, ex mera sua gratia dare dignata est, ope eiusd[em] gratiae, obtinere possim, aliud enim in hoc grauamine, et onere, quo opprimor, leuamen non inuenio, quod si M[aies]tas v[est]ra Ser[enissi]ma cum hac stipendii mei solutione me deseret, et hoc amittam, et quod michi M[aies]tas v[est]ra Ser[enissi]ma, ex clementia sua dedit fortassis vix obtinebo. Q[uam] angusta domi michi res est, quu[m] hic ad honorem, et pro necessitate seruicii M[aies]t[a]tis v[est]rae Ser[enissi]mae omnia exposuerim, recensere superuacaneum censui. Supplico igitur, quum me in altum sic produxerit, vt portum attin: gere possim, ne michi desit.

Appulit huc etiam eodem die ex Antuerpia in quinq[ue] diebus per postas, extorris Rex Daniae Christiernus, cuius aduen: tus non fuit Caesari admodum gratus, iussit illum tamen in Palatium recolligere, fuitq[ue] triduo, anteq[uam] permissus fuit, in colloquium ad Caesarem, aderat etiam tum ibidem Ser[enissi]mus

Ferdinandus Rex: et D. Cornelius Scepperus fuit interpres.
Bonus iste Rex exul petiuit fere lachrimans, vt iuuaretur
quemadmodum crebro ei Cæsar promisisset, quod facta pace cum
Rege Franciæ, restitutioni eius vellet intendere, rogauitque,
vt sibi viginti quatuor millia flor Renen darentur in mutuũ,
scire se modos, quibus facile restitui posset, quod si fieret, futurũ
se semper bonum seruitorem vtriusque Mtis, quod si forsan nega:
retur, se nichilominus bonum seruitorem mansurum, et iam se
tum demum omnia extrema tentaturum, se non posse neque velle
vlterius esse omnibus ludibrio, et tantam perferre paupertatem
mori potius, quam diutius sic viuere, hæc fuit summa. Responsũ
Cæsaris fuit, non fuisse necessarium quod huc venisset, potuisset litteris
tantumdem fecisse, et postulare ab eo, ne toties deinde
veniret, habere eum in Imperio multos hostes, ne ei quicquam
ab illis cum lenitate et discrimine inferretur, de reliquo quod
petiisset, se cum fratre deliberaturum, Quod adhuc factum
non est. Sic bonus iste Rex, rebus suis, vt opinor infectis
redibit, vnde venit. Sic transit orbis.

Decima huius, quæ fuit dies sancti Laurentii, perlatum huc
est triste nouum Cæsari, Principem de Orange vice Regem
Neapolitanum non procul a Pistoria, ex Bombarda manuali
occisum, quod sic accidisse fertur, fuerunt in Pisa, quæ est
Florentinorum, aliquot millia militum, qui collectis Rusticis
sic quod explebant numerum sex millium, clanculũ volebant
tentare, si aliquam partem exercitus noctu inuadere possent.
et suppecias ferre Florentinis laborantibus, cumque venissent
ad eam partem vbi erat Princeps de Orange cum non paucis,
et nunciatum esset, hostes in propinquo visos, bonus Iuuenis,
prout erat semper impiger, et magnus periculorum contem:
ptor, cum primis in hostes prosiliit, et statim ictus globo
per medium pectoris, ne verbum locutus, mortuus concidit
Quod milites audientes, maximo furore et impetu in hostes

ferebantur, et amissis non paucis ex suis cruentam duce amisso obtinuerunt victoriam, occisis fere omnibus his sex millibus, paucis primoribus captis. Haec mors istius Principis, in quo non minima fuit spes Caesaris, non parum totam fere Aulam turbauit, facta etiam est non parua rerum mutacio. Misit itaque Caesar illico per postas multas lras, et expeditiones in Italiam, quibus hodie adhuc priuatum Caesaris consilium adeo fuit occupatum, vt ex eo, ne vnum quidem in negociis Sermae Rlis Mtis conuenire potuerim. vnde quis rerum nouus ordo futurus sit in hac metamorffosi sciri adhuc nequit.

Hoc item nouum de morte Principis, perculit Ill. D. Comitem de Nassau, qui aliquando istius Principis sororem in coniugem habuit, ex ea superest ei filius, qui solus Principi mortuo in omnibus bonis, quae sunt in Burgundia succedit valoris annui, vltra quadraginta millia ducatorum, eritque puer iste, exceptis Regibus, omnium Principum Christianorum ditissimus, qua de re Dns Comes cras iturus est versus Brabanciam, vt rebus filii sui prouideat, sub praetextu quod a Caesare premittatur, procuraturus ea, quae pro aduentu Caesaris illic videbuntur necessaria, nemo credidisset, quod in duobus diebus se a Curia et a Caesare expedire potuisset, hunc vnum hic habeo, post mortem Rmi olim Carlis Gattinarii, cum quo confidenter de rebus Sermae Mtis vrae colloqui soleo, isque, pro singulari qua praeditus est prudentia, et multarum rerum experientia plurimum Mti vrae Sermae, quam semper sapientem Regem vocare solet, affectus est, et vbi posset libenter, inseruiret, Absentiam eius ferrem grauius, nisi scirem, quod iterum, sicut heri mihi dixit, cito conuenire debeamus, Mihi enim mandatu Mtis vrae Sermae transgredi nequaquam licet, quae mihi iniunxit, et serio, vt omnino Caesarem concomitarer, quousque me reuocaret, vnde rationem posui, quod vix ab eo tempore, quo abiit a me Steinkircher, in duobus mensibus, reso:

lutionem habere potuero de meo reditu, quem rebus meis exigentibus non possum, non summopere desiderare.

Accedit, q valde me affligit. Cæsarem hinc in quatuordecim diebus, vt ferunt, recta iturum Francfordiam cum fratre, vt illum ibidem faciat Regem Romanorum, quo sequi cogor, et nouis me itinerib accingere molestijs, quod q libenter facturus sum, Deus scit, presertim, quum menstruo hoc salario, quod michi a Mte vra Serma datur, nequaq me in hac omnium rerum caritate sustinere possim Mtas vra Serma, tuto michi credere potest, q huc eundo ex Mantua, raro per diem naturalem me quinq ducat. ex hospicijs absoluere potui, aliqu, vbi erant hospites auidiores, q maxime solet esse apud eos qui se Euangelistas vocant, vix eximi ducatis septem. hinc est, quod hoc futurum iter summopere perhorresco, facilis itaq est coniectura, q libenter redire cupiam, quum vlterius tantas expensas facere nequeam, et iam tum demum tempus esset, vt redirem. Supplico igitur q humillime Mti vræ Sermæ reditus mei clementem et maturiorem rationem habere dignetur. Ne sit totus inteream.

Ex Francfordia Cæsar in Brabanciam, et inde rursus in Hispaniam q citissime potest, redibit, relictoq hic fre, Romanorum Rege fortassis nunq amplius istas partes, in Hispania sua occlusus, videbit.

Alia ad presens in hac celeritate non restant, q me humillime Mti vræ Sermæ commendo, quam auidissime sanam et felicissimam videre, et vtinam breui, desidero. Ex Augusta Vindelicoru duodecima Augusti M°. D°. XXX°.

Illmus Dos Joannes Albertus, Marchio Brandenburgen

nepos M^tis v^rae Ser^mae qui hic praesens asstat, se plurimu
et ex corde M^ti v^rae Ser^mae commendat, et ubi M^ti v^rae
Ser^mae usui et ex re unq esse posset, se offerre propensissi:
mum.

Joannes Dantiscus ep^s Culmen
Sigismundo primo regi Polonie:

Ser^ma Regia Maiestas et domine, domine clemen^me:
Humillimam perpetuae meae servitutis Commendationem. Ad l^ras
M^tis v^rae Ser^mae XXI^a Augusti, ex Cracovia ad me datas,
non potui hucusq respondere, quum se certus tabellarius non
offeret, si tamen Ill. D^s. Georgius Dux Saxoniae, M^ti v^rae
Ser^mae vj^a Augusti praeteriti, non rescripsisset de omnibus,
quae affinitatem et concordiam tractandam spectant, unum
de fratribus meis ad M^tem v^ram Ser^mam transmittere
decreveram, quo diutius in ambiguo non versaretur. Quando:
quidem eodem die, quo l^ras M^tis v^rae Ser^mae accepi
Ill. Ducem Georgium conveni, et illi l^ras M^tis v^rae Ser^mae
reddidi. quas postq perlegisset, cum eo ad longum de
omnibus egi, ille se ad ea, vj^a Augusti M^ti v^rae Ser^mae
respondisse asseruit, et exemplum l^rarum mihi legi iussit.
cum responso Ser^mi Ferdinandi Regis, quod l^ris eisd
ad M^tem v^ram Ser^mam inclusum fuisse dicebat. Ego
obtuli operam meam, iuxta mandatum M^tis v^rae Ser^mae
si illa in his negociis apud Ser^mu Ferdinandum Regē
uti vellet, Respondit se l^ras M^tis v^rae Regi Ferdi:
nando ostensurum, et postea mecum de his colloqui, qd
etiam sic paulopost evenit, fuimusq una hic in Eccl^ia
Cathedrali, dixitq Ser^mu Regem Ferdinandum ma:

nere in responso prius dato, et quod iam accepisset ex lris
Oratorum suorum, vocatos eos esse Posnaniam a Alte vra
Serma, pro festo Sancti Michaelis futuro, seq; de affini:
tate contrahenda bene sperare, de concordia vero vix
aliquid spei esse reliquum, referens hoc Adagium, Zwe
harte stein, malen selten klein. Quod est, Duo lapides
molares duri raro bene pinsant. Cognouiq; non satis
eum Regi Joanni affectum. Ille inquit Turcos hospites
ad nos conuitauit, quos tamen ille cum magno suo malo
pascet. Admonui eum tandem post longum colloquium.
Si Mti vræ Sermæ velit scribere, me curaturum, vt
perferrentur, quod se facturum suscepit nullas tamen
hucusq; vidi.

Fuerunt hic hactenus ab vtraq; parte occupati in ne:
gocio fidei, quòd mutatis personis qui tractarent,
aliquoties et aliis deputatis et substitutis non successit,
misitq; hinc etiam ad suos Ill. Dos Dux Saxoniæ
Joannes Elector filium, qui præter omnium spem, clam
hinc iuit, vnde nescio quæ suspicio nata Cæsarem induxit
vt ipse his tractatibus se insereret, in quibus iam ali:
quot diebus fuit, speraturq; quod cras vel hodie adhuc
componi debeat si consensus Legati non morabitur, qui
aliquanto plus æquo, vt quidam dicunt, se reddit diffi:
ciliorem, meo tamen iudicio non immerito, Res agitur
de abrogando canone Missæ maiore, et de permissione
communionis sub vtraq; specie, de libertate Coniugii
clericis, et ablatorum restitutione, Cæsar tamen publicæ
consulens vtilitati, et tranquillitati, vellet negocium
compositum iri, relictis etiam ad tempus quibusdam
religionis statutis, quo hæc Tragedia pararetur, re:
putans apud se, quòd si ad præsens non fiet, futurum
nouissimum errorem peiorem priori, vnde adhuc laboratur.

Quicquid inde decretum fuerit, cum proximis quas hinc Chro Duce daturus sum copiosiores, Mtas vra Serma reddetur certior.

In negocio Pruteno, et in aliis, de quibus cum Steinkircher diffuse scripsi, nichil mihi est responsum, qua de causa me contineo, nescius qua in re prosum, vel obsum. Ad memoriale meum, cuius Mti vrae Sermae misi exemplum hucusque neque à Cæsare, neque à Consilio quidque decretum est, Cæsar superiori die quum eum commonerem, me remisit ad Comitem Palatinum Rheni, Ducem Fredericum, qui me cum Ill. Dno Duce Saxoniæ Georgio nuper habuit in prandio, post quod illi exposui Cæsarem me remisisse, vt cum eo de memoriali meo tractarem, recensuique ei totum negocium ad longum. Ad omnia nichil aliud respondit quam quod breui exploratum sim habiturus, quis causa fuerit, quod Cæsar terras Prussiæ Magistro de Crouenberg in feudum concesserit, quodque adeo in Consilio sint grauissimis negociis occupati, sintque eorum pauci, et hucusque non potuissent meo Memoriali de quo Cæsarem edocere deberent intendere, habito tempore se omnia facturum quæ posset. Nuntius etiam Ill. Dni Ducis Prussiæ Clingenbek, me hucusque ab Ansbach, vbi agit quam plurimis litteris requisiuit, cupiens me in multos tractatus inducere, quos sine commissione Mtis vrae Sermae suscipere recusaui, feci tamen hoc quod cum dignitate Mtis vrae licuit. Admonens illum, vt Justificationem Dni sui conscriptam, et causam cur hic adesse formidaret per litteras ad Cæsarem, in fasciculum sigillo suo consignatum ad me mitteret, Me daturum operam, quod ad manus Cæsaris perueniret, quod et fecit, et ego superiori die, quia memoriale meum concerneret Cæsari per D. Cornelium Scepperum reddidi, relatum paulopost ad Consilium. Misit etiam simul exemplar ad Status

Imperii. Causa ista adeo male hic audit, nescio si legetur, mihi aliud sine mandato M^tis vrae Ser^mae facere non fuit integrum.

Rumor etiam hic fuit superiori die Magistrum de Cronenberg, et adherentes conquirere Capitaneum, quo terras Prussiae Ordini recuperare possit, egisseque cum Duce Henrico Brusuicen, qui noluit, Molitur multa Mgr iste, parum tamen potest, nihilominus huiusmodi molimina non omnino sunt contemnenda.

Alia ad presens in hac celeritate non restant, quam quod me humillime M^ti vrae Ser^mae commendo, et rogo supplicat mei tandem misereatur, et me ex hoc tam diuturno exilio reuocare dignetur. Dat. Augustae Vindelicorum XX^a Septembris. Anno Domini M^o D. XXX°

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Sigismundo primo regi Polonie

Ser^ma M^tas Regia et Dne Dne Clementissime.
Humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem.
Scripsi nouissime tumultuario calamo XX. Septembris nouissimi, quae tum se offerebant, idque etiam vt faciam ad praesens res me ipsa cogit, quae tandem exijt in tumultum, qui ne indies fiat grauior, summopere verendum est. Accidit hoc tandem (vtinam vanus fuissem vates). quod semper dixi futurum.

Quum diu hic, post nouissimas meas, in negocio religionis per Caesarem, et principes fuisset colluctatum, deuentum tandem fuit ad hoc, quod Principes Lut: deberet ea

quae iam per tractatus susceperant, vsque ad XV. diem men:
sis Aprilis futuri seruare, et interea de aliis reliquis Arti:
culis deliberare, quemadmodum in meis XX septembris dat.
scripsi latius, quod illi nequaquam volebant suscipere, sed
volebant omnia sibi dari, pro istis sex mensibus in delibe:
rationem, nolebantque stare iam concessis, petebant etiam
ea sic in scriptis sibi a Caesare dari, et quod in ea
scriptura, non poneretur, quod nouam sectam, seu nouum dogma
agerent, quum in omnibus fidei articulis nobiscum in his
tractatibus iam conuenissent, distarent duntaxat, vt
ipsi asserebant, in caeremoniis et hominum traditionibus.
Haec res Caesarem pessime habuit, noluitque illis istiusmo:
di dare scripturam, sed mandauit, vt edicto prius
illis facto obedirent, quod scilicet se ritibus, et Sacris
Ecclesiae nostrae in omnibus conformarent, quod si
non facerent, quod debitum et pietas exposceret,
se facturum et officio suo se serio intenturum, sic cum
non parua vtriusque partis indignatione discessum.

Quumque ex eo actu Ill. Dominus Dux Saxoniae elector, a Caesare
eodem die, quae fuit XXiii preteriti, ad hospicium suum diuer:
tisset, fuitque tempus meridiei, non pransus, cum Duce Lu:
nenburgen. et aliis suis discessit, quae res magnam in animis
hominum fecit commotionem. Sicque hucusque omnia quae
vtrinque magno studio et labore tractabantur, iacent infe:
cta, Nihilque inde boni futurum, nisi Deus ipse manum
apponat, sperari potest.

Postero die venit ad me Ill. D. Marchio Brandenburgen.
Georgius, et inter alia, ista sicut transacta sunt, mihi
recensuit, quaesiuit etiam a me consilium quomodo se
gerere deberet in negocio suo cum Ser.mo Ferdinando
Rege, ratione Ducatus Opolien. et Ratiborien., dicens

ꝙ Rex, per tractatores Cæsaris sibi obtulißet centū et quinquaginta millia flor. Renen. et quolibet anno q̄diu viueret pro pensione, duo millia florenorū. Quam summam adeo exiguam, pro his duobus ducatibus, et bonis mobilibus Ducis Opolien, nequaq̄ posset suscipere. Et int multa alia, quum ad vtramq3 partem multa essent dicta conclusit, ꝙ priusq̄ hanc condicionem susciperet, se malle omnia extrema experiri. Et heri omnibus insalutatis quum ad tractandum in consilio expectaretur, summo mane abijt ad Conuentū qui Nurnbergæ ab Electore Saxoniæ, Lantgrabio Hassiæ quibusdam Heluetiorum nunciis et aliarum Ciuitatum celebrari fertur.

Audiui etiam hic tractari a Magistro Ordinis de Cro: uenberg ꝙ Oratores solennes a Cæsare et Imperio ad Mtem vram Sermam mitti debet, qui repetant terras Ordinis, quas si Mtas vra Serma reddere recusaret, Cæsare et Imperium illas vi recuperaturum, vix credo Cæsarem quicq̄ nosse de his machinis, gerræ sunt quae hic fiunt plurimæ. Nichilominus tamen statui his diebus conuenire Cæsarem, et expiscari quid in his fiat, requi: rere etiam responsum super Memoriali meo, quod adhuc iacet sepultum, vellent quidem Germani si possent multa presertim hij qui adhuc huic Ordini fauent, sed non video in hoc rerum turbine eis ad tanta molimina vires sufficere. Quicquid erit, quod ego hic exploratum in his habere potuero Mtem vram Sermam non latebit.

Dicitur iterum hic discessum nostrum versus Belgas, breui futurum, de Francfordia, et de Rege Romanorū eligendo fama iterum prorsus euanuit. Si hinc moueri debemus, magna opus erit pecunia, cuius hic non parua est paßim apud omnes penuria.

Regem Christianum Franciae optime dicunt conuenire cum coniuge sorore Caesaris, et quod male contentus sit cum Rege Angliae propter Diuortium, in quod adhuc intendit, quo Reginae suae pellicem, ut rumor est publicus, ducere posset/ polliceri etiam dicitur Maria et montes Caesari. utinam.

Miseri Florentini omnimode in Pontificis deuenerunt potestate imposuitque eos illic pontifex quos voluit,/ pedites tamen Germani et Hispani agunt circa Florentiam minantes ignem et ultimum Romae excidium, ferunt etiam Pontificem nescio quo, ob illorum furiam diuertisse, persoluta sunt eis stipendia, illi tamen multo plura exigunt, quemadmodum fecerunt, qui fuerant anno praeterito Viennae/ Talium hominum tales mores.

Alia ad praesens non restant, quod me humillime gratiae M^tis vrae Ser^mae commendo. Quam Christus Dns noster in longeua aetate incolumem, cum perpetuo prosperorum successuum incremento conseruet et tueatur. Ex Augusta ij^a Octobris Anno domini M^o D^o XXX°

Ioannes Dantiscus Epus Culmen. or.
Petro Tomicio Epo Crac. vicecan:

R^me in Christo pater, et domine, domine gratiosissime. Debitam et humilem obsequiorum meorum commendationem. Scripsi D. vrae R^mae xiii Octobris praeteriti cum fasciculo literarum ex Vrbe ad me misso, per Rndum D. Doctorem Ressiiza dedique illum ad manus Fuggarorum, speroque quod iam pridem sit redditus. Ab eo tempore hucusque fratrem meum cum Bullis

et expeditione Episcopatus mei apud me retinui, spe ductus, quod interea, quum nichil aliud in his Comitiis agendum restabat, revocari deberem, quo ipsemet cum his Bullis de rebus meis disponere potuissem. Quum autem hucusque ne iota quidem de reditu meo viderim, iamque Caesar cum fratre profectioni suae versus Coloniam intendat, et ego ex vi mandati Ser^mae Regiae M^tis, quo ante revocationem redire prohibeor, omnino sequi debeam, ulterius fratrem meum retinere nolui, misere intra me afflictus, quod salutis et dispendii mei non clementior habetur ratio accedit etiam ad afflictionis meae cumulum, quod de una eademque re toties apud D. V. R^mam cogor conqueri, quum praeter Deum, in neminem alium in terris quam in D. vram R^mam spem meam collocaverim. Dabit igitur D. vra R^ma pro sua in me gratia, et pro ea necessitate, quae me impellit, veniam.

Et ne in querelis meis recensendis sim longior, compendium illarum est, quod hucusque non desunt nisi tres menses ad septem annos completos, quo exivi Cracoviam, terris iactatus et alto, in tot curis et discriminibus versatus, cum salutis et facultatum mearum non levi dispendio. Non tamen ex hoc tam duro et diuturno exilio me explicare possum: quumque iam Ecclesia mea pastorem; aetas tot laboribus fessa quietem: et Creditores mei debita, quae in hoc servicio contraxi expectent, nihil est quod maiori desiderio, atque omnibus votis cupiam, quam reditum, ad quem maturandum, quum D^o. vra R^ma fuerit exitus mei causa, quem invocem? aut cuius opem implorem? praeter eandem D. vram R^mam scio neminem. Tam qua possum igitur devotione et affectu rogo atque obtestor, dignetur iam tandem mei misereri et intercessione sua serio apud Ser^mam Regiam ac R^mam M^tem efficere, quo me clementer redire permittant, ne totus inteream, praesertim quum nichil sit amplius, quod hic illarum M^tum nomine agere debeam

Neq etiam vlterius subsistere possum, si me ad immorandum diutius cogere voluerint deficiente nervo, maiorem enim partem prouentuum Epatus mei Roma absumpsit. Quod reliquum est hic impeditur, indiesq grauioribus me debitis implico, tantumq impendens de meo, quantu menstrua mihi fert prouisio, quandoquidem non possum comittere, vt quapiam in re dignitati et existimationi Principum nostrorum in ea quam fero persona, decedat vel minimu. Gessiq eam hucusq Deo gratiam non cum minore auctoritate q quispiam aliorum Regum Orator Et si gloriari coram D. vra Rma licet, fortassis gratiosior reliquis, cu in Aula, tum apud Cæsarem, Quemadmodum id aliquando tempora testabuntur, feciq ea omnia sperans hic reditum meu maturiorem et honoratiorem futurum, ad presens vero, vtrumq me fefellit, cogorq Cæsarem non cum parua pecuniarum mearum iactura, ad electionem et Regis Romanorum Ferdinandi coronationem sequi, sine mandatis et instructione quid ini bi facere me oporteat. Qua de re D. vram Rmam rogo summopere, dignetur me cum primis certiorem reddere. Quid Serma Regia, et Rlis Mtas volunt per me vlterius fieri. Ego profecto sub hac condicione, nequaq vltra duos menses durare possum, misi itaq fratrem meum, vt omnibus modis ex Episcopatu, et alibi vbi potest, pecunias mihi conquirat quo solutis debitis honeste hinc abeam, Rlis etiam Mtas nondum 600. ducatos, quos in eius seruicio absumpsi, solui mandauit, sicut hoc heri michi Velseri nunciarunt Thesaurarium Barensem respondisse se ea in re a Rli Mte nouum expectare mandatum. Quodsi et eos 600 ducatos soluere debeam, et adhuc Romæ 559 ducati sunt pro Bullis soluendi, prætex id quod ab amicis accepi in mutuum, et hic impendi. Quem profectum huius anni ex Episcopatu meo sum percepturus, facilis est coniectura, Et præsertim si diutius adhuc mihi cum tam graui meo dispendio hic erit immorandum.

actum erit de me. Quapropter supplico, exuat me ex hoc casu, et vt redire possim tandem efficiat.
Quæ hic aguntur copiose M^ti Regiæ descripsi ad ea me refero. Mitto tamen hic acta in his Comicijs de religione, typis excussa ex quibus fere omnium hic rerum gestarum cum Lutheranis seriem intelliget. Adiunxi etiam poëma quoddam porcinum, Rmo Dño Plocensi meo nomine dandum, quo nihil vnq legi mirabilius, omnes in eo versus, et preterea qualibet dictio in versibus a p. lra incipit, laboriosum opus, et ociosi ingenij ridiculum poëma.
D. Joannem Lenicium, cui nihil hic fuit negocij, bene hinc et cum Cæsareo munere, expediui, Quod si forsan, vt non puto pro gentis suæ natura, aliud dixerit, comisi fratri meo, vt D. vræ Rmæ omnem historiam enarret.

Scripseram in nouissimis D. vræ Rmæ de taxa 700 ducat super Epatu meo, et q Varmien 400 duntaxat soluat, rogans ad Vrbem a M^te Regia commendaticias, si quid de huiusmodi 700 ducat adhuc possit adimi, seu retineri, vt igitur ad eu modum lræ cum primis ad me cum earundem exemplis, mittantur iterum atq iterum rogo.
De bonis Ecclesiæ meæ per D. Palatinum Pomeraniæ ablatis præsertim pulueribus, machinis, armis, et equis, ex Castro Lubauien, cu alijs multis bonis in auro, argento, vestibus, et rebus Ecclesiasticis abductis, scripsi iam aliquoties, nihil hucusq impetraui. Quumq iuxta Ecclesiarum Epalium in Prussia morem, in quo et predecessor meus frater ipsius Palatini fuit conseruatus, omnia successori debentur. Miror M^tem Regiam, istiusmodi spolium Ecclesiæ, quam M^tas eius cofert, æquiori ferre animo, spoliatoremq impune permittere potiri iniquè ablatis. Qua de causa, iterum atq iterum D. vram Rmam rogo, agat sua apud M^tem Regiam intercessione,

vt vel in Sequestrum ablata ponantur, aut restituantur, vnde sunt sublata, neqz sinat mihi absenti in seruicio Maiestatis Regiæ, sit nulla cum ratione, et friuole illudi.
Quod reliquum est, me D. vræ Rmæ vnacum fratre meo summopere commendo, et impense rogo, de reuocatione mea, et de dictis me quamprimum certiorem reddat. Dat Augustæ penultima Nouembris Anno domini M°. D°. XXX°.

Ioannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo Regi Poloniæ

Serma Regia Maiestas et domine, domine clementissime. Humillimam perpetuæ meæ seruitutis commendationem. Scripsi paulo ante ex Augusta cum fratre meo, satis abunde, singula fere quæ in Comicijs illis fuerunt acta. Et inde sequutus sum, pessimo tempore et itinere, Cæsarem Coloniam primum, et tandem huc vsqz. Quæ itaqz post nouissimas se obtulerunt, propter Postæ celerem abitionem, sic habent in compendio, paulopost, vt in Deum meum spero, coram diffusius omnia Maiestati vræ Sermæ expositurus. Dabit igitur celeritati veniam.

Quum venissemus Coloniam, agebatur illico ibidem de Electione Romanorum Regis, fuerunt de Electoribus, Cardinalis Maguntinus, Archiepiscopus Colonien. Orator Archiepiscopi Treueren. Joannes filius Ducis Saxoniæ, Ludouicus Comespalatinus Rheni, et Joachimus Marchio Brandenburgen. In prima sessione, quum ageretur de eligendo Sermo Ferdinando Rege, protestatus est publice ore, et scripto Joannes filius Ducis Saxoniæ nomine patris sui, quod in eam Electionem non consentiret, admo:

nendo alios Electores, vt memores essent iuramenti facti, ne eligerent eum qui extra Germaniam natus esset, et in eo loco, qui in Bulla aurea pro Electione non esset deputatus, et quod ideo, nomine patris sui, huic electioni nequaquam vellet consentire, protestatus, vt prius. Ad hoc alii Electores, contra illum locum patris sui tenentem, vicissim protestabantur, vt contra Scismaticum et inobedientem, reseruantes sibi contra hoc factum, suo tempore, iuris processum. Sic eo die infecta mansit Electio, et Joannes Ducis Saxoniae filius, eadem hora qua ex conclaui abiit, cum omnibus suis Rhenum traiecit, ad patrem, et ad Lantgrabium Hassiae, qui erant in Hablach, profectus.

Postero die consultabatur, et conuitauerat me pro coena Ill. D^s. Joachimus Marchio Brandenburgen Elector. Quo quum peruenissem, pro honore M^tis vrae Ser^mae me humanissime, cum fratre R^mo D. Car^li Maguntino excepit, erant ibidem Comespalatinus Ludouicus Elector, cum Archiepiscopo Colonien, Dux Mekelburgen Albertus, Oratores Franciae, et Angliae Regum, Comespalatinus Fredericus, cum fratre Philippo, et tres fratres Duces Brunsuicen, inter eos vnus ordinis Teutonici, qui fuerat in Prussia, duo praeterea, quos praeponere debui, Cardinales, Leodiensis, et Tridentinus, fuit vt vocant, magnum Banketum, sedi ego inter Archiepiscopum Colonien, et Marchionem Joachimum, qui multa mecum fuit collocutus, questus primum, quod quidam hostes eius, et nominauit quendam Minkewicz, in Regno M^tis vrae Ser^mae fouerentur, et inter multa alia quae respondi dixi forsan hoc M^tem vram Ser^mam latere, et adiunxi, quod etiam aliquando Asinus Schonbek, qui superioribus annis fuit M^tis vrae Ser^mae hostis, fouebatur in Marchionatu, et quod igitur ante 17. annos Maiestas vra Ser^ma me ex Posnania ad eum misisset, inuenissemque eum in Angermunde ad Albim, vnde me ille cognouit, refricuique non pauca de his quae tum fuerunt acta. Conclusit, quod satius

esset, vt Mtas vrã Serma suos quosdam malos castigaret, q̃ et ipse facere vellet, et viuere cum Mte vra in bona vicinitate, nihil etiam se desiderare vehementius, q̃ q̃ aliquando Mtem vram Sermam de qua tanta audiuit, videre poßet, et q̃d sepius repetiuit Mti vræ Sermæ lieb vnd dinst thün. Et quum etiam incidisset sermo de Magistro Ordinis, qui est in Marchionatu, et de Medzirecz Mtis vræ Sermæ in finibus Regni Oppido direpto nuper, compositionibusq; desuper factis, Rogauit me, vt Mti vræ Sermæ scriberem, quo ad eas partes nomine Mtis vræ Sermæ Commissarij deputarentur, quos et ipse missurus esset, qui eas differentias componerent, se nihil aliud optare, q̃ quod prius scripsi, Mti vræ Sermæ placere et inseruire. Quæ aliâs inter nos dicta, et quæ cum aliis ibidem Principibus egi, qui omnes Mti vræ Sermæ commedari petebant, non est præsentis scriptionis, longius siquidem scribendi exigerent spacium, quod nunc mihi adimitur.

Tandem quum Electores aliquoties conuenissent XV. Decembris præteriti in vigilia sanctorum trium Regum in ipsa meridie Sermus Ferdinandus Rex declaratus fuit, cum Cæremoniis consuetis, electus esse Romanorum Rex: et futurus Imperator, postq̃ Sedem vacare contingeret. Et quum tota die mirum in modum plueret, præter campanas quæ resonabant, pauca videbantur lætitiæ signa.

In die trium Regum paraui me ad Palatium, vt nouo Electo Regi nomine Mtis vræ Sermæ congratularer, quumq; iam domum egredi vellem, misit ad me Sermus Ferdinandus Rex Cubicularium quendam suum, postulans, vt a prandio se accederem. Sed omisi (significare), q̃ XXVI Decembris preteriti ipse Sermus Ferdinandus Rex me habuit solum in prandio, multa humanißime mecum colloquutus de Mte vra Serma, quæ etiam ad præsens omnia complecti non poßum, et inter alia dixit, cum quadam singulari mentis alacritate, affinitatem cum Mte vra Serma iam conclusam.

despondißeq filiam suam primogenitam, filio primogenito Mtis
vrae Sermae. Exhibuitq se multo propensiorem erga Mtem vram
Sermam quam prius unquam, ad ea quae conueniebant respondi. Quumq vt
supra scripsi a prandio in festo trium Regum Mtem eius conue:
nissem, excepit me humanißime, ibi tum nomine Mtis vrae Sermae
Electioni eius verbis quibus conuenit congratulabar, quod illi, vt prae
se ferebat, fuit gratißimum, habuitq Mti vrae vrae Sermae gratias,
neq se dubitare dixit de fauore ad eam sublimitatem, et beniuolen:
tia Mtis vrae Sermae, seq vicißim Mti vrae Sermae bonum frem,
et amicum vicinum futurũ. Inde me solum in Cubile suum induxit,
stansq mecum, repetiuit eam affinitatem cum Mte vra Serma
conclusam. addens, Oratores Mtis vrae Sermae Posnaniae, cum
suis Oratoribus quos ibi habuit, inter alia proposuisse et rogasse,
quod ipse cum Mte Caesarea velit intendere de quodam honesto ma:
trimonio filiae primogenitae Mtis vrae, quum iam et tempus, et aetas
id exigerent, Et quia in Julio mense praeterito, de matrimonio
quodam, quod ad me Mtas vra Serma per Steinkircher
referendum perscripsit, quaedam exposuisse, quaerebat a me
si quid ea in re fuisset conclusum, an si adhuc infectum esset,
nec ne. Ad quod nil aliud respondere potui, quam quod interea
quo illa nomine Mtis vrae Sermae retulissem, nullas, quid in
his factum esset, accepissem lras. Rogaui tamen, quum forsan
hoc primum non successisset, quod Mtas vra Serma sine eius
scientia et consilio concludere noluißet, intenderet cum Mte
Caesarea ad aliquod aliud honestius. Me haec cum primis
ad Mtem vram Sermam perscripturum, et non dubitare quin
habiturus esset cum primis etiam a Mte vra Serma, responsum.

Ad hoc Sermus Ferdinandus Rex mihi respondit, se omnia
ex animo pro Mte vra Serma facturum, vbi illi vnquam
vsui et honori esse poßit, seq interea, quo adhuc mentem
Mtis vrae Sermae, super his liquido non cognosceret, aliquid tenta:

turum ut honestum aliquod matrimonium inveniri possit, exhibens se magno cum affectu M^ti^ v^rae^ Ser^mae^. Multum mutatus ab illo, qui fuerat mecum in colloquiis Augustae. Et quum de prudentia atque ... fidei constantia M^tis^ v^rae^ Ser^mae^, cum eo multa contulissem, M^tem^que v^ram^ Ser^mam^ id solere in fronte ferre, quod fert in pectore, respondit, talem Principem laudos videtur praeteriti esse temporis, et non de hoc mundo, sic me humanissime dimisit.

Paulopost vij huius Caesar cum Rege exiuit Coloniam, versus Aquisgranum. Ego exiui ix, et eodem die quo intrauit huc Caesar cum Rege, quae fuit x^a^ huius, praeueni vna hora Caesarem, qui iuncto sibi Rege, magna cum Pompa armatorum, vna cum Electoribus omnibus, excepto Duce Saxoniae, cum magno et splendido equitatu, hora quarta post meridiem / ingressus fuerat hanc Ciuitatem inductusque cum Rege et Electoribus ad Ecclesiam, peractis ibidem Orationibus et ceremoniis consuetis, in crastino coronationem fieri ordinauit.

Undecima igitur huius, concessi ad Palatium mane, et inueni Caesarem cum Comite palatino, et Marchione Brandenburgen Electoribus vestientem se sacris Pontificalibus, Electores suum ferebant habitum, et quum iam Caesar esset vestitus, venit Ser^mus^ Ferdinandus Rex, etiam in suo habitu, omnibusque paratis itum est ex Palacio versus Ecclesiam, Oratores cum Cardinalibus subsequebamur: Quumque in magna praessura venissemus ad fores Ecclesiae, exibant obuiam in Pontificalibus, Colonien, Maguntinus, et Treueren Archiepiscopi Electores, lectisque quibusdam orationibus, super Regem Electum, ingressi fuimus capellam beatae virginis in medio Ecclesiae, ibi incepit Archiepus Colonien Missam, et ne in dicendis prolixis istis ceremoniis sim prolixior, Regem inunxit, gladio Caroli magni cinxit, coronauit, et pro tempore communionis, Corpore Chri refecit, quibus omnibus peractis, quae volumen non Epistolam exigerent / Exeuntes cum

Cæsare, qui coronam suam tulit in capite, et cum Coronato Romanorum Rege iuimus ad Pretorium, vbi pro more Cæsari et Regi cum Electoribus, paratum fuit prandium, quumque astitissem cum Oratore Ser^mi^ Angliæ Regis vsque ad primum ferculum, quod tulit Comespalatinus Elector, accepit nos ad prandium Dn̄s Comes de Nassan cum quibusdam aliis Principibus, quod laute structum fuit, in alia quadam habitatione in eodem prætorio, Et sic cum ista solennitas cum multis ceremoniis, quæ ad præsens scribi non possunt, esset absoluta, discessum.

Sic M^tas^ vr̄a Ser^ma^ habet pro ista temporis angustia in compendio Electionem, et felicem Coronationem Ser^mi^ Regis Ferdinandi. Quam vt coram latius exponere possim, M^ti^ vr̄æ Ser^mæ^ humillime supplico, dignetur me tandem reuocare, (Rex hinc cras redit in Germaniam) Cæsar ad Belgas suos proficiscitur, quem quum sic M^tas^ vr̄a Ser^ma^ volt, sequi cogor, et iam spero exilii mei finem prope futurum.

Dedit mihi R^mus^ Dn̄s Legatus Car^lis^ Campeius Coloniæ hoc breue inclusum ad M^tem^ vr̄am Ser^mam^ cum longa præfatione, quam ad præsens recensere non possum, dixit aliud simile datum R^mo^ Car^li^ sanctorum quatuor, vt tanto tutius ad manus M^tis^ vr̄æ Ser^mæ^ reddi possit, vtinam aliquid de hoc Concilio, quod futurum somniamus, eueniat.

Alia in hac celeritate non restant, quare me humillime gratiæ M^tis^ vr̄æ Ser^mæ^ commendo, et rogo me tandem post septennium quo totus canui et consenui, reuocare dignetur. Christus Dn̄s noster M^tem^ vr̄am Ser^mam^ quam diutissime saluam et felicem conseruet. Dat. celerrime ex Aquisgrano xiiij^a^ Januarij Anno domini M. D. XXXI.

Ferdinandus Romanorum Rex
Ioanni Dantisco Epo Culmensi

Ven[lis] syncere dilecte. Redditę sunt nobis lrę tuę de prima huius vnacum annexa Informatione, quam Ser[mus] D. Poloniæ etc Rex frater et sororius noster charissimus, ad Sacram Cæsaream et catholicam M[tem] Dnm et fratrem nostrum ęquè charum de Turci et Joannis Scepusien. conatibus misit, quam et nobis a te missam grato et clementi animo suscepimus, et super ea pariter et in his, quæ locorum in superioribus Regni nostri Hungariæ partibus existentium immunitatem concernunt. Id quod de Iure et ęquitate nobis faciundum fuerit agemus, Nosqz in eisdem locis vt bonum fratrem et sororium ac vicinum decet, erga pfatum Ser[mum] D. Regem Poloniæ geremus. Quod te latere noluimus. Dat Budweis XXI Mensis Martii M.D.XXXI Regnorum nostrorum Romani primo, Aliorum vero quinto

Ioannes Dantiscus Epus Culmen or
Sigismundo primo Regi Polonie

S Er[ma] Regia M[tas] et domine, domine clementissime. Humillimam perpetuę meę seruitutis commendationem. Fuit mecu hodie in prandio Mag[cus] D. Leonardus Comes Nogarollis, qui hic agit Ser[mi] Romanorum Regis negocia, is me certiorem reddidit versus noctem hinc se Postam ad Dnm suum missurum. Qua de re hanc nolui omittere occasionem, licet parum michi supersit temporis,

Quin brevibus ea quæ post novißimas, quas quarta et quinta Marcii præteriti ex Bruxellis dedi, has exararem, hac potißimum causa habita, quod hodie ab Illmo D. Ludovico Bavariæ Duce responsum ad meas recepi, hocque præsentibus inclusi, et illi eadem ferme hora rescripsi, iterum me illi, pro contracta inter nos familiarita: te offerens, si quid per me fieri vellet, quo solidum rei fieret initium, de qua me ei obtuli, non expectando quousque iterum, vt in lrīs suis scribit, conveniremus. Quidquid erit quod mihi respondebit, M^tas vrā Ser^ma sciet cum primis: Quumque id quod mihi M^tas vrā Ser^ma mandavit, ex me cum dn̄o Duce coram agere, fieri nequeat, bono hoc modo per lrās intentatum non relinquam. In huiusmodi rebus si non est qui certum faciat initium, nullus subsequitur effectus, litteræ sunt manupropria Dn̄i Ducis scriptæ, causamque cur non fuerit prosecutus negocium, non dicit extitiße aliam, quam quod ex parte M^tis vrā Ser^mæ nesciverit rei positionem, neque habuißet sufficientem ad tractan: dum occasionem. Quemadmodum ex lrīs latius patebit, quod tamen involucro quodam involuit, sed spero in novissimo, quod expecto responso, se clarius declarabit.

Postquam Cæsar huc ex Bruxellis applicuit, celebravit solennes, et magna cum pompa sororis suæ Reginæ Daniæ exequias, Principem filium Regis, et sorores eius duas accepit ad se, Regi item maiorem quam prius, post mortem Dnæ Margarethæ benivolentiam ostendit. Quod intelligo Danos cum Rege Fre: derico, quem surrogarunt male habere, et sibi non parum me: tuere, quum tamen nullos in eos apparatus hic videam fieri.

Allata fuit huc certa fama de Turcarum adventu, quæ primum non parum Cæsarem perculit, accessit etiam nescio quid a Pontifice ex Vrbe, qui non videtur adeo propensus vt præsefert ad concilium, quod etiam Cæsaris animum

non mediocriter turbauit, qui modis omnibus nititur quo colligi hoc Concilium possit, vnde quum fama haec de Turcis mitior facta est, eam nihilominus adeo acrem Pontifici describi mandauit, quo facilius ad Concilium induci possit, sed aerem vereor verberamus.

Coronata est iam tandem Ser.ma Regina Leonora Parisius cum ingenti Pompa, vnde a multis amicitia haec Caesaris et Regis putatur perpetua. vtinam etc.

Caesar hinc abiit pridie, relictis hic nobis omnibus cum tota Curia, rediturus post octo dies a festo paschae; contulit se pro deuotione sua ad quoddam Monasterium Grunendal, propepter Bruxellas, Inde hic neptem suam vt ferunt filiam Regis Daniae, Duci Iuueni Iuliacensi desponsaturus. habiturus vt vocant, ad eam solennitatem, magnum quoddam Torneamentum.

Ex Brabantia habebit Caesar ex contributione promissa in sex annis trecentena millia ducatorum, ex Flandria hic, vt dicitur, in duplo tantum, ferunt etiam eum iturum in Hollandiam, inde non paruam pecuniarum summam percepturus, quam per finantiam vt vocant, omnem in parata pecunia habere potest; fertur etiam quod Brabantia et Flandria in nouem annis preteritis, praeter prouentus suos ordinarios, contribuerint septem milliones auri et medium, nihilominus tamen eum adhuc debere in his terris millionem vnum et medium, Millio vnus efficit decem centena millia ducatorum. Est igitur non admodum contentus de his, qui temporibus Dnae Margarethae rexerunt, fitque clandestina de illis inquisitio, omnes enim diuites facti sunt, quod si quos reos perceperit, non carebunt merita animaduersione.

Nihil eum aliud moratur, quominus in Hispaniam traijciat

q Turcarum aduentus, qui si hoc anno cum adeo formidabili potentia, vt passim rumore sparsum est non venerit, omnino traijciet, nescio quando ad has partes rediturus.

Alia in hac temporis angustia non restant, q. q. me humillime Ser^ma^ M^ti^ vrę commendo, et rogo reditus mei rationem clementem habeat, omnia quę habeo, supra M^tis^ vrę Ser^mę^ prouisionem transeunt. Christus Dns nr illam q diutissime felicem et incolumem conseruet amen. Ex Ganduo Flandrię oppido florentissimo. iiij^ta^ Aprilis. Anno dni M.D.XXXj.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen. or.
Sigismundo primo Regi Polonię

Ser^ma^ Regia M^tas^ et domine, domine clementissime. Humillimam perpetuę meę seruitutis, et tam diuturni exilij commendationem. Nouissimas dedi hinc ad M^tem^ vram Ser^mam^ iiij^a^ Aprilis prateriti, ab eo tempore, neq tabellarius commodus, neq ea quę scribi ~~conueniebant~~ expediebat summopere, se obtulerunt. Ad pręsens quum hinc subito Mag^cus^ Dns Cornelius Sceppe rus, Cęsareę M^tis^ Consiliarius, ab eadem Cęsarea M^te^ in Hungariam ad Comitia, seu vt vocant, Rakusch, proficiscatur in postis, nolui omittere, quin scriberem, et quum multa non sint cognitione digna M^tis^ vrę Ser^mę^. ea pauca quę habentur, perstringam in compendium.

Rediit huc ad nos Cęsar, qui iiij^a^ Aprilis abierat versus Bruxellas, 20, eiusdem cum sorore sua Ser^ma^ Regina Hungarię. Interea nihil magna existimatione dignum hic

actum, prǽterq̃ Torneamentum, quod, quum M^tas v̄ra Ser^ma etiam de lemoribus, quæ hic aguntur, noticiam habere cupiat, ita vt actum est, asscribendum duxi. Ante domum D̄ni Gubernatoris Flandriæ D̄ni de Fienes circumdata fuit asseribus, planicies tor-neamento pedestri satis apta, ad quod spectandum omnes Oratores eramus vocati, venerat Cæsar cum Ser^ma sorore sua, et comita-tu puellarum forma omnibus in his terris præstantium. Quumq; omnes in locis nostris dispositi, spectaremus, introierunt, primū sex cathaphracti pedites, bene exculti, qui quum Cæsari, et mundo puellari fecissent honorem, ibant ad eos, qui huius torne-amenti erant præfecti, et petebant se inscribi cum armis suis, iaculo inprimis cum acumine ferri acuti, quod iacitur ex manu, et lancea pedestri longa, qua pedites nunc vti solent, et cum gladio accincto sine acumine, successeruntq; inscripti, suam partem, paulo post, venerunt et alii sex cataphracti, qui'n hoc idem fecerunt quod priores, et partem suam stationis etiam occuparunt, in medio erant seps recta, quæ protendabatur, in al-tum vsq; ad viri vmbelicum. Quumq; sic constitissent, dato tubæ clangore belli signo duo in certamen committebantur, et per eam sepem alter in alterum iaculum manu proijciebat, inde statim, sepi manente in medio ne corporibus concurrere possent, lanceis pugnatum, et cuilibet tria puncta in congressu permittebantur tandem ad gladios, quibus plerīq; strenue vtebantur. Quumq; aliquandiu Cæsar hanc belli faciem spectasset, subduxit se, et paulo post cum vndecim aliis cathapractis ad aliorum modum, pannis aureis, superincisis armis magna pompa aperta galea, vt ab omnibus dinosci posset, planiciem ingrediebatur, pugnatumq; per singulos, quemadmodū priores fecerant, vt reli-quos omittam, quomodo Cæsar se gesserit, annotandū censui, Ipse primus congressus est cum Don Luijs de Auila strenuo Iuuene Hispano, qui fere vltra omnes prius laudem meruerat, et quum iacula emitterentur, Cæsar ab emisso hostis iaculo

singulari arte declinauit, suum vero adeo dextre retorsit, vt parū abfuerit quin hæsisset, deinde lancea longiore vicissim acriter con: cursum, Cæsar ne vnum quidem ictum vel punctum fefellit, et ter in hostis galeam grauiter infixit, parumq; abfuit, quin ferrū penetrasset, vt ipse michi fassus est, Don Luys de Auila, habuitq; supra vnum oculum liuorem non paruum, et supra alium paruum vulnusculum, circumquaq; liuore plenum, et hoc ex tribus istis ictibus punctim factis, ter enim et non am: plius permittebantur congredi, tandem quum ad gladios fuisset deuentum, egregiæ se gessit Cæsar, retulitq; suum totum mucrō: unū ex violentis sectionibus. Et reuera omnium Iudicio palma ei non immerito dabatur. postq̄ Cæsar suum sic certa: men absoluisset, alii similem in modum concurrebant, absoluto hoc singulari certamine, duodecim ab vna, et totid̄ alia ex parte, primum iaculis, inde lanceis et gladiis, iunctis viribus, vt in præsenti pugna fieri solet, magno impetu conferebantur, dimicatumq; ab vtraq; acie satis diu, vehementissime, quousq; receptui caneretur, Hic finis Priami.

Postero die contuli me ad Palatium, conueniq; cum D̄no de Moreth Oratore Gallo intereundum, et vna iuimus vsq; ante Cæsaris conclaue, qui adhuc fessus hesterna pugna, et choreis in nocturno symposio habitis, quiescebat: quumq; surrexisset, et fuisset indutus, primum iussit vocari Oratorem Gallum. qui mecum diu desederat, totus meditabundus, et l'ras Regis sui aliquoties apud se perlegens, ex vultuq; eius cognoui, q̄ non admodum rem gratam, dicturus esset Cæsari, quod interd̄ quum facere Oratores oportet, non solent esse admodum alacres, egressus inde a Cæsare, non nimium lætus, me salu: tabat et abiit, postea misit Cæsar etiam pro me, vt ingrederer, respondi nuncio, me non venisse vt molestarem Cæsarem, saltem vt viderem, michiq; non esse ad præsens, quod negociarer

dixit qui me vocauerat, q deberem intrare, ita enim Cæsar mandas:
set, Intraui, et statim ad partem secessi, innuebat mihi Cæsar vt se
accederem, dixi nullum mihi esse aliud negocium, q vt Mtem eius
viderem, respondit, q vtiqz accedere deberem, accessi, et cognoui ex
facie, q quibuscunqz de rebus loqui volebat, vt alterius forsan rei
quam cum Oratore Gallo habuit, obliuisceretur, vnde cœpi
recensere, q egregie se heri in torneamento, iudicio omnium, gessisset.
addens nescio quæ alia, quo eum alacriorem redderem, fuitqz melius
aliquanto contentus, dicens, q pedes prius nunq fuisset in torne:
amento, et dixit michi de Galea Luys de Auila, cum quo
collocutus fueram priusq intrassem ad Cæsarem, dixiqz me illud
vidisse, vulnus et liuorem vidisse, subrisit, et inde Germanice
multa mecum de variis rebus colloquebatur, eam linguam iam
longe melius nouit, post hanc moram, qua fuit in Germania, q
prius vnq, non sine me etiam admiratione, Inde soluto hoc
humaniori colloquio, me humanissime a se dimisit.

Paulo post intellexi, Sermum Regem Galliæ per Oratorem suum
postulasse a Cæsare partem hereditatis post mortem Illmæ olim
Dnæ Margaretæ, et pleraqz alia. Item q filium Ducem Aurelioru
præficeret in Ducem Mediolani, et nescio quæ alia, quæ ratione
Reginæ suæ, sororis Cæsaris, ad se spectare putat, Hinc illæ la:
chrymæ, Ista hic circumferuntur, sed valde secreta, Dixit tamen
michi vnus de penitiori consilio, q nihil tale esset quale diceretur,
Quicquid sit, ego hic audio Gallos male audire, et vereor, ne
aliquando sanies illa dudum contracta erumpat, Manet alta
mente repostum, quod tam faciliter elabi non potest ex me:
moria amaritudinis plena. / fertur q mirabilibus modis hoc tem:
pore in Gallia pecuniæ colliguntur, putaturqz, si sic exactio
illa aliquandiu durabit, q immensa vis auri coaceruabitur, in
quos vero vsus, non admodu difficilis est coniectura.
Orator etiam iste Gallus, Dns de Moreth, vir acutus et rei

Militaris apprime edoctus, cuius opera Rex Galliæ superioribus annis in mari Ligustico, quum esset Capitaneus Sauonæ, vsus est aduersus Cæsarem strenue, reuocatus hinc paulopost redire debet. vnde quorundam est opinio, q potissimum igitur hic in Aula immoratus fuerit, vt quæ aguntur, et quomodo omnia tractantur, edisceret, suspicantur plerique, quum ipse prius Triremium Gallicarum fuerit præfectus, q iterum Rex opera eius vti volet, non contra Piratam Barbarosam, qui ex Africa his diebus in mari et Hispanis, et Gallis, Italisque multa damna intulit, sed contra Gennenses, quos si vt fama est Rex recuperauerit, diruta et funditus euersa Genna, Sauonam transferre decreuit. Et hoc sub specie, ne fiat contra pacta cum Cæsare, Dolphino Franciæ quem ferunt ista conari ascribetur, Multa hic dicuntur, et adeo incerta, vt si aliquando certissima etiam dicantur, nisi alias compertum habeamus, non credimus, ferunt etiam Ser^mam Reginam Leonoram Franciæ, iam gestare vterum, et morbo quem dicunt Gallicum, a Rege infectam, Regemque solere, vltra solitum, venari crebrius, in eaque venatione non semper capere feras, sed suapte natura cicuratas. Et q in Gallia vbique passim de Cæsare pauca bona dicantur, Quę omnia quem ad finem tendunt, Oedipode non opus est.

De Ser^mo Rege Angliæ varia hic feruntur, certum tamen est, q actionem diuortii cum Regina sua, in quod hactenus cum prælatis suis spiritualibus fuit intentus, reliquerit sine conclusione vsque ad mensem septembrem futurum, quod plerique interpretantur ideo factum, nę adhuc penitus amicitiam Cæsaris abiecisse videatur, sed differre, quoad Cæsar in Hispaniam traiecerit, tum demum voluntatem suam dudum conceptam, exequuturum, sunt qui suspicantur, si Cæsar semel Hispaniam attigerit, etiam si postea velit, per Gallos, Anglos, et Venetos, non permitti exire, sed ibidem illum in eo angulo Hesperiæ vltimæ oportere conclusum manere, ne amplius

cum fratre conueniat, habetur enim eorum potentia, reliquis potentatibus non parum suspecta. Et quo M^tas v^ra Ser^ma quae in Anglia fiunt, clarius edoceri possit, fuit apud me superiori die D^ns Joannes Haketh Orator Regis Angliae, cuius consuetudine in Anglia ante nouem annos vsus sum familiarissime, is michi recensuit, Regem suum vehementer amare illam, puellam: pollicem vxore sua quam iungi sibi matrimonio postulat, eamque non esse adeo formosam, vt in Anglia non habeat plurimas se longe formosiores, verum comitate et gratia praecedere omnes, affirmabatque dicens, omnes in Anglia aliud non credere, quam quod illam Rex nunquam inhoneste attigerit, habens ad id omnem commoditatem, ipse tamen qui hoc dicebat, non admodum michi videbatur idipsum credere. Nomen puellae est, Anna, patrem habet Thomam Bullon, vice Comitem de Razfort, qui post mortem Car^lis Eboracen cum Thoma Moro regit omnia, horum opera etiam factum putatur, quod denarius sancti Petri, qui dabatur in Anglia a quolibet fumo, excedebatque summam Quadraginta millium ducatorum, deinceps Romam negatur Pontifici, dicentes, quum iam causa desit, ob quam dabatur, cessare etiam debere effectum, quandoquidem haec contributio olim instituta fuerat pro praedicatoribus Anglis, qui Romae impensis Pontificis docebantur. Quod quid hoc nostro evo necessarium non sit, non oportere ad itidem contribuere, Regemque in alios vsus eum prouentum applicuisse, vsurpasse etiam sibi, quandam in Spirituales, cum Spiritualium consensu superioritatem quam Car^lis Eboracen non sine magno emolum^to habebat. Dictum est et his diebus, Regem Angliae filiam suam ex Regina, quam repudiare decreuit, et cum qua per verba de praesenti, vt Car^lis Eboracen mihi ante nouem annos exposuit, Caesar matrimonium contraxerat, despondisse in Anglia filio Ducis Nortfolciae, et omnia ibidem esse laeta et tranquilla sed haec de Anglia hactenus.

Concilium quod sperabamus, et quod tanto feruore tractari

ceptum fuerat, iam penitus refrixit, Sermus Rex Franciæ ad hoc consentire noluit, nisi prius solenniter ad Pontificem cum causis de quibus foret necessarium, cum loco et tempore, deferretur et Pontificis, cetrisque Carlium arbitrio permitteretur. Quod mul: tos hinc duxit in suspicionem, Pontificem sentire cum Rege, et aliquid subeße aliud, vereriqz Abbatem frum Capitulum et congregationem, quæ raro sine Abbatis fieri solet destitutione.

Rex Daniæ extorris cum maiori hic agit Cæsaris gratia quam prius viuente Illma olim Dna Margareta, videturque Cæsar illum velle restituere, et hoc maxime, si sine suis grauibus impensis, fieri posset. Qua de re, misit nuper duos Oratores ad Lube: cen, et alias quas vocant Ciuitates stagnales de hensa, qui meo iudicio parum apud illas efficient pro restitutione, si non serio Claße et gentibus Cæsar negocium hoc instituerit, ad quod exequendum opus est magna pecunia, quam quidem Cæsar hic colliget, sed in eos vsus vt cum his traijciat.

Audimus hic Regem Fredericum Claßem habere cum exercitu non contemnendo, cui adscribit milites indies, in omnemque euentum paratum. Quantum ego conijcere possum, Cæsar pro hoc Rege ~~existente~~ exule parum impendet, quod Oratores miserit factum non ob aliam causam, quam quod importunitati conquerentis aliqua ex parte satisfiat: Quodque Oratores mitterentur, ex Sermi Ro: manorum Regis consilio proceßit, qui mallet sibi, quam sororio suo impendi. Tunica enim propior pallio est.

In nouißimis quas iiijta Marcij ad Mtem vram Sermam de: deram, scripsi me misisse omnem commissionem michi factam, a Mte vra Serma, Sermo Romanorum Regi, vnde Mtas illius superiori die mihi lris suis respondit, quarum his inclusi exemplum, vnde intelliget eius mentem, quam vt

reor, iampridem M^ti^ vr̃æ Ser^mæ^ declaravit. De inducijs illis cum Rege Joanne factis, Orator Venetus me certiorem reddidit, qui dicebat XXiij Martij his de rebus Venecias in quinq diebus secundo vento per mare ex Constantinopoli lr̃as applicuisse. Quales tamen certo sint compertum non habeo, nescio qua de re sic occuluntur, nisi vt tanto facilius a plebe pecuniæ emungantur, videmurq nobis iam esse extra omne periculum, neq de Turcis amplius mentio vlla, non secus atq si in claustris illis Caspijs occlusi essent.

Ser^ma^ Regina Hungariæ Maria, quum Cæsar hinc discedet, pro gubernatrice relinquetur, addetur illi pro præcipuo consultore, R^mus^ Car^lis^ Leodien, qui superiori die vnacum Ill^tibus^ Marchione de Zenete, et Comite de Nassan, Comite de Buren, Dño de Beneren, et abbate de Middelburgo. me nihil de illis, scientem pro cœna conuenerunt, et non male tractati se plurimum M^ti^ vr̃æ Ser^mæ^ commendari petierunt.

Venit etiam huc paulo ante Doctor Nicolaus Cinner, qui Ill^mis^ Dn̄is Vilhelmo et Ludouico fratribus Ducibus Bauariæ inseruit, in quibusdam suis proprijs negocijs, ferens mihi a Dn̄o Duce Ludouico lr̃as manu eius propria scriptas, quibus me rogat, vt quum Cæsar redierit in Germaniam, quod ipse et pleriq alij futurum putant. me recta ad se conferrem. quo mecum de multis, et præsertim de negocio inter nos concepto, quod tamen suo nomine, non exprimit. confidentius colloqui posset, siquidem per lr̃as non conueniret, commendauitq mihi eundem Doctorem satis diligenter, sed nihil illi mecum conferendum de negocio, vt scit M^tas^ vr̃a Ser^ma^ commisit, rescripsiq illi pridie per Postam, in eam vt prius sententiam, per nouissimas v^ta^ Aprilis hinc missas, quas tum nondum acceperat, et inter alia explicui, et consului ne hac in re Cæsaris aduentum expectaret, sed me cum

primis de mente sua certiorem faceret, offerens illi vt prius operam meam, speroq eum ad eas quas vta Aprilis tum etiam ad nouissimas clarius responsurum. Quod qualecunq habu: ero, sciet Mtas vra Serma cum primis.

Scripsit etiam mihi Ill. Dns Dux Prussiæ Marchio Albertus ex Monteregio xiiija Februarii, quas hic accepi xxi Aprilis, postulans a me, vt iustificationem eius, et alia, reli: gionem, et negocia eius concernentia Mti Cæsareæ exponere, ingerendo, si quid contra illum ingrueret, Mtem vram Sermam cum viribus Regni et dominiorum suorum, eum non desertu: rum, qq breui ea in re Mtis vræ Sermæ mandatum habe: re deberem, Idq quum hucusq non acceperim, nolui tam odiosam hic rem tractare, de nulla enim magis inuitus, q de illa audit Cæsar, Et mihi, quem Deo fauente Mtas vra in Episcopum constituit, minime huiusmodi propositiões conueniunt, satis superq hic plerique loquuntur de hoc negocio, quid facerent, si audirent hoc a me defendi. Si consulere deberem, quum vtiq Mtas vra Serma in consilium suum me asciuit, suaderem, vt quanto minus Ill. Dns Dux in his Cæsari refricaret memoriam, tanto causam suam face: ret tollerabiliorem, satis securus est in eo angulo sub pro: tectione Mtis vræ Sermæ a paucis illis Germanis, qui adhuc nigræ huic Cruci ob sua fauent emolumenta, se: curiorq et firmior erit si subditos suos bene, et huma: nius tractauerit, quorum si in se fidem et amorem habuerit, nihil est quod metuat exteros dilectus a suis. Neq satis conuenit (saluo meliori iudicio) q errorem hunc voti remissionis, et alia quæ id contingunt Mtas vra Serma defendere debeat, sed ferre potius q diu Deus voluerit, qui sic nos peccatis nostris exigentibus castigat, ob maiora mala euitanda. Hocq nouum a nouo consiliario consiliu,

M^tas v^ra Ser^ma pro sua in me gratia boni consulat. Nihilo:
minus, quodcunque M^tas v^ra Ser^ma in his per me fieri voluerit,
obedientissime exequar.

Accepi etiam paulo ante l^ras ab Illmo D^no Georgio Marchione
Brandenburgen, quibus facit mentionem, M^tem v^ram Ser^mam
per l^ras aliquoties mihi mandasse, vt in omnibus sibi assisterem,
vbi negocia eius promouere possem, quod certe in Comicijs Augusta:
nis vsque ad indignationem quorundam primorum praestiti. Hic vero
cum Ill. D^no Marchione Joanne Alberto fratre eius, cui vnamecu
negocium exigendi debita, cum a Ser^ma Regina Hungariae
Maria, tum etiam ab ipso Imperatore, iniunxit, feci quod potui,
et quum istiusmodi admonitiones non possunt esse, nisi plurimu
odiosae, effecimus tamen, datis l^ris eius, Caesari et Reginae, q
vicissim per l^ras ab vtrisque recepit responsum. Quae igitur in
noticiam M^tis v^rae Ser^mae deducenda existimaui, ne mihi
quicquam impingi possit.

Ex Italia et Germania aliquoties M^ti v^rae Ser^mae scripsi
de differentia, quae versabatur, ratione Ciuitatum Mutinae et
Regii inter Pontificem et Ducem Ferrariae, in qua ab vtraque
parte multi sunt labores habiti, et hic tum demum per Caesarem
determinata, decreto solenniter lato mediante, sic q D^ns Dux
eas Ciuitates, quae in Sequestro a Caesare seruabantur recupe:
rauit, data quadam Pontifici pecuniarum summa, de quo tamen,
qui hic agebant hanc causam nomine Pontificis, non admodum erant
contenti. Et sic abierunt.

Abijt etiam paulo ante D. Dux Alexander Nepos Pontificis,
qui ducturus est filiam Notham Caesaris et suspicor, q diu:
tius hic immoratus fuisset, nisi quidam malus rumor, et de eo,
et de familia eius hic subortus fuisset, qui Florentiam sapiebat
Non frustra punit Deus orbem.

In Portugalia paulo ante fertur fuisse terre motus, qui Vlisbone
et in propinquioribus circum locis vltra decursum vnius mensis.

durauit, sic quod Rex et tota eius Aula, et alii qui perire noluerunt, in campis sub tentoriis satis diu se continuerunt, collapsæ sunt multæ domus et Palatia, in quibus aliquot hominum millia dicuntur esse obruta, et multa ibidem mira visa, et audita quæ hic longum esset recensere, excederemque quod pollicitus sum in literarum principio compendium, putant quidam id contigisse diris et imprecationibus Judeorum, quorum magnus numerus, hoc et anno præterito, acceptis secum omnibus quæ ferre poterat, ad Turcam versus Analonam profugit, ductus nescio qua fama, de nouo, quem gens illa semper somniat Messia.

Permisit etiam his diebus Ser^{mus} Rex Franciæ quibusdam suis grassari in Portugalenses mari, vigore quarundam represaliarum, cæperuntque iam aliquot naues, et hoc ea de causa, quod Portugalenses superiori anno quandam nauem Gallicam, quæ lustrando per magnum illum Occeanum, quo itur ad terras prius incognitas nouas quærebat Insulas inuasam diripuerit et sibi vsurparunt, vnde sub eo prætextu infestum nunc est mare, et Gallis sunt Portugalenses quascunque capere possunt naues, siue sint Hispanicæ aut Belgicæ, et hoc ad conseruandam amicitiam nuper initam firmum nequit esse diu firmamentum.

In Hispania caritas est et annonæ et vini, vbi superiori anno, et hoc etiam, nimia siccitate exusta perhibentur omnia, ad littora eius Aphricæ viciniora passim grassatur impune famosus ille Pirata Barbarosa, abductisque hominibus quos capit plurima facit damna. In Catalania, et Arragonia iterum fertur seuire pestis, quæ anno præterito, innumeros abstulit homines. Vt transeam istas hic, et alias terras, nulla pars Orbis Christiani suos non patitur manes.

Venerunt huc pauloante, et adhuc hic agunt plurimi ex Germania et aliunde, quibus debet Cæsar, qui putant

audientes Cæsarem magnam vim auri hinc percepturum, quod solutio illis impendi debeat, video quidem tractari cum eis, quemadmodum Augustæ, et Coloniæ novissime factum est, sed nescio si multum assequentur, facilius est clavam eripi Herculi, quam Cæsari eam pecuniam quam semel reposuit. Integrum adhuc habet in Hispania quicquid pro obsidibus a Rege Galliæ accepit. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Egi hic etiam apud Cæsarem, sicut superioribus suis literis Maiestas vestra Serenissima mihi mandavit, negocium Gdanensium quod habent cum Dordracensibus Hollandis, qui Mercatores quosdam Gdanenses arrestarunt, et ad fideiussoriam cautionem septem millium florenorum præstandam cogerunt. utque hæc arrestatio solveretur, dedi nomine Maiestatis vestræ Serenissimæ quam potui operam, sed hucusque nihil sum assequutus, neque adhuc ad propositiones meas omnimode mihi est responsum quod si huiusmodi arrestum non solvetur, aliud non video remedium, quam quod in Hollandos simile fieri permittatur, quo et illi conquerantur, sic ad compositionem res hæc facilius deveniet. Contraria ut medicorum est interdum, curantur crebro contrariis.

Nos hic manemus cum Cæsare, incerti quando aut quorsum hinc simus ituri. In Hollandia, quo dudum fama est nos profecturos, rerum dicitur esse omnium, quæ ad commeatum spectant, penuria, opinamur Cæsarem paucis comitatum se illac recepturum, ut aliquid emungat, et inde Antuerpiam concessurum, quo agat cum Mercatoribus, ut peccuniam ex his terris, quam in sex annis est percepturus, relicta aliqua parte pro fænore, præsentem secum asportare possit. Incertum adhuc est, quo itinere traiecturus sit in Hispaniam, si per hunc Occeanum, aut mare mediterraneum, missum tamen iam fertur, pro Classe in Hispaniam, ut parata sit, quando vocetur. Putant nonnulli quibus non nimium adversor, quod primum hinc per fines Burgundiæ et Sabaudiæ in Italiam, et inde Neapolim concedere debeat, quo triremibus tutius in

Hispaniam traijciat, alij, q̃d minus credo propter Gallos et
Anglos, putant eum hinc nauigaturum, sed vt ego existimo,
Cæsarem adhuc ipsum non statuisse quo itinere redire velit,
verum capturum eum ex re, et tempore consilium.

Magcus D. Cornelius Stepperus, bonus rerum Mtis vræ
Sermæ inseruitor, licet in Postis hinc proficiscatur, tantum mihi
concessit temporis, vt scribendo prolixior esse potuerim, neqz mihi
temperare queo, quum superest spacium temporis, quin Mandatis
Mtis vræ Sermæ satisfaciam, quæ de omnibus copiosissime certior
vult fieri, Ipse D. Cornelius ad postulationem Sermi Regis
Romanorum hinc a Cæsare mittitur, ad Conuentum seu vt vocat
Rakosch in Hungariam, Intellectum est enim, q Hungari
duorum Dnorum dominio pertesi, neutrum ferre velint, sed
plane subdere se Thurcis. quod ne fiat, et ab eo conceptu bonis
rationibus et persuasionibus abducantur, Cornelio vt cum eis
nomine Cæsaris agat, iniunctum est. Habetur hic alia de eo
ratio, q forsan per ineptos quosdam et malos Italos coram
Serma vra et Rli Mte dictum est, eum esse potorem, et
nescio quem alium. quod si forsan per Masouitam aliquem
bardum, contra eundem Dnum Cornelium prolatum est, quan:
tum veritate careat, hęc eius Legatio, eruditio, et bonorum
omnium de eo opinio, docet.

Quod reliquum est, quum iam a me exigatur, vt has consignem,
Mti vræ Sermæ, vt dno meo clementmo humillime supplico,
pro sua in omnes æquitate nedum gratia, dignetur mei misere:
ri, Deoqz ea in re obsequi, et me his, quibus me præfecit, conce:
dere, Jam enim omnibus pecuniis meis exhaustus, vlterius hic
in cepta honestate, et pro decoro Mtis vræ Sermæ et Regni
durare nequaq potero, absumpsit mihi Roma 1200.
ducatos hoc anno, et ego 700. duntaxat ex Epatu meo
percepi. Nunq a Mte vra Serma ad S. D. nrm obtinere
potui

lras, vt in taxa mihi fuisset moderatior, accepit a me pro nuda taxa ducatos 700, quum vt mihi scribitur, praedecessores mei solum 300 prius soluerint, transeo quantum mearum pecuniarum pro honore Mtis vrae Sermae Aula haec mihi absorpsit, et quottidie supra prouisionem Mtis vrae Sermae deuorat. qua de re, iam non paucis implicatus debitis, vlterius nequaquam hic possum subsistere, vt igitur maturioris mei reditus clementem et dignam rationem habeat, iterum atque iterum supplico. Nec me permittat in monte hoc serico, ne dicam Caucaso, in quo velut Prometheo iecur, et omnia mea viscera, mihi exeduntur, diutius absumi, sed me illis statuat, quibus praeesse voluit, clementer apud se perpendens, durissime hominem excruciari, cui amata tandem datur puella, et vsus eius adimitur.

At ne quicquam scitu Mtis vrae Sermae dignum omittam, hodie certo mihi dictum est, Sermum Regem Franciae, omnibus Heluetiis, quicquid illis vnquam debuit a viginti annis, largissime bono auro, in scutis vt vocant, persoluisse, vtque eos in fide contineat, nouas plerisque illorum maioribus pensiones promisisse, venarique miris modis illorum fauorem, quorsum ista tendunt, paulopost tempora docebunt.

Alia ad praesens non restant, quam quod me humillime Mti vrae Sermae commendo. Quam Deus et dominus noster Jesus Christus quam diutissime in gratia sua saluam et felicissimam conseruet. Amen. Ex Gandano in Flandria XIX Maij Anno domini M°. D°. XXXj

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancellario

Rme in Christo pater, et domine, domine colendissime Debitam obsequiorum meorum commendationem. Quum haec ex celeri et longa ad Sacram Mtem Regiam scriptione, fessus scribo, dabit laconismo veniam, licet tantum sit quod nunc scribo, perinde atque si nihil scriberem, produxi tamen calamum, vt saltem animum, et meam in D. vram Rmam obseruantiam, veterem non euanuisse, immo longe auctiorem factam, cognoscat. Quae hic aguntur ex meis ad Sacram Mtem Regiam, accipiet. De me quid scribam aliud, quam quod iam tandem summopere ex hoc tam diuturno taedio redire desidero atque eflagito, ad quod quantum Do. vra Rma potest, pro illa quondam in me gratia, qua me singulariter prosequuta fuit semper, operam suam impendat. Iam enim tot me indies vltra menstruam prouisionem implicans debitis, vlterius hic nequaquam subsistere potero, neque id, si haec non subesset necessitas, salua conscientia diutius licet, annus praeterit, quo pastor factus, oues meas non viderim, instat et consecrationis munus, quod a nemine libentius quam a D. vra Rma suscipere velim, quare igitur impense rogo, agat apud Sacram Regiam Mtem, vt tandem redire, et officio meo satisfacere possim, satius fuisset non praeficere quam praefectum a munere suo arcere. Christus dominus noster D. vram Rmam, pro summa mea consolatione quam diutissime saluam et incolumem, precor conseruet. Ex Gandano Flandriae XIX Maij Anno domini Mo Do XXXj

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo regi Polonie.

S. Ser^ma Regia M^tas et domine, domine clement^me. Humillimam perpetuæ meę seruitutis commendationem. Dedi hinc nouissimas meas ad M^tem vram Ser^mam iiij^ta Aprilis et xix Maij, in quibus abunde scripsi, quæ tum se offerebant, ad præsens nolui eam oportunitatem omittere. Quum Cæsar hinc hodie versus Bruxellas rursus proficiscatur, quin scriberem, vtar tamen breuibus.

Mag^cus D. Cornelius Sceperus, qui primum ad R^mum D. Car^lem Maguntinum, et deinde ad Ill. D. Ludouicum Comitempalatinum Electorem, in negocio Luteranorum profectus fuit a Cæsare, quid egerit, nondum scimus, Isti enim duo Principes, scripserant superioribus diebus Cæsari, se scire quædam comoda media, quibus negocium cum Luteranis, ex re Cæsaris, pro tranquillitate orbis Christiani, componi possit, non tamen ea media, qualia essent, Cæsari descripserant, misit igitur M^tas Cæsarea D^num Cornelium ad eos Principes, primum vt resciret, et ea media rescriberet, Indeq3 recta ad Ser^mum Romanorum Regem contenderet, quæ postea euenerunt, et quid M^tas Cæsarea in animo habeat, (quod secretissime mihi concreditum est) M^tas vra Ser^ma in Scheda inclusa intelliget.

Interea nihil actum est hic aliud, q̄ q̄ omnibus modis pecuniæ colliguntur, Bruxellis futurus est istarum terrarum Conuetus, in quo M^tas Cæsarea sororem suam Ser^mam Hungariæ Reginam, istarum regionum relinquet Gubernatricem, et

efficiet, vt omnes ei iurent. Postea id fiet, quod in Scheda descripsi.

His diebus fuit hic elegans et strennuum hastiludium, in quo praefuit Caesar, et fractis quatuordecim lanceis, cum omnium admiratione, atque acclamatione, gessit se supra modum strenue praeferebantur hastilusoribus ingredientibus palestram, seu campum, arma illorum in scuto depicta, cum Galea, et omnia sic fuerant in ordine suspensa, erant omnes numero quinquaginta quatuor, vnus duntaxat in frangendis lanceis Caesarem excessit, habuitque Caesar secundam palmam, quum a puellis in Symposio ad id habito, distribuerentur.

Pridie accepi hic lrãs Ser^{mae} M^{tis} vrae Dat. Craconiae. XV. Aprilis, in negocio Gdanensium, quumque hoc iam aliquandiu hic tractauerim, cum Caesare, et Consiliariis, ad id deputatis, nihil aliud effectum est. quam quod petunt, vt a Gdanensibus obtinerem facultatem, qua negocium hoc amicabili modo componi posset. Interea tamen non ommittam quo arrestum in Dordraco factum contra Ciuem M^{tis} vrae Ser^{mae} Gdanen. dissoluatur. Quodsi fieri nequit, non erit inconueniens vt simile M^{tas} vra Ser^{ma} Gdani fieri permittat, quo vicissim causam conquerendi habeant Belgae, quorum tumor aliter sedari non poterit. Iam enim satis est M^{ti} Caesareae a me nomine Ser^{mae} M^{tis} vrae inculcatum: M^{tas} Caesarea omnia ad Consiliarios istarum terrarum, qui a parte aduersa corrupti sunt reijcit.

Anno praeterito, quando M^{tas} vra Ser^{ma} dignata mihi fuit assignare prouisionem menstruam centum ducatorum, scriptum mihi fuit, quod stipendium equorum meorum quam diu hic agerem mihi currere seu cedere deberet, Et quum iam ingentem pecuniarum summam de proprio, supra prouisionem M^{tis} vrae Ser^{mae} impenderim, atque impendendo indies, idque pro honore

et existimatione M^tis^ vr͞æ Ser^mæ^ fiat augenda, Supplico M^ti^ vr͞æ Ser^mæ^ humillime dignetur committere vt egrorum meorum stipendium, post nouissimam solutionem Nobili D͞no Nibschicz numeretur, quo ille id quod pro vestibus ad honorem Ser^mæ^ M^tis^ vr͞æ comparatis Carolo Kurber debeo, persoluat. In ea re M^tis^ vr͞æ Ser^mæ^ quum totus sim exhaustus, et multis debitis implicatus, gratiam et clementiam humillime imploro.

Et quod reliquum est, quum vlterius nequaq͞ possum hic subsistere, et iam septem anni, et quatuor menses elapsi sint, q͞ absum. M^ti^ vr͞æ Ser^mæ^ iterum atq͞z iterum supplico, dignetur me tandem reuocare, et aliquem cordatiorem q͞ ille prior fuit, mittere, quem in hac Aula instituerem, cuius M^tas^ vr͞a Ser^ma^ seruicio vti posset, ego reuera, ob tot labores, iam totus canus, et praeter etatem morbis ac egritudinibus obnoxius, nescio si amplius, (quod tamen maxime velim) M^ti^ vr͞æ Ser^mæ^ vsui esse possim. Ferreus assiduo consumitur annulus vsu, Ser^mæ^ M^ti^ vr͞æ vt D͞no meo clemen^mo^, hoc crassum meum corpus cum aflicto animo, suppliciter commendo. et deprecor maturiorem reditus mei rationem habere dignetur. Christus d͞ns n͞r M^tem^ vr͞am Ser^mam^ q͞diutissime incolumem et felicissimam conseruet. amen Ex Gandano Flandriæ xv mensis Junij. Anno domini M^o^. D^o^. XXXI°

Secretum hic adhuc habetur, sed certum est, M^tem^ Cæsaream ex Bruxellis pro Augusto futuro, iturum in Germaniam ad Conuentum Imperij, cuius locus et dies nondum est deputatus, debet a Ser^mo^ Romanorum Rege designari, ibidem iterum cum Luteranis tractandum, capietq͞z M^tas^ Cæsarea in Germania ex re consilium, si per Italiam aut rursus hinc mari traiecturus sit in Hispaniam, q͞ hoc anno, propter instantem hiemem fieri non potest. Consultabit etiam Cæsar cum fratre et amicis

contra molimina Pontificis et Regis Franciae, si quid forsan aggredientur, quod futurum omnino putatur. Ex his, in quibus adhuc Respublica Christiana discriminibus versatur, M^tas vra Ser^ma facile intelligit. Ab Illmo Dno Ludouico Duce Bauariae, aliud adhuc non habui responsum, q^{hoc} quod hinc iiij^ta Aprilis misi. Alia non restant, q̄ q humillime supplico dignetur M^tas vra Ser^ma mei misereri, et tandem reuocare, ne totus interceam. Dat vt in lris.

Joannes Dantiscus Orator
Sigismundo primo regi Polonie.

Ser^ma Regia Maiestas et domine, domine clemen^me. Humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Scripsi nouissime ex Gandano M^ti vrae Ser^mae XV. Junii praeteriti, ea quae tum se offerebant. Interea quae acta sunt sic habent.

Rediit a Ser^mo Romanorum Rege pauloante D. Cornelius Sceperus, qui de his mediis, quibus res cum Luteranis sperabatur posse componi, non attulit alia, q̄ quaedam in Comitiis Augustanis proposita, quae tum Caesar admittere noluit, et q Rmus Dns Car^lis Maguntinus, et Ill^mus D. Comes palatinus Elector Ludouicus, polliciti sunt Caesari, se missuros Consiliarios suos, vt Luteranorum Principum pertentent animum si turba haec bono aliquo modo componi possit, quo totum negocium in Conuentu Imperii futuro, cuius locum et tempus a Ser^mo Romanorum Rege expectamus, absolueretur, et aliquid solidi contra Thurcarum potentiam statueretur, unde adhuc secreto cum illis tractatur, quaeruntur modi,

quum Illmum D. Marchionem Georgium Brandenburgen in
partes nostras protraxerimus, quibus et alii attrahi possint habitoque
consensu Principum, non granate plebs sequetur, hac via for:
tassis, si continuaverimus, aliquid boni subsequi posse sperandum
est. Cæsar iam incipit tædere in his moris, et in Hispaniam appetere
reditum, fouet adhuc supra septem millia electissimorum peditum
Hispanorum in Italia, cum quibus aliquando traijcere statuit, hocque
ante istam hiemem omnino perficeret nisi sedulæ fratris ~~exercitatio:~~ hortatio:
nes et preces retinerent iam serio reluctantem. Quum primum
intellexerit, quid in futuris Imperii Comitiis tractari, et pro
re Christiana et communi tranquillitate concludi possit, hinc
se in Germaniam recipiet. At quum a pontifice negatum ei
sit Concilium, nihil non tentabit quod ad pacationem Germaniæ
pertinebit.

His diebus Cæsar sororem suam, Sermam Reginam Hungariæ
Mariam, in Gubernatricem istarum terrarum constituit, cui prope
diem omnes status iurabunt. | Rmus D. Carlis Leodien, qui
illi adesse debet, paulo ante ad suos Leodien abiit, qui numero
supra decem millia contra Clerum insurrexerant castigaturus
factiosos. | Hic iterum ad honorem Sermæ Dnæ Reginæ ingens
celebratum est hastiludium, cui non interfuit Cæsar, qui totos
hos dies consiliis absumit, | venit huc nouus Orator Gallus:
prior intra biduum iam penitus absolutus abibit, | sunt nescio
quæ noua molimina. Exortum est etiam ante unum mensem
nouum bellum in Frisia subiecta Cæsari, ad quod fomenta
dedisse ferunt Ducem Gelriæ, qui fouet partes cuiusdam
Nobilis et magni viri, cui nomen Junker Baltasar, is supe:
riore anno obsessus fuerat per Comitem de Emptun Frisium
et coactus ad dedicionem, et ad faciendas mirabiles inscri:
ptiones, cum multis duris promissis, a quibus illum Dux
Gelriæ auctoritate qua fungitur absoluit, et illi supra qua:
tuor millia peditum pro Diplomate contra Comitem dedit,

cum quibus iam aliquot arces intercepit, multasque villas et oppida igne absumpsit. Bonus iste Comes et Luteranos et Zwinglianos sua peruersitate superat, omnia olim quae in Ecclesiis fuerant abstulit, quae ad praesens iste Baltasar, qui partium est nostrarum repetit, videturque ea de re Caesar conivere, Comes vero destitutus fertur confugisse ad Regem Daniae Fredericum, vt se cum suae farine hominibus tueatur, verendum est ne hoc incendium serpat vlterius, dicuntur ab vtraque parte esse electissimorum germanorum peditum supra octo millia, qui si ad Gallos, post hoc bellum, quod inter pauperes diu durare nequit defecerint (ituri enim sunt quo illos pecunia potior vocauerit) magnum aliquod malum his terris imminebit. Non frustra igitur hic adeo diligenter quottidie consultatur.

Miserat superiore die Caesar quendam nunctium suum, ad Lubecen, et ad sex Ciuitates, quas vocant Vandalas, in negocio restitutionis Regis Christierni extorris, qui bonus Rex putabat, quod pro voto omnia sibi cedere deberent, post tot cum Caesare habita colloquia, verum quemadmodum certo edoctus sum, res longe secus cessit, Nuncius enim ille nihil habuit in mandatis, quod ea in re Regem concernebat, sed filium, tentauitque Caesar si illum relicto patre, restituere potuisset. quod ob foedera per Lubecenses et Vandalas atque stagnales Ciuitates cum Rege Frederico inita plane negatum est. Inscriptiones vero istarum hic terrarum inferioris Germaniae, cum Rege Frederico factae, iterum sunt firmatae, et scilicet ab vtraque parte nullum bellum incipi debet, nisi prius sex mensibus ante qualibet pars certior reddatur, vnde bonus iste Rex Christiernus, ab omni sua decidit spe, et praesertim hoc tempore magis quam prius vnquam. Quandoquidem superiori die Caesar illi dici iussit, quod non posset eum restituere, et quod cogeretur habere rationem temporum, et patientiam.

In pensione etiam quam habuit hucusq;, non parum ferunt ei ademptum, neq; ad præfixum tempus quo solebat impeditur ei amplius solutio, nunq̄ fuit magis miser, vereor ne vim sibi inferat, aut in phrenesim incidat. Maledictus homo, vt inquit prophe: ta, qui confidit in homine. Cæsar tamen multa etiam non sine causa facit. Judicium Dei abissus multa.

Venit huc fama ante aliquot dies, Triremes Andreę de Orea, persequutas fuisse quasdam Triremes et Myoparones Maurorum, quibus præfuit Turca ille famosus quem vocant Barbarossa, quæ fugerant in portum quendam Africæ. quo Andreę de Orea Triremes sunt secutę, et in ipso portu duas Triremes Maurorum, ex quibus Mauri bona et bombardas exportare cæperant, concremarunt, duas alias cum multis captiuis Chri: stianis ceperunt, vna cum quibusdam Myoparonibus seu fustis, et multa præda onustę saluę redierunt. vnde ad præsens ferunt Turcas in Oris Dalmatiæ et Carintiæ quendam portu firmasse multis munitionibus, esseq; ibidem supra quindecim millia Turcarum, et struere magnam Classem, vindicaturi for: tassis, q̄ Barbarossæ male cessit.

Pontifex iterum tres Carles paulo ante creauit in Hispania, Ro: mæ duo sunt alii, Confessor olim Cæsaris Dominicanus, et alius Enobarbus Franciscanus / s. pontifex / Firmat etiam præsidia sua. nescio in quem euentum in Hispania, vereor ne aliquando moliatur ca: ptiuitatis suæ vltionem, cuius, quum natura (vt ferunt) sit auidus, per omnem occasionem nihil relinquet intentatum, neq; parum eum mouit, q̄ Cæsar sententiam dedit pro Ferrarien Duce, et q̄ nepos eius Dux Alexander profugere a Gan: dano coactus fuerit, ob fędum hoc facinus, propter quod duo iuuenes, cum quibus Commercium habuisse perhibetur, et qui hoc etiam fassi sunt, supplicio affecti, interierunt.

Rex Angliæ permanet in sententia in sententia repudii

Coniugis suę fierique iussit per omnes vniuersitates in Gallia, et Italia disputationes, ex quibus non paucas pro se coemptas sententias obtinuit, sed tamen adhuc aliam publicè non duxit. de occultis non iudicat Ecclesia. Ferunt item his diebus Regem Scocię Jacobum adolescentem mortuum sine herede vnde in ea istius Regni affectatione dicuntur Scoti tumultuari, Rex Franciæ cuperet Ducem Albaniæ, quem secum habet præficere, Rex Angliæ alium, ipsi vero Scoti nescio quem etiam vellent, Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Negocium Gdanensium, quod mihi in suis nouissimis M^tas vra Ser^ma tractandum commiserat apud Cæsarem transegi et composui, Misit Cæsar ad me Dordracens. qui fecerant arrestum super bonis Henrici de Reß Gdanen. At isti rogarunt, si quo modo amico componi posset negocium, vt operam meam impenderem, erant etiam cum illis duo Consiliarii Cæsaris harum terrarum, qui instabant vt ad honorem Cæsaris et pro bono pacis, ac communium comerciorum, hanc prouinciam susciperem, sperare se dicentes per neminem commodius et facilius quam per istiusmodi compositionem posse fieri etc. Ad ea respondi me non habere facultatem a parte, hoc est, a Gdanensibus, et esse difficilem sine mandato tractationem. Illi nichilominus vrgebant Gdanenses ratum et gratum habituros, quicquid per me fieret. At quum prius resciuissem ab Henrico de Reß. quod Gdanenses parati essent impendere 2000 Flor. modo possit fieri istiusmodi compositio, suscepi hanc concordiam tractandam. Quumque primum conuenissemus, post longam disputationem, pars ista lesa Dordracensium, postulauit sibi dari 7000 Flor, multa bona amißa, et damna perpessa allegan/ad eam postulationem nihil offerre volui, neque compositionem futuram nisi profundissime descenderent, et satius fore vt aliquid, quam nihil acciperent, et si vicißim

per viam repressaliarum a nostra parte deberet peti insticia reputarent apud se, quantum damni illis qui frumentis Mtis vræ Serme carere nequeunt, præsertim Hollandis inferretur, addens plurima quæ conueniebant, post hoc colloquium descenderunt ad 3000. flor. Ego vero dicens me id ex me, et sine mandato facere, obtuli illis apud fuggaros, in vnius anni spacio mille flor. eamqz pecuniam me illis apud dictos fuggaros assecurare, et me vlterius progredi non posse, Hoc meum propositu illi ceperunt ad deliberandum vsqz in Crastinum, quumqz redijsset, iterum tractatum, in summa, res eo in cardine mansit, vt vltra 1000 flor. quemlibet pro viginti gl. nostris computando. illis adderem 150. flor. quos curarem solui a tempore factæ compositionis infra 21 dies, reliquum per anni vnius intercapedinem pro duobus terminis Et ad eum modum omnis ista differentia, quæ a nouem annis durauit, cum damnis, et interesse vtriusqz partis, est penitus extincta et abolita. lraeqz desuper confectæ, et mihi magnæ gratiæ habitæ. Jstiusmodi per me facta concordia Cæsari, et omnibus Prouincialibus fuit admodum grata. Quumqz venissem ad Cæsarem, dicens me ea in re Mtem eius deinceps non molestaturum, subrisit grato vultu, respondens me valde bene fecisse, et sic etiam vtrisqz subditis vt in pace et Comerciis suis manere possent optime conuenire. Et reuera nisi hoc sic esset confectum negocium, arrestum nunqz fuisset solutum, neqz Dordracenses ad Judicium Mtis vræ Serme vbi lis fuerat contestata, remissi, quum contestationem litis Dordracens constantissime negarent, et adhuc facta concordia, non planis verbis solum, verumetiam multis iuramentis negant, feci id ea in re quod potui, ne ex talibus scintillis grauius incendium oriretur.

Quum iam nihil agendum hic restat qz Caucasus iste vel Scirici mons, in quo totus contabui, et quicquid habere potui absumpsi, grauibus me indies implicans debitis, et quum de hoc

monte hucusque Neapoli nihil sit tractatum, neque forsan tractabitur pro summa aequitate, qua utitur M^tas vra Ser^ma in omnes, in eos etiam qui illam nunquam viderunt, supplico humillime, eandem aequitatem, (quum gratiam obtinere non possim) mihi impartiat, quo tandem ex hoc tam diuturno exilio reuocatus, redire, et officio meo suscepto satisfacere possim, diutius enim nequaquam possum subsistere, neque si vellem possem, neque si possem rebus meis ulterius expediret, et fortassis postea cum ignominia, a Creditoribus omnibus rebus meis exutus, fugere hinc potius quam abire cogerer. Quapropter iterum atque iterum enixißime et humillime M^ti vrae Ser^mae supplico, dignetur tandem, et ob amorem Dni nostri Jesu Christi, mei misereri, et non permittere diutius me hic absumi, accepi superiori die ad tres menses futuros Julium, Augustum, et Septembrem ratione prouisionis meae 300. ducatos, de quibus in hodiernum diem pauci mihi restant supra 30. Coactusque sum iterum ut vocant, facere finantiam, et nouis me onerare debitis, quo in caepta opinione et reputatione, ad honorem M^tis vrae Ser^mae, et Regni viuere possim usque ad Septembrem. Quod si ulterius mihi manendum erit, vereor ne potius fugiendum mihi sit, quam manendum, hanc quaeso meam angustiam et sollicitudinem M^tas vra Ser^ma apud se clementer perpendat. Et alium quempiam mittat industriorem, quam fuerat ille nouißimus, ut eum instituere possim, ne putetur hic in Polonia non esse alios praeter me, qui aliquid possint, quum tot sint et docti, atque rerum gerendarum periti viri, in Aula M^tis vrae Ser^mae, quot forsan ne in maioris quidem Regis Aula inuenitur. Proinde hanc meam tam seriam et profundissimam animi mei deprecationem, ne dicam deplorationem M^tas vra Ser^ma saltem pro aequitate sua, si gratiam non merui admittat, et hanc meam vehementiorem scriptionem, quam necessitas et dolor extorquet clementer suscipiat, et boni consulat. Etsi

nihil aliud est, quemadmodum sunt plurima, quæ me commouent et afficiunt, hoc vnum satis mihi acerbum est, quod fere iam in octo annis Mtem vram Sermam Dnm meum naturalem, non viderim. Q hoc amanti Dnm suum, graue est, in hoc exilio satis sum edoctus.

De hac noua secta in Germania, quæ neq baptismum, neq verbi Dei concionem, aut aliquod Sacramentorum admittit, somniis duntaxat et spectris intenta, Mtas vra, quæ propinquior est, iam habet vt reor scientiam, Est mira Dei plaga, qui tantum Imperiu, immundis spiritibus in homines admittit, nemo tamen est, neq hic in Aula Cæsaris, qui ista multum curet/adeo obcæcatum est cor nostrum.

Alia ad præsens, scientia digna Mtis vræ Sermæ non occurrunt. Q q me humillime Sermæ Mti vræ vt dno meo clementmo commendo. et rogo stipendium equorum meorum, vt scripsi in nouissimis Dno Nibschitz persolui committat, vt saltem aliqua ex parte debitorum meorum possit fieri solutio. Habeatq celerioris reditus mei per Christum dnm nostrum rationem. Qui Mtem vram Sermam qdiutissime in longeua salute et fælicitate conseruet, amen. Ex Bruxellis celerrime XXa July Anno Dni M. D. XXXjo

Accepi heri has lras inclusas ab Illmo Dno Ludouico Duce Bauariæ, quibus meis tandem ad tot exhibitiones ei tocies a me factas, respondet. Ego quicquid vnq lrarum ad illu dedi, ex nulla commissione, sed tanq ex me semper scripsi, vnde se iam tum demum declarauit, se ad matrimonium cu Serma filia Mtis vræ bene affectum, quum et honorificu sibi esset futurum ea in parte affinitatem contrahere, hoc tamen sibi esse maxime reputandum, fratrem suum iam duos

habere heredes masculos, et indies plures nasci posse, quodsi ipse
etiam coniugio se implicaret, et filios susciperet, vnde illi pro
decoro, statum suum sustinere possent; quo Ducatus Bauariae
non scinderetur, si vero a Mte vra Serma tantum terrarum
et subditorum habere posset, vt commode cum suis futuris posteris
viueret, quemadmodum sibi aliquando spes data fuit, propensus
esset se illuc conferre, et sic se gerere, pro commodo rei
Christianae, iuxta suam facultatem, vt honesto Christiano prin:
cipi bene conuenit. Ex eo responso Mtas vra Serma satis
liquide intelligit, quid petat, Rescripsique ei, habens gratias,
quod me de mente sua certiorem reddidisset, me daturum ope:
ram, vt hanc propensionem et voluntatem eius, in illorum
perducerem noticiam, qui super his cum Mte vra Serma
tractarent, et quicquid in his ab eadem Mte vra obtineret,
mihi rescriberent, quo eum vicissim certum facere possem,
accommodando omnia voluntati diuinae, quae potissimum in
matrimoniis contrahendis vim suam exercet. Haec egi cum
domino Duce ex praescripto Mtis vrae Sermae, si quid
vlterius per me volt fieri, fides et sollicitudo mea non
deerit. Lrae inclusae sunt manu propria ipsius Dni Ducis
scriptae Quemadmodum et aliae quas nouissime Mti vrae
Sermae transmisi, si vsui non erunt, in omnem euentum, oro,
vt mihi remittantur. Dat in lris etc.

Ferdinandus Romanorum et Bohemiae Rex.
Joanni Dantisco Epo Culmen.

Rme, deuote syncere dilecte. Redditae sunt nobis lrae vestrae
vnacum adiunctis Sermi Principis Dni Sigismundi Regis

Poloniæ, Magni ducis Lithuaniæ ac Russiæ Prussiæq, fris et sororũ nostri char^mi. Quibus ad nos perscripsit omnem victoriæ successum, quam nuper contra Valachiæ gentis Waijuodam a Deo opt. max: obtinuit. De qua Seren^ti suæ merito per lrãs nostras gratulati sumus, vosq per has etiã de hoc certificare voluimus. Dat in nostra Imperiali Ciuitate Spira die viij Mensis octobris Anno dñi M D XXXJ. Regnorum nostrorum Romani primo Aliorum vero quinto.

Joannes Dantiscus
Petro Tomicio Epõ Cracc. vicecancell°.

Rme in Chr̃o pater et domine, domine obseruan^me, plurimam obsequiorum meorum commendationem. Quum ista nocte, hinc, a Dño suo Ser^mo Romanorum Rege D. Comes Nogarollis reuocatus in postis abeat, non potui omittere, quum prius abunde cum Cubiculario Gersdorff scripserim de omnibus, quin has breues exararem. Ipse D. Comes, quemadmodum ista mihi hora retulit, adhuc super his rebus, de quibus scripsi in nouissimis, a Dño suo non habuit responsum, pollicitus est mihi, quamprimum ad Dnm suum appulerit, se de omnibus per lrãs suas me reddere certiorem, quod postq fiet, perscribam ad D. vram Rmam omnia. Mitto hic nescio quæ de Cometis, quæ alias hic aguntur scripsi in compendio ad Sacram Mtem Regiam. Nos hic nihil facimus, et in vtramq aurem dormimus. Alia in ista celeritate non restant, quam quod me D. vræ Rmæ summopere commendo, Deumq precor vt me illam felicem et incolumem breui videre concedat, quod vt fiat quantocijus (ne iterum querelis meis molestior sim) D. vram Rmam rogo et obtestor

det omnem quam potest operam; ego profecto, vt scripsi in nouissimis, durare hic non possum diutius. Ex Bruxellis XXij Octobris. Anno domini M. D°. XXXI°.

Joannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo Regi Polonie.

SERma Regia Mtas, et domine, domine clementme. Humillimam perpetuae meae seruitutis commendationem. Secunda die huius mensis scripsi Mti vrae Serma cum Cubiculario Christofero Gersdorff longo volumine, quae tunc agebantur, Quem quum iam pridem ad Sacram Mtem vram rediisse arbitror, superuacaneum censui ea quae tum scripsi repetere, Interea se nihil obtulit aliud quam id quod prius scripsi. Spirensem videlicet Conuentum expirasse, et alium institutum in Ratisbona pro festo Epiphaniarum futuro, de quo plerique adhuc dubitat si vnquam est successurus.

Lras S. Mtis vrae ad Sermud Romanorum Regem Spirae ad eius Mtem misi, quae mihi respondit, vt in exemplo his incluso habetur.

Rex Daniae extorris, xvj huius cum peditibus suis exiuit Amsterdamum Hollandiae Oppidum, versus Medenbliz portum, vbi xij bene instructas naues, cum Commeatu, bombardis, pulueribus, et aliis rebus classem spectantibus, prouisas, est ascensurus. Quod mihi hodie scripsit gubernator Frisiae D. Georgius Schenk, qui cum Rege ibidem egit nomine Caesaris, ne grauiora damna miseris Hollandis inferret, qui ei coacti fuerunt soluere 5000 Flor. praeter naues, commeatum, et alia,

Et quum his diebus ventum meridionalem satis pro se habuerit validum, creditur, ꝙ ante tres aut quatuor dies iam abierit, seque Neptuno et fortunae commiserit / Compertum hic habemus ꝙ in Dania parati sunt etiam cum non contemnendis copiis ut aduentui illius resistant, In his apparatibus dicuntur esse et Ciuitates Stagnales et Vandalę / Quodsi in Daniam traijcere non potuerit, vel in Suetiam, ubi etiam indigenae contra illud feruntur instructi, cogetur vel redire in Hollandiam, aut prorsus se conferre in Noruegiam, ubi non poterit nisi in summa rerum inopia hibernare, quid ex ea profectione futurum, breui experiemur.

Venit huc hodie nouum, Heluetios superiori die inter se se acerrime conflixisse, et ab his qui fidem Christi, ceremonias, et sanctorum patrum instituta seruant et tuentur, superatos esse magna clade Zwinglianos illos sacramenti Eucharistiae contemptores, ex illisque cecidisse tredecim millia, et nostrae religionis sectatorum non fuisse supra octo millia, / venisse postea Zwinglianorum decem millia, qui audita clade suorum, cum nostris congredi non fuisse ausos, priori victoria animatis / Et quum iam inter se sic certare ceperit, actum est de eorum viribus, facile a vicinis Principibus redigentur in ordinem / Zwinglium ipsum ferunt viuum in mille partes fuisse discerptum. / Lento gradu diuina procedit ira.

Nihil hic fit aliud, conuiuatur, pecuniae miris modis conquiruntur, de Turcis nihil curatur / quisque rem suam curat / Ego interim misere hic absumor. et quod maiorem mihi infert dolorem, alii Oratores accipiunt successores. ego solus hic sum perpetuus. has secum fert in Postis ista nocte D. Comes Nogarollis, qui hic egit nomine Ser.mi Romanorum Regis, reuocatus clemen.me a D.no suo / Successit etiam alius Oratori Anglo, ante tres dies, et illum qui supra annum hic fuit liberauit / quis vero me sit liberaturus, aut quando id futurum est auidissime expecto. diutius enim, ut scripsi

in nouissimis, nequaq hic possum subsistere. Rogo igitur per immortalem Deum, qd iam nequicq rogaui toties, vt me tandem S. Mtas vra clementer redire permittat, et me sic funditus non perdat apud exteros, sed si deliqui, quod me conscio factum non est, domi me castiget, et ibidem quicquid voluerit de me statuat, secundum merita mea, Et ne me quaestus mei vlterius proripiant, quum non sit quod ad praesens S. Mti vrae scribendum esset, reliquum nec tempus quidem id pateretur, his non adeo prolixis vt erant nouissime, S. Mtas vra clementer dabit veniam. Cui me suppliciter commendo. Christus dominus noster, eandem S. Mtem vram q diutissime sospitet, et prosperet semper in omnibus. Ex Bruxellis Brabantiae XXii Octobris. Anno domini M°. D°. XXXj.

~~Joannes Dantiscus, Orator~~
~~Petro Tomicio Cpo Cracc~~.

Scheda in lris ad regem inclusa

Postq conuenissem cum Illmo Dno Frederico, Comitepalatino Rheni, et nihil inter nos aliud, q de mutuis oblationibus colloquuti fuissemus. misit ad me postero die mane intimum suum Consiliarium Doctorem Hermanum, virum doctum et industriu, Is quum more Germanico, nomine domini sui me salutasset, petijt seorsum a me colloquium, in quo mihi exposuit, in primis quanta beniuolentia Dns suus iam a multis annis me prosequutus fuisset, et quantam de me iampridem fiduciam concepisset, Qua de re me nihil celare vellet horum, quod apud se haberet secretissimum, et mihi bona fide concredere omnia, praesertim quum et ex meis lris, et ex me coram non volgarem meam erga se propensionem liquido agnouisset.

Remq; eam esse. Sermum Romanorum Regem,
vt aliqua in re, propter tot benemerita domini sui, gratitudinem
suam erga illum ostenderet, superioribus diebus ipsum Dnm
suum hortatum fuiße, vt iam tandem ad honorificum quoddam
Matrimonium animum suum inflecteret, quod se illi procurare
pollicitus fuisset, proposuisseq; hoc cum Illma Principe Hedui-
ge filia S. Mtis vræ. Et q igitur Sermus Romanorum
Rex S. Mti vræ scripsisset, et ea in re, voluntatem S. Mtis
vræ obtinuisset, dedissetq; dnō suo exemplum lrarum ad se
S. Mtis vræ, quibus ad hoc matrimonium futurum S. Mtas
vra consensisset. Qua in re Dnm suum singularem illam erga
se S. Mtis vræ beniuolentiam, et affectum, gratissimo animo
suscepisse, Et vt in eo inprimis Deo omnipotenti laus et
honor daretur, votisq; Sermi Romanorum Regis, et S. Mtis
vræ satisfieret, se totum ad hoc, cum Illma filia S. Mtis vræ,
matrimonium concludendum addixiße, maxime etiam his de
causis, quod Illmus D. Ludouicus Comespalatinus Rheni Ele-
ctor, cui si sic se casus offeret, in Electione esset succeßurus,
alijq; consanguinei, et subditi illorum, ad contrahendum dignū
aliquod matrimonium multis admonitionibus ipsum Dnm suum
sollicitassent. Ne domus hæc inclyta Comitumpalatinorum Rheni
succeßu temporis sine hæredibus deficeret. Quando quidem Illmus
D. Ludouicus Elector, nunq ducturus vxorem, in suo maneret
cælibatu, et Comespalatinus Otto Henricus, qui duxit vi-
duam Ill. olim Marchionis Cazimiri Brandemburgen, iā
a quinq; annis nullos cum ea haberet liberos, nec habendi
spes esset vlla, Comes vero palatinus Philippus animum suum
ad bella prosequenda adiecißet, in quibus dubij et varij so-
lent esse euentus. His de causis Dns suus facile con-
sensisset, ad contrahendam cum Serma Mte vra affinitatem,
futurum sperans, si Deo bene volente, succederet, q aucto-
ritate S. Mtis vræ, cum apud Romanorum Regem, tum

apud Cæsarem, facilius ea, quæ sibi debentur, ab vtrisq[ue] obtinere posset. Quodq[ue] hæc ad præsens non minima causa fuisset, ob quam D[omi]n[u]s suus ad Cæsarem se contulisset, Et nisi huc venire coactus fuisset, illico ratione istius contrahen:de affinitatis ad Sacram M[aiesta]tem v[est]ram Oratores suos insignes misisset, Interea vero quo adhuc intermissum est, rogaret me me nomine domini sui, vt illum certiorem redderem, quid mihi in his, et quæ dotem spectant, cognitum esset, quo commodius isti tractatus ad bonum et optatum finem perducerentur, D[omi]n[u]m suum etiam in his mecum colloquuturum. Offerens in fine sin:gularem mihi domini sui beniuolentiam. Hæc fuit orationis ad me istius Doctoris summa, Cui, ne sim in omnibus recen:sendis prolixior, pro intellectus mei tenuitate, quum ea in re iam prius mentem S. M[aiesta]tis v[est]ræ cognouissem, quæ conueniebat respondi, dicens me itidem D[omi]no suo responsurum. Cum quo paulopost quum conuenissem in cœna apud D[omi]n[u]m de Fienes Gubernatorem Flandriæ, super his seorsum multa contuli:mus. Inueni profecto Principem tam amanter et cum tanto desiderio obsequendi S. M[aiesta]ti v[est]ræ mecum loqui, perinde atq[ue] esset S. M[aiesta]tis v[est]ræ vel filius aliquis, totumq[ue] ad contrahenda[m] hanc cum S. M[aiesta]te v[est]ra affinitatem proferebat se cupidum, nedum propensum. Princeps est admodum humanus, moribus vere Principem decentibus, honestissimis et lenissimis, minimeq[ue] puellis aduersis, gratiosus apud omnes omnis status homines. beneficus, prudens, multarum rerum peritia, et experientia præditus, apud Regem Philippum patrem huius Cæsaris, in his terris, et in Hispania longo tempore educatus, vbi sibi optimum apud omnes nomen comparauit, et vt vno verbo con:cludam, omnium virtutum agmine exornatus. Neq[ue], meo iudicio, talem habuisse generum S. M[aiesta]tem v[est]ram pœnitebit vnq[uam]. De prouentibus eius, vel quantum Dominiorum habeat, certo hinc scribere non possum. Quum tamen ille ante annos nouem

existens Nurnbergæ Locumtenens Cæsaris, tum primum a me
cognitus, et quum anno superiori ageret Augustę, honestissime, et
splendide in statu suo, tanto Principi conuenienti, non impar aliis
Principibus, immo non paucos superans, se gessit, amat, et habet
apud se viros bonos et Lratos, totus pius, et verę nostræ religioni
deditus, minime tamen supersticiosus. Annos natus est quadraginta
nouem, bonę valetudinis, sincerus, integer, et non, vt sunt ętate nostra
fucatus aulicus, Germanice, Flandrice, Latinæ, Italice, Gallice,
neqȝ imperfecte hispanice loquitur, facies et vultus eius graciositate
conspicuus, mee proceritatis, bene compactis membris, non macer,
neqȝ obessus thorosus, nitidus et elegans, et in omnibus verum
referens Principem. Gloriabatur etiam apud me, q superiori:
bus diebus, per proprium nuncium scripsisset S. Mti vræ, pro equo
Canterio siue valacho, quum in Capitaneum generalem fuerat
ab Imperio electus, et q S. Mtas vra sibi optimum miserit,
vnde se adhuc plurimum S. Mti vræ debere fatebatur, et tunc
inter alia quæsiuit a me, Illmæ Principis Heduigis colorem, et
complexionem. Quam (q ante annos octo memini) dixi sangui:
neam, succulentam, et ad fuscedinem cum singulari gratia tenden:
tem, et non dissimilem facie liniamentis S. Mtis vræ (alias
virtutes a Rmo dno Cracouien Episcopo mihi scriptas, prius
enumeraueram) cum sibi respondit in puellis colorem esse gratissi:
mum, dicens q in Germanicis cantionibus, nunq de nimium
candidis, sed von den braun Medlein caneretur. Multa esset
de his nostris scribenda colloquiis, et quibus modis Simulachru
S. Mtis vræ a me accepit, et quomodo non semel ex sua
virtute se humiliauit dicens, talem virginem Principem tanti
Regis filiam, et tot optimis dotibus insignem, maiori q sibi
deberi, seqȝ iam in ea ętate (vt verbis eius vtar) indignum.
Quodsi tamen ita Deo visum fuerit, qui in Matrimoniis, quæ
toties sibi non successerant, plusq in aliis rebus gratiam et
potentiam suam ostendere solet, daturum se omnem operam, ne

qua in re S. Mti, et eiusdem filiæ, displiceat. Quod illum omnino facturum confido. Et ne sim longa hac scriptione S. Mti vræ molestior. Quum iam inter nos erat discedendum, postu: lauit à me, vt se plurimum S. Mti vræ commendarem, et nego: cium hoc quantum possem, promouerem, quo a me Ratisbone de omnibus edoceri posset. De dote quidem bonus Princeps semper obticuit. Quod modestiæ, et gratæ eius verecundiæ tribuo, Doctor tamen, qui primum super his eius nomine loquutus fuit, meminit. Quocirca. si quid S. Mtas vra in his per me fieri voluerit, et fortassis aliquid de Dote innuere, mandet mihi cum primis, modo efficiat vt diutius subsistere possim. ipse subibo humeris, nec me labor iste gra: uabit. Dixit mihi etiam Illmus Dns Comespalatinus Frede: ricus anteq hinc abiret, se certo intellexisse, D. Hieronimum Laski fuisse nuper Augustę, et nomine S. Mtis vræ atq Jo: annis Regis tractasse cum Ill. Dno Ludouico Bauariæ Duce, ratione istiusmodi matrimonij, q quantum potui ex animo boni Principis remoui, confirmans mihi a S. Mte vra scri: ptum, q quamuis quidam fuissent, qui hoc egissent apud S. Mtem vram, rem tamen mansisse infectam. Hic nihilomi: nus post eius discessum audiui a Magistro Curiæ Sermæ Reginæ Hungariæ Leupoldo Schreibersdorffer, q Dux Ludouicus Bauariæ misisset Dnm Casparem Wincerer ad S. Mtem vram, et Regem Joannem, pro conficiendo hoc matrimonio, ad quod credendum tam facile induci non possum. Plus mihi placeret, vt ingenue fatear, princeps iste, noui siquidem vtrumq. Sed quum ista sint in arbitrio S. Mtis vræ. Quicquid mihi mandauerit, vt consueui semper, omni fide, et qua accuratiori diligentia possum. exequar. Dat vt in Lris

...

Ioannes dantiscus Orator
Petro tomicio Epo Crac vicecan:

Rme in Christo pater et dne, domine obseruanme. obsequiorum meorum plurimam commendationem. Accepi lras D. vrae Rmae XV octobris Craconiae datas, in quibus mihi scribit de Cubiculario S. Regiae Mtis, qui tum nondum redierat, sed iam illum rediisse, compertum habeo ex lris meis quas ille attulit, Do. vra Rma quibus in angustiis verser, et quo loco sitae sunt res meae, abunde intellexit, nolo igitur nouis quaerimoniis Dni vrae Rmae esse molestior, totum me Deo commisi, is faciat de me quod bonum est in oculis eius, Caesar superiori die hinc abiit, ego inopia pecuniarum hic manere aliquandiu coactus sum, quousque etiam hanc Postam, quam pecuniis meis soluere inui ad Mtem Regiam expedirem. Antuerpiae apud Mercatores agam, venditis et impignoratis rebus meis vtcunque, quo Caesarem quam primum sequi possem in Germaniam, et non vltra. Qua in re multa mihi essent D. vrae Rmae scribenda, si tempus me non deficeret. In longa scriptione ad Mtem Regiam occupatus, transit mihi tempus, et nunc a me petuntur lrae, quantum tamen adhuc restat. Dni vrae Rmae impendam.

Scripsit mihi D. vra Rma de Illmo Dno Comitepalatino Federico, qui pauloante hic fuit, et cum nullo hic plus habuit comercii, ratione veteris beniuolentiae, quam mecum, quae ille mecum egit, et ego cum illo ratione matrimonii, de quo D. vra Rma mihi scripsit ad longum seorsum in charta S. Regiae Mti descripsi. Nec dubito, quin illam eius Mtas D. vrae Rmae dabit perlegendam.

ex ea omnia intelliget, et id potissimum quibus princeps ille sit moribus prœditus, depinxi enim graphicè et vere, quidquid in illo est principe, longeqz mihi magis placeret contractio illa affinitatis Regiæ Mtis cum eo, q cum Illmo Duce Ludouico Bauariæ, qui Germaniam nunq exiuit, moresqz habet Germanicos, sed iste Princeps inter varias nationes mores suos poliuit, dignus profecto tanta, et tam delicata principe. Summa istius rei est in arbitrio Dei et S. Regiæ Mtis.

Quæ aliâs hic acta sunt, ex volumine meo ad Mtem Regiam intelliget. De me non est quod aliud scribam, q id quod scii: psi semper. Debeo ista hora circiter duo millia ducat. prætex illa quæ prius exposui. Hoc scilicet est, cum emolumento seruire, totqz curas et labores pati, sed de his hactenus. Dni vræ Rmæ me summopere et ex corde commendo, et quæso mei misereatur. Ex Bruxellis celerrime XXvij January Anno domini Mo. Do. XXXij.

Alfonsus Valdesius Sigismundo primo Regi Polonie

Serme ac Potentsme Rex dne Clemenme. Post humillimam commen. Absentibus Rdo Dno Dantisco Epo Culmen Sermæ Mtis vræ Oratore, et D. Cornelio Duplicio Sceppero, cum hic Nuncius Mtis vræ ad me tanquam eius deuotissimum et fidelissimum seruitorem veniret, diceretqz negocia se maximi momenti afferre, quæ vt extemplo ad Cæsarem deferentur plurimum expediret, atqz ego facile suspicarer, quænam essent hæc negocia, pro mea erga Mtem vram obseruantia et affectu, et ne illorum absentia publicis rebus obesset, ausus sum facere:

culum lrarum soluere, et quæ ad Cæsaream Mtem datæ erant
de negocio Hungarico ei statim Mtis vræ nomine præsentaui, eas autem
quæ de reuocatione Dni Dantisci agebant penes me retinui, quas
vnà cum lris Mtis vræ ad eius Orem ita vt ad me perlatę sunt.
obsignatis, in illius aduentum seruaui, et cum viderem D. Dantiscum
qui Antuerpiam vt inde sarcinulas quasdam per Oceanum in Patriā
mitteret, iuerat, vt tanto expeditior huc aduolare posset, nondum
venisse, existimaremq expedire ut Mtas vra de Cæsaris animo
in hoc negocio certior fieret, statui hunc Tabellarium qui diligentissime
rem sollicitauit ad Mtem vram. vnacum lris Cæsaris mittere,
Quam humiliter rogo, vt quæ in his per me acta sunt bono animo
accipiat, et tanq ab eo facta qui Mti vræ ex animo semper seruire
optauit et optat.

Cæsarea Mtas die penultimo Februarii hanc Ciuitatem ingressus est.
sed cum Principes, et alii Romani Imperii ordines qui ad hunc
Conuentum venturi sunt vix crederent Cæsarem venturum, nullū
hic inuenimus, nec post aduentum nostrum quisq venit, nisi D. Dux
Federicus Palatinus, et Epi aliquot. Tres Principes Electores.
Moguntinus, Treueren, et Palatinus voluerunt anteq huc veniret
Lutheranorum animos pertentare, si qua via ad honestam
aliquam concordiam induci possent, hęc erit causa quare tar:
dius ad nos venturi sunt, et cum summaq rerum quæ hic agen:
dę sunt in Lutherano negocio versetur, hec mora publicis rebus
prodesse potius q obesse poterit. Interea Cæsar videns inter
Sermum Regem Romanorum et Duces Bauariæ parum recte
conuenire, et tum propter sanguinis coniunctionē tum propter Domi:
niorum vicinitatem, plurimum expedire existimaret, vt in concordiā
reducerentur, de componendis eorum dissidiis egit, resq medio Car:
dinalis Salzpurgen eo deducta est, vt breui futuram concordiam
speremus.

Maritimi apparatus Turcarum maximum terrorem Italis et præsertim
Neapolitanis, ac Siculis incusserant, nunc autem scribunt huiusmodi

apparatus minores longe esse, quàm vt magnam incursionem timere debeant, ut quę hactenus parantur ad depredationes aliquas more piratarum potius q̄ ad Regiam expeditionem tendere videantur. Cæsar autem ne imparata Regna sua hostis inueniat sedulo dat operam vt maritimę orę muniantur, classemq̧ maximam parare statuit qua si hostes venerit sua tueatur, sin minus ipse in Hispaniam traijciat.

Res Italicę sunt in maxima quiete, fœdus inter Ducem Mediolani et Capitaneum Mussi compositum, et deinde abruptum, denuo firmatum esse fertur, Aliud nihil est quod in p̄ntia ad Mtem vram scribam, hęc autem dixi vt absente eius Oratore quæ hic agantur, Mtas vra ex me sciret.

Negocium Montisserici de quo D. Dantiscus Bruxellis cum ab eo discederem mecum egit existimabam in itinere vna cum multis aliis quæ Cæsar tunc absoluere decreuerat, confici posse, sed casus equi vnde Mtas sua male habuit, nec adhuc conualere potuit in causa fuit, quominus expediri potuerint. Spero tamen breui Mtem suam in eo negocio quid fieri velit deliberaturam, Interea veniet D. Dantiscus qui rem suo more diligenter curabit, cui ego omni meo studio atq̧ opera in his et aliis rebus Serma Reginæ nunq̄ defuturus sum. His me Sermæ Mti vræ humillime commendo, eamq̧ felicissime valere et regnare cupio. Ex Ratispona xvija Martij Mo Do XXXijo

Bona Regina Polonie,
dantisco Epo Culmen ori

Rme in Christo pater sincere nobis dilecte. Pluries scripsimus
S. tuae, vt apud S. Caesaream Mtem obtineret nobis donari sumas
pecuniarum quas Illmae olim matris nostrae nomine tenemur, quin:
que millia ducatorum Ligio Marre de Barrulo, a quibus soluimus
pro interesse, omni anno quingentos et quatuor millia, Marchioni
Castellanete, a quibus soluimus quadringentos, idque facile impetratu
erat nobis maxime, quae de illius Mte et Regno Neapolitano
supra caeteros praeter sanguinis coniunctionem, meritae sumus, quam
rem varie nobis scripsit S. tua, nunc Caesaream Mtem ad con:
cedendum inclinatam esse, nunc ipsos rebelles penam numis redem:
pturos. Postremo obtulit se omnino curaturam cum primum ipsi
rebelles sententiati et declarati, bonaque illorum confiscata fuissent.
quantum autem cura ipsa nobis profuerit, res sola demonstrat,
si quidem nudius tercius accepimus lras Joannis de Palo agentis
nostri ex Neapoli iij a Februarii, qui scribit Hispanum quendam
illuc venisse, cum impetratione pensionis Centum Ducatorum
Ligio Marre debitae, operam eius postulasse vt ab Officialibus
nostris eos quantocius exigere posset. Reliquum fortasse alii impe:
trarunt vel impetraturi sunt. Non possumus id non graviter fer:
re, quod alii praeripiunt, quod si quis instaret vltro citroque nobis
daretur, at conuiuia creberrima facit sinceritas tua, pecuniam
Regiam, nram et suam profundit, vt officiales ad res nostras
allicere posset, sed hactenus praeter verba quibus alimur, nullum
inde commodum nostrum sentimus, frustra igitur quippiam tentandum
est de Monte nro Serico, toties nobis promisso, nescimus quid
sperare debeamus, verum vt extremam manum imponamus Montem

Sericum restitui nobis, et summas ipsas cum pensione donari obtineat modis omnibus adhibitis, prudenti pauca. Reliqua illius dexteritati et diligentiae committimus. Dat Cracoviae die xxij^a Marcij Anno domini M^o. D^o. xxxij^o.

Ioannes dantiscus Epus Culmen. or. Petro Tomicio Epo Crac. Vicecan:

Rme in Christo pater et domine, domine observanme. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Quum iste hinc Nunctius a me dimitteretur, quis in conscribendis Memorialibus, vt vocant, quae S. Regiae et Rlis Mtis nomine, in negociis, quae adhuc transigenda restant, Mti Caesareae sum daturus sim occupatissimus, vt is qui hinc libenter se expediret, ne noua iterum comissio vlterius me hic detineret, non potui tamen omittere, quin has in omnem euentum ad D. vram Rmam exararem. Cui in primis quas pectoris mei potest tenuitas immortales habeo gratias, quod me tandem suis sedulis apud S. Mtem Regiam interpellationibus, ex hoc ergastulo, nedum exilio liberauerit, qua dere licet prius multa Dni vrae Rmae debeam, de quibus nunquam soluendo esse potero, nunc vero longe maiora debebo, sicque me D. vra Rma debitorem habitura est perpetuum.

Veni huc primum vj^a huius, prius ob multas causas, quas ne sim longior, ad praesens omitto venire non potui, et nihil hucusque neglexi, quae vel in S. Regiae aut Rlis Mtis rem fieri debuere, me absente Dns Secretarius Caesareae Mtis primarius, non vulgaris amicus meus Alffonsus Valdesius litteras Mtis Regiae Caesari meo nomine reddidit, et

vt iam notum D. vræ Rmæ a Cæsare responsiuas remisit / Huc
veniens inprimis fui apud Sermum Romanorum Regem, cum illo
multa, de quibus latius cum Cubiculario Spigel, inter alia, nequaq
ille, et Cæsar, et quotquot hic sunt Principes, volunt vt locus pro
Oratoribus Patauii designatus, mutetur.

Cæsar adhuc me propter pedis dolorem non admisit, et vt dixit
mihi Dns Comes de Nassan, quum sciat me reuocatum, differt,
dicens ad præsens hic plus esse operam meam necessariam q
prius vnq, instabo nihilominus, vt me hinc explicem q primum
possim. Quod hic nomine Regiæ Mtis mihi agendum restat,
aliud non est, q quod spectat Ill. Dum Ducem in Prussia, quem, Iudicium
Cameræ, vltra hoc q Bruxellis Cæsar mihi dixit, et Regiæ
Mti scripsit, bannitum publicarunt, lrãs eius rei Franckfordiæ
intra nundinas in foribus Ecclesiæ maioris, in qua adhuc nro
more cultus diuinus celebratur, ad calcem vsq perlegi vix
credo Cæsarem hoc scire, quum neq Secretarii Cæsaris Germani
hoc sciant, sed de his cum Spigel diffusius.

Quæ pro Sacra Rcli Mte hic agere debeo, quemadmod illa mihi
nouissime xxii Marcii præscripsit, et vt aliter non facerem, præ:
cepit, vix in aliis nouem annis, immo nunq a Cæsare impe:
trarem, tanta illa Mtas petit et putat me Cæsarem cogere
posse ad omnia quæ velim, quum ille adeo sit siccus, quum
ab eo aliquid petitur, vt ne pumex quidem possit esse arridior.
Impingit mihi etiam Sacra Mtas eius, q in lris meis multa
promiserim, ea promisi quæ mihi sunt promissa, quæ si non seruan:
tur, aut forsan non seruabuntur, ego profecto in causa non sum,
daturus sum nihilominus operam, vt diligentiam meam, non defuisse
cognoscat. Adeo male me in his nouissimis lris, et indignis modis
tractat, vt in animum admittere non possim, q eas lras quas
manu sua subscripsit legerit, Obiicit mihi iterum nescio quam

negligentiam, et conuiuia, et q̄ eius pecuniam et R. Mtis,
atq̄ meam frustra profunderim, nihil reliquum est, q̄ q̄ me cri:
nibus vt Lemicio facere solebat, non protrahat. Hæc ~~quæ~~ sunt
mea merita. spero tamen in Deum meum, q̄ illa aliquando co:
gnoscet, quanta fide, et q̄ vtiliter ei seruierim. Sed de his
hactenus, Confidenter ista, et soli Dni vræ Rmæ ista scribo,
(coram Deo bene fauente, liberius.

Conueni hic cum Illmo Dno Frederico Comitepalatino, cum quo
de Matrimonio Reginulæ nræ plurima, optimus iste princeps
bene affectus est, misitq̄ ad me intimum suum Consiliarium, Do:
ctorem Hartmanū, et ipsemet etiam mecum in eandem senten:
ciam collocutus est, Rogans me vt se S. Mti Regiæ excusa:
rem, q̄ tam diu Oratores suos non miserit, hancq̄ prætendit
causam: Q̄ Cæsar et Romanorum Rex, pro diuturnis et mul:
tis seruicijs plurima ei debeant, et videntur tractare hoc ma:
trimonium, quasi in recompensam seruitiorum eius, et vt eum
hoc matrimonio reddant contentum. Et quia nunc apud vtrumq̄
pro seruicijs suis instaret, non declarando se adhuc si am:
biat, aut non ambiat hoc matrimonium, q̄d faceret, si mitteret
Ores, ea de re hucusq̄ illos continuerit. Mihi autem seorsum
et confidenter dixit, q̄ summopere cupiat cum Regia Mte
contrahere hanc affinitatem, eo tamen modo, ne cum illa Cæ:
sar, et Romanorum Rex ei pro seruicijs suis satisfecisse
videantur, et q̄ maluisset per se, aut quempiam alium cum
Mte Regia ista tractare, q̄ per eos qui tractant. Postulauit igr
a me, vt summopere Mtem Regiam rogarem ne ægreferret
q̄ tam diu nuncios non misisset, iussit etiam mihi ostendi nouis:
simas Regiæ Mtis lr̃as xxiiij Marcij, ad Romanorum
Regem datas, et mihi dici, q̄ adhuc se non declarauerit, sed
data opera rem hanc in consultacionem cum fratre suo Electore
Comitepalatino reiecisse, vt aliquid interea ab his duobus

Principibus pro seruiciis suis extorquere posset, mihi autem se
plane aperuit, et dixit summopere hanc cum Mte Regia cupe:
re affinitatem, idque in effectum se breui deducturum; Doctor
tamen ille de quo supra, innuebat, si Dos sciri posset, Princeps ipse,
quum plerunque diffuse mecum in his est collocutus, semper dotem
verecunde obticuit, meum igitur, si consulere mihi licet, consilium
esset, vt per indirectum aliquid de dote in istius Principis no:
ticiam perduceretur, verentur enim illi qui sunt a Consiliis, ne
cum dote sic fieret, vt aliquando ex Regno factum est.
Quapropter istas cum hoc dedi ad D. vram Rmam nuncio
vnacum lris Dno Hieronymo Lasci inscriptis, qui quidem
Nuncius D. vram Rmam certiorem reddet quid hic egerit,
et citius, vt reor, quam Spigel, quem nondum expeditum scio,
ad D. vram Rmam applicabit. Et si quid mihi in his
committere volt Ra Mtas, puto enim me ante vnius mensis
decursum a data presentium vix expediri posse, id faciam
quod feci semper, licet exhaustus sum totus.

Spero quod negocium cum Luteranis componetur, sed ea condi:
cione, vt sic maneant, vt sunt vsque ad futurum Concilium, quod
erit, quando caeli mouendi sunt et terra. futurusque est nouissimus
error peior priori.
Nemo Electorum adhuc hic est, Oratores eorum cum aliis quibusdam
Imperii statibus pridie inceperunt tractare, feceruntque Comitiorum
inicium, finem nemo scit.
Cum Spigel scripturus sum R. Mti cui ad praesens peto excusari
de omnibus copiosius. D. vra Rma pro veteri sua in me
gratia et beneuolentia his literis dabit veniam et Sacrae
Rli Mti me commendabit dissimulans, id quod confidenter
scripsi, illico intelliget quem erga me gerat affectum.

Andream Dluski bonum Iuuenem et industrium Bruxellis

adhuc, et hic iterum Illmo Dnō Comiti palatino Frederico, dedi, et commendaui. bonum et in se benignum habiturus est Dnm quandoquidem illum a me libenter et non grauate accepit, sed rogo D. vram Rmam ne iterum mihi alii ex nostris mittantur Dnis consignandi, nuper, quidam venerunt duo iuuenes Gluchowski vnus, alius Sijenienski, dicens se fratrem Coniugis Magci Dni Palatini Cracouien, ne vnum iota lrarum ad me ferentes, et sine intellectu, et pecuniis dicentes et lrás et pecunias in itinere se amisisse. præsertim Juuenis iste Sijenienski, cui olim mala scabies caput exedit plenum turpibus notis et stigmatibus, et in capite rationis penitus habere nihil. Propter D. Palatinum adhuc illud foueo, reducturus illum forsan rursus in Poloniam, quum bardi, talis et stolidi emittuntur, nihil aliud q nationi dedecus pariunt.

Dni vræ Rmæ patrono meo colendissimo, summopere et ex corde me commendo, et rogo qua me cepit gratia prosequatur, Decreui hic, si exit possibile q breui fieri posset, per Rmum D. Carlem Maguntinum, qui me suscepit in filium, consecrari, deditque mihi superiori die, quum apud illum essem Annulum Epalem cum bono Zaphiro, is adhuc est in Sweinfort cum aliis Electoribus tractans concordiam cum Principibus Luteranis. Nesciui hunc nouum in Curia Regiæ Mtis modum, q exeunti Oratori datur viaticum, redeunti nihil, vtcumque res habet Deo meo me commisi, qui D. vram Rmam q diutissime sospitet, et prosperet in omnibus Ex Ratisbona XII Aprilis M°. D°. XXXII°.

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo regi Poloniae

Ser^ma Regia Maiestas, et domine, domine clement^me. Humillimam perpetuae meae servitutis commendationem. Ex Bruxellis XXVij Januarii S. M^ti vrae omnia quae tunc se offerebant scripsi satis diffuse. Inde me contuli Antuerpiam, et dispositis atque relictis ibidem rebus meis profectioni meae huc intendi, malo tempore, et pessimo itinere. Intereundum conueni R^mum Dnm Car^lem Leodien, apud quem podagra me occupauit, paululumque in ea remoratus continuaui profectionem, et tandem vj huius huc applicui, lrasque S. M^tis vrae, quibus redeundi mihi dedit facultatem, magna animi cum alacritate, perlegi, habeoque, quas pectoris mei tenuitas potest S. M^ti vrae gratias immortales, quod tandem post Octauum annum me exaudire dignata est, hocque apud me habiturus sum, perpetuo summi beneficii loco. Dns Deus hanc in me S. M^tis vrae benignitatem, immensa sua clementia S. M^ti vrae rependat.

Huc veniens nihil me neglexisse offendi, praeterquam quod lras S. M^tis vrae Caesari ipse non reddiderim, quod tamen et si praesens fuissem, prae aegritudine et pedis dolore quo adhuc M^tas eius Caesarea laborat, vix assequi potuissem, neque aliud tum ab illius M^te obtinere de conuentu Oratorum in rebus Hungaricis quiuissem, quam id quod lris suis S. M^ti vrae perscripsit, perstatque in ea sententia, vt Conuentus iste Pataui et non alibi fiat. M^tem eius hucusque alloqui non potui, neminem enim, praeter domesticos admittit; hodie mihi nunciauit, vt moram adhuc pacienter ferrem, quousque aliquanto melius habere possit. Et

q pro me volt mittere quando erit tempus. Ea quae mihi visa sunt, vt ante meum exitum cum Mte eius agam congessi in memoriale, quod illi daturus sum, cuius his adiunxi exemplu, ex eo cognoscet S. Mtas vra. quomodo negocium Ill. Dni Ducis in Prussia habeat, in quo facturus sum id quod possum.

Q Cæsar adeo difficulter admittere eos solet qui colloquium petunt, ferunt causam esse, q quidam humores pruritu leniusculo faciem eius inuasere, hinc grauate se præbet videndum, nihilominus daturus sum omnem quam possum operam. Res enim mea agitur, vt me qprimum hinc absoluam, qd tamen vix ante vnius mensis decursum dummodo certam aliquam expeditionem habere voluero reor futurum, velim enim, et ad S. vram Regiam, atq ad Rlem Mtem cum certa aliqua rerum certitudine redire, neq me mouet, si etiam id quod adhuc mihi reliquum est, impendam, certus de libertate redeundi.

Quæ S. Mtas vra mandauit mihi scribi de Mago Dno Cornelio Sceppero, nescio si successum sunt habitura, quandoquidem D. Cornelius ad præsens in Curia non est, venturus tamen, vt mihi scripsit pauloante, breui, Mtas Cæsarea in variis Legationibus cepit iampridem opa eius vti, vnde continuus in hac esse Aula non poterit, ipse quidem (quemadmodum de mente eius certus sum), libenter cuperet rebus S. Mtis vræ inseruire, sed quum nunc huc, nunc illuc mittatur, non poterit id quod vellet præstare, videretur mihi satius q aliquis huc a S. Mte vra mitteretur, qui ingenio et industria polleret, hunc sic institutum hic relinquerem, q comode negociis S. vræ Regiæ, et Rlis Mtis inseruire posset, Qprimum tamen D. Cornelius aduenerit, ea cu illo agam quæ expedire videbuntur.

Scripsi xija huius Rmo dno Crac Episcopo, ea quæ

Ill^mum D. Fredericum Comitempalatinum Rheni concernunt, Is rogauit me, vt amplissimis se verbis S. M^ti vræ excusarem, q̄ hucusq̄ Oratores suos non miserit, et mentem suam declarauerit, nollet enim q̄ cum eo matrimonio per Cæsarem, et Ser^mum Romanorum Regem proposito, seruicijs suis, quæ vtrisq̄ longo tempore impendit satisfieret. Heri apud me pransus est cum duobus suis fratribus Ottone Henrico, et Alberto Episcopo Ratisbonen, atq̄ cum Ill. et R^mo Dn̄o Ernesto Duce Bauariæ et Episcopo Pataujen, inuitauerant seipsos ad me pro honore S. M^tis vræ, quem vbi audiorem et clariorem reddere possum, nihil moror meum commodum, neq̄ vt mihi scribitur, in conuiuijs, quæ hucusq̄ feci non pauca, eaq̄ splendida. S. M^tis vræ, et R^lis profundo pecuniam, quandoquidem illa ad ordinariū victum nunq̄ mihi sufficerit, sed meam, quam tamen ex gratia S. M^tis vræ habui, et Deo bene fauente, ad dies meos habiturus sum vltimos. Neq̄ me pænitet, vel pænitebit vnq̄. Si quid ad augmentum clarissimæ apud omnes existimationis S. M^tis vræ, et Regni exposuerim, quamuis vt mihi scribitur, nihil præter verba, et nullum commodum S. R^li M^ti procurauerim. Quod aliquando prodibit in lucem, iuxta illud dictū Omnium fortior est veritas. Post prandium Ill^mus D. Dux Fredericus multa iterum mecum fuit colloquutus, et manet adhuc in ea sententia, quam R^mo Dn̄o Episcopo Cracouien descripsi. In his maxime rebus diuina dominatur voluntas.

Pro cæna heri inuitauit me Ill^mus Dn̄s Otto Henricus Comespalatinus Rheni, fuerunt cum eo tres Episcopi, Ratisbonen, Patauien, et Augustanus, tractauit nos humanissime, post cæna abduxit me seorsum in Cubile suum. Et dixit, q̄ pro ea confidentia quam de me concepisset, me rogaret, vt et scriptis, et quum aliquando sospes ad S. M^tem vram redirem, non grauarer leniter et cum gratia S. M^tis vræ eandem vram

Mtem commonere de dote, quae cum Illma olim Hedwigi sorore S. Mti vrae debebatur, quam haereditario ad se iure deuolutam dicebat, et quod S. Mtas vra non sineret eum esse deterioris condicionis quàm Ill. D. Georgius Dux Saxoniae, et alii qui S. Mtis vrae fuerant Sororii, quibus magna ex parte, iuxta promissum, fuerat persoluta, offerens se in omnibus, quibus S. Mti vrae vnquam inseruire posset. Haec vt in noticiam S. Mti vrae deducerem, bono principi negare non potui. Praesertim quum cognoscerem quo animo ista peteret, inductus ab aliis, quod si matrimonium cum Illmo Duce Frederico succederet, ne istiusmodi difficultas, quae prius fuit dotibus, fieret. Respondi quae conueniebant, videlicet, quod superioribus annis multae principes vna post aliam ex Regno Poloniae Principibus Germaniae elocabantur, et omnibus satisfieri non potuit, solere etiam magno numero ornari dotes, non persolui. Et dixi me intelligere qua de re ista peteret, vt scilicet fri Duci Frederico commodaret, si forte succederet Matrimonium. Nunc vero alia esse tempora, et S. Mtem vram talem esse Regem, qui non libenter cuique debet, et quod semel dicit et concludit, seruare solet omnibus. Quam laudem ipse Dns Dux Otto Henricus respondit S. Mtem vram passim habere vbique. Et sic bonus Princeps humanissime in consortium Eporum me rursus reduxit et inde amicissime dimisit.

Tractatur adhuc in Sweinfort, vbi Electores cum Principibus Lutheranis conuenerunt, fertur illos super propositis Electorum dilationem, ad deliberandum vsque ad vigesimum huius caepisse. Hic hodie solennis Missa debuit celebrari de Spiritusancto, pro inicio Comiciorum sed Caesaris aegritudo fuit in culpa, quod non successit.

Postq̄ huc venissem, venit hic ad me quidam missus a Mag.co D. Hieronymo Laski cum l̄ris ad me, in quibus mihi scripsit Ser.m Joannem Regem l̄ras dedisse ad Cæsaream M.tem rogans me, quo efficerem, vt redderentur, et vt responderētur scripsit item et Ser.mo Romanorum Regi, Cæsariqꝫ Dn̄s Laski, quas quum a nuncio recepissem, ne, cognitus in discrimen aliq̄d incideret, misi primum l̄ras ad Ser.m Romanorum Regem petebamqꝫ apud eius M.tem admitti in colloquium, quo impetrato, dixi, l̄ras ad me illas missas a Rege Joanne ad Cæsarem, easqꝫ ostendi, petens vt me de voluntate sua edoceret, quid cum his l̄ris mihi foret agendum, si vellet vt remitterentur vnde venissent, vel vt Cæsari redderentur, me obsequuturum mandato M.tis suæ. Fuit illi mea ista oblacio admodum grata, et inter alia respondit, q̄ alicui eas l̄ras darem, qui eas ferret ad Cæsarem. Inde de negociis S. R.lis M.tis vt ad Cæsarem intercederet, rogaui, dediqꝫ Memoriale conscriptum, pollicebatur omnem operam. Diuerti ab eo ad Ill. D. Comitem de Nassan, et postulaui ab eo vt de his l̄ris Cæsari diceret, vt me certiorem redderet, cui illas dari vellet, rediens a Cæsare dixit, Cæsarem respondisse, vt eas darem Dn̄o de Granvela quod feci, In eis habetur excusatio Joannis Regis cur ad Conuentum Pataviensem non miserit. Nihil aliud est illis responsum, q̄ q̄ iam Cæsar S. M.ti vræ iam mentem suam declarauerit, et q̄ nullo in loco Conuentus iste Oratorum ad tractandā concordiam possit esse commodior, q̄ Patauij.

Huc peruenit constans fama a Velseris et Fuggaris quibus ex Constantinopoli scriptum est Turcam XV Marcij præteriti centum milia hominum præmisisse in Hungariam, et se cum omni potentia subsequuturum. Nos tamen his nouis parū hic mouemur, nullos adhuc video apparatus, licet gloriose

multa hic iactemus, plaga Dei est.
Et quum Cubicularius iste S. M^tis v^rae expeditus hinc tanq festinat, et ego Deo bene fauente breui puto me apud S. M^tem v^ram futurum, vt etiam habeam quod veniens coram referam, nolui ad praesens esse prolixior. sed hoc vnu quod restat S. M^ti vestrae me, vt D^no meo clement^mo humillime commendo. Christus D^nus noster illam q diutissime sanam et incolumem atq faelicissimam conseruet. Ex Ratisbona xvj Aprilis. Anno domini M^o. D^o XXXij^o.

Joannes Dantiscus Ep^s Culmensis.
Petro Tomicio Ep^o Crac^e Vicecancell^o

R^me in Christo pater et domine, domine obseruandissime. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Nudiusquintus scripsi hinc D^ni v^rae R^mae cum Stanislao vitreatore, quem Mag^cus D. Hieronymus Laski, huc cum l^ris miserit pollicebarq latius D. v^ra R^mae cum hoc Cubiculario de omnibus scripturum. Quum tamen adhuc non sim admissus ad Caesarem propter aegritudinem, et nescio quem pruritum quem fertur habere in facie, quo non libenter a quopiam videtur, nihil se tale offert cur sim prolixior. Scripsi etiam S. M^ti Regiae quae in nouis hactenus habuimus, ad quae me refero.
Quae in nouissimis scripsi de Illmo D^no Duce Frederico Comitepalatino Rheni, sic habent, et pridie eadem mihi confirmauit, veniens ad me cum duobus suis fratribus Ottone Henrico, et Alberto Episcopo Ratisbonen, atq etiam cum Ernesto Duce Bauariae, Episcopo Pataujen ad prandiu

in quo eos, licet seipsos inuitauerant, satis laute tractaui. Hæc sunt ista conuiuia quæ mihi S. Rlis Mtas objicit, et quæ non Regiis, neque Rlibus pecuniis, quæ ad victum ordinarium mihi nunquam suffecerunt, sed quæ pro honore vtriusque Mtis, et Regni, meis impensis hucusque feci, et adhuc quantum conuenit, Deo fauente, facturus sum. Et quæ aliquando multum rebus Rlis Mtis profuerunt, licet scribat me nihil aliud præter verba, et nullum commodum procurasse, vt ex literarum eius ad me exemplo, quod igitur his inclusi, D. vra Rma videbit. Ista conuiuia et fauor Principum virorum in hac Aula, vna cum sedula mea cura, et diligentia, qua mihi non pauci accreuerunt cani, effecerunt, quod primum Inuestituram, deinde remocionem, et relaxationem Sequestri, et quod fuit potissimum. Consensum Matrimonii, sine quo Rlis Mtas totum feudum in Regno Neap. amiserat, per medium Magni olim Gattinarii Cancellarii, et aliorum amicorum a Mte Cæsarea impetrauerim. Qui consensus si non a me fuisset obtentus ante viceRegis mortui aduentum, nunquam postea Cæsar illum dedisset, tantum viceRex tum ad Statum Baren omnibus modis inhiabat, Et si consensus datus non fuisset, iampridem Bario caruissemus, creuit ob eum consensum, sic datum non paruum inter Magnum Cancellarium, et viceRegem odium et aperta simultas, quæ etiam rebus Rlis Mtis non obfuit. Ausimque sancte asserere coram D. vra Rma, quod nisi Magnus Cancellarius a me inductus, quum amicus mihi esset, adhuc a tempore Maximiliani Cæsaris singularissimus partes S. Rlis Mtis suscepisset, iam dudum de Statu Baren, actum fuisset. Et quum viceRex sciret me tantopere, et apud Cæsarem, et Magnum Cancellarium pro retinendo Statu Baren laborare primum me, promissis quinque millibus ducatis, nitebatur abducere, saltem ne Cæsarem adeo molestarem, Quod quum Deo gratia proficere non potuit curauit cum confessore Cæsaris, vt inquisitio captis duobus

meis famulis, me turbaret, quo a diligentia mea distraheret.
Neqz hoc illi profuit, nihil enim, quæ expedire videbantur egi
remissius, nihilominus nullum commodum, sed verba dunta:
xat dicor expediuisse. Omitto nunc sexaginta millia ducato:
rum, quæ ad meam instantiam Cæsar donauit Rli Mti, de
adohis non persolutis ab Illma olim matre S. Rlis Mtis
Et duo alia millia ducatorum quæ sine Commissione a Mte
Cæsarea Rli Mti impetraui de Adohis nuper impositis. De monte
serico, et pascuis parum, immo nihil ferunt Rlem Mtem habere
iuris, effeci nihilominus vbi Rli Mti deesset iusticia, q Cæsarea
Mtas promisit facere gratiam, quam si facturus est, experiar nullum
non mouebo lapidem, vt S. Rli Mti ea in re, et in omnibus aliis
quibus possum, fideliter atqz vtiliter inseruiam. Quod vt spero
ipsa Mtas Cæsarea lris suis ad S. Mtem Regiam in reditu
meo testabitur, quandoquidem, quum tot mihi negligentiæ, et q
nisi per verba seruierim, impinguntur, non possum non Cæsa:
rem, apud quem omnia ista egi, testem vocare, nec mihi veru
eius deerit, testimonium. Præscribit etiam mihi et mandat Rlis
Mtas vt omnino a Cæsare obtineam nouem millium Ducatorum
remissionem, cum nongingentorum ducatorum singulis annis pen:
sione, quæ Illma olim mater Rlis Mtis quibusdam debuit,
quorum bona, in rebellione, et crimine læsæ Mtis deprehensis,
sunt adempta, et pro Cæsare confiscata, præterea Adohanam
Trani, vel Monopoli, quæ etiam non paruum conficit summam,
et vt liceat ei Castellanum Baren̄, quem vellet deputare. Ista
vt a Cæsare impetrem, adeo mihi stricte iniungit, non secus atqz
ista vi quadam Cæsari eripere possem, et expostulat mecu, q
Cæsar Hispanis quibusdam nescio quæ dederit, et si diligentia
mea affuisset, se illa a Cæsare habere potuisse, voltqz vt
merita eius et matris, præterea expensas in bello nouissimo
contra Gallorum Regem profusas, Cæsari sæpius inculcem,
et in recompensam, ista quæ petit, obtineam, ignara quæ aliqu

mihi pro responsis dantur, quæ tamen cognoscens hunc sexum, data opera non perscripsi, ne impatientior redderetur. Paulo ante mihi dictum est. Qua de re inq Dna tua tantum petit, quasi nemo in Regno Neapolitano non tot, et maiores expensas in hoc bello fecisset. q illa. Nonne fuit astricta statum suum, quemadmodum alij Regni Principes et Barones, contra hostes tueri, et defendere, quod si Cæsar omnibus in hoc bello profusas expensas refundere deberet, non Regnum Neapolitanum, nedum Regna Hispaniæ sufficeret. Istiusmodi interdum verba, et multo duriora, quum aliquid peto, audire ab his qui dirigunt cogor. Cæsar mihi humaniter semper respondet, dicens se velle informari, et se omnia facturum, quæ possibilia sunt, interdum etiam et meliora addit verba, quibus non semel mihi spem fecit, Quam dum S. Rli Mti perscribo, et his verbis, vt ipse audiui, rescribit mihi S. Rlis Mtas, Tu, vt ista, et ista mihi expedires in lris tuis promisisti, et pollicitus es, volo igitur vt expedias. Quod si ego adeo stultus essem, vt ea de Cæsare promitterem, quæ præstare non possem, deberet ne a me exigi, vt ea facerem, quæ non essent in mea facultate. Iussi quidem aliquoties bene sperare, ita vt ego iussus eram, pleraque etiam successerunt, si non omnia, culpa tribui mihi non potest, quum id quod possim facio. Et deinceps Oppido q libentissime facturus sum, modo adsit facultas, qua S. Rlem Mtem inducere possim, ne tam male de me sentiat, igitur tam diffuse ista, iustis de causis impulsus Dni vræ Rmæ descripsi, vt habeat quid pro me respondeat, meque cum primis certiorem reddat, quid mihi de animo S. Rlis Mtis erga me polliceri debeat, Nollem enim esse Leuicius, vel sub indignatione quouis modo, illa conuenire, varium et mutabile semper. etc.

Sed ad conuiuia, vnde me iustus animi impetus abegit, redeundum est, quæ non cum Senris, aut occlusus cum nihili hominibus habere consueui, sed apertis valuis, cum viris principibus, vnde honor atque excelsa existimatio, S. Regiæ et Rlis Mtis, Regnique

Poloniæ, non leuior aut obscurior, sed non parum (si mihi apud D. vram Rmam gloriari licet.) auctior et clarior facta est. Constantq; mihi in hanc horam a tempore quo exiui XV°. Marcij Anni domini M. D. XXiiij cum debitis quæ adhuc debeo circiter sex millia ducatorum auri, neq; me pœnitet, vel vnq in seruitio S. Regiæ Mtis ista profudisse pœnitebit. Dns prouidebit, qui si me vt spero, sospitem ad ouiculas meas reducere faciet, in duobus annis, ex omnibus me debitis explicabo, fidelis seruus et Capellanus S. Regiæ et Rlis Mtis semper futurus. Et Dni vræ Rmæ perpetuo addictißimus. A qua post Deu initium fælicitatis meæ, augmentu habuit.

Postq heri S. Mti Regiæ scripsissem, allatæ mihi sunt hodie ab Antuerpia a fidedigno et bono amico lræ de successu Regis Daniæ Cristierni, quem vt S. Mtas Regia non ignoraret, quum prius semper de eo S. Regiam Mtem certiorem reddiderim, his ad D. vram Rmam annotandum duxi. Scribitur q Rex Cristiernus aliquandiu in Norwegia Castrum quoddam Babusen nuncupatum obsedisset, accepissetq; secum ad eam obsidionem ex Nauibus Hollandinis, quibus cum gentibus suis fuerat aduectus, vela et temones, ne ab eo fugere possent, et q paulo post Gustanus, qui Sweciæ Regem se scribit, cum magna rusticorum, quos Dalkerles vocant, multitudine, et quibusdam etiam peditibus Germanis, vt subueniret obsessis, Regi Christierno propinquasset, et cum illo conflixisset, in quo conflictu Rex Christiernus 900. pedites amisisset, et se in quasdam montium angustias cum reliquis retraxisset, in quibus a Suetis obsidetur, misitq; paruam Scapham cum quodam Capitaneo in Brabantia pro suppetijs, qui his diebus Antuerpiæ applicuit, nihil impetraturus. Et q interea quo fuerat conflictus, obsessi a Castro descendissent, et Castra cum Tentorijs Regis Christierni incendissent, in quibus cum temonibus vela omnia sunt concremata, vnde

si fugere mari ex Novergia vellet, non posset,/ Item quod Frede:
ricus Dux Olsatiae, qui Regnum occupat, habiturus est cum
Civitatibus confoederatis quadragintaquatuor Naves bene arma:
tas, quae contra Classem Regis, et ipsum Regem proficiscuntur
Non potest itaque bonus Rex Christiernus cum suis non esse
in magno discrimine, haec ut ad me perlata sunt, nolui ut S.
Mtem Regiam laterent,/ scriptum mihi est etiam quod in eadem
Classe Regis Frederici Daniae Ill. Dns Dux in Prussia
quatuor habiturus est naves/ Et quod Rex Fredericus cum suis
non vult permittere, ut Hollandi hac aestate navigent.

Nihil aliud hoc tempore scientia dignum Rxmae Dnis vrae occur:
rit, quam quod rogo, ut ea quae confidenter scripsi, sic apud se con:
tineat, et moderetur, ne graviorem mihi indignationem Rlis
Mtis pariant, rogoque summopere me de mente erga me illius
Mtis quamprimum certiorem efficiat, nollem enim, ut scripsi, Levitiano
more redire/ adhuc ut spero, a Deo meo et ab omnibus homi:
nibus desertus non sum.

Quod reliquum est, me D. vrae Rxmae, ut Dno et patrono meo
colenmo maximopere, et ex toto corde commendo. Christus Dns
noster det mihi eam gratiam, ut eandem brevi sospes incolumem et
faelicissimam coram alloqui, et reverenter complecti valeam.
Ex Ratisbona xvij Aprilis. Anno domini Mo. Do. xxxijo.

Joannes Dantiscus Ep̄s Culmen.
Sigismundo primo regi Polonię.

Ser.me Rex et domine, domine clemen.me. Ne quicq̄ harum rerum quae hic aguntur S. M.tem vr̄am lateat, quum heri Cubicularius abire non potuerit, adnotanda adhuc ea duxi quae successerunt.

Heri quum occupatus Scriptione Aulicari non potuerim, id quod pridie fieri debuit, factum est scilicet Comitiorum istorum inicium, celebrata Missa in Aula Caesarea M.tis. Et post illam, Principes qui hic sunt, ad Praetorium se contulerunt, ad quos Caesar misit, et tria tractanda proposuit. Primum vt inter se agerent quibus modis Turcarum viribus resisti, et per quae media illę infringi possint. Caesarem in Imperio diutius subsistere non posse, ob Coniugem, liberos, et alia Regna etiam infidelibus Mauris propinqua, igitur per ipsum in persona contra Turcas nihil posse fieri, sed si Status Imperij quicq̄ in comune contra Turcas, gentibus armis, et pecunijs statuerent, Caesarem pro debito suo, Militibus et pecunijs ex Hispania non defuturum. Secundum, vt de religione tractaretur, quomodo illa reduci ad eos posset, et firmari, qui ab ea desciuerunt, vtq̄ ea in re certa aliqua concordia inueniretur.

Tertium, vt ordo, et bonum regimen in Imperio, absente Caesare sub Ser.mo Romanorum Rege seruaretur, ageretur que de modis quibus post Caesaris discessum per Ser.mum Romanorū Regem omnia in Imperio sub debita obedientia administraretur, et gubernaretur, In his tribus Comitia ista sudabunt, quid efficient, effectus docebit.

Conuenit me heri etiam in hospicio meo D.nus Alexius Turzo, fuit cum eo D.nus Georgius Loxanus, et quum inprimis multa familiariter contulissemus, postulauit a me vt cum eo seorsum aliquandiu secederem, vellet enim quædam mecum confidentius colloqui. Et quum in conclaui consedissemus, orsus est ab ouo, quantum ipse S. M.ti vræ debeat, et quantum illam veneretur, et obseruet, quantum Regno D.nisq Polonis, totiq nationi, iure natalicio faueat, faueritq semper, se tamen ab aliquibus in Regno male, præter suum demeritum audire, quasi ipse fomes esset istius dissidii, inter Ser.mum Romanorum Regem, eiusq Aduersarium, et quod ipse aleret, aluissetq hucusq tam perniciosam Reipublicæ Christianæ discordiam, a qua semper fuisset alienissimus, et quod longe sibi gratius esset nobilissimi (vt illius verbis vtar) Regni Hungariæ profectum et commodum, quam ruinam procurare, vnde me impense rogabat, vt se, tum apud S. M.tem vram, in qua pro innato candore nihil istiusmodi suspicionis inesse crederet, tum apud alios Regni Barones et Proceres, et scripto, et in reditu meo coram verbis, quantum mihi liceret, excusarem, se semper fidelem seruitorem, et ad omnia seruicia S. M.ti vræ præstanda, propensissimum futurum. Quæ quum pro illius humanitate non potuerim non suscipere, in noticiam S. M.tis vræ deducenda existimaui. Postea de aliis rebus collocuti, dixit se missum cum d.no Andrea Vngenad a Ser.mo Romanorum Rege, mitti etiam a Cæsare alios Oratores ad D.nos Hungaros, vt eos in fide conseruet, et ne adeo Turcarum aduentum metuant, sed viriliter se opponant, Cæsaream M.tem, et Ser.mum Romanorum Regem cum numeroso et valido exercitu illis, quandocunq necessitas ingrueret, suppetias laturos. Et quum de his suppetiis et exercitu inter nos multa disseruissemus, non potuimus inuenire, vnde tam cito conscribi et colligi possit, præsertim si Turcæ sunt in procinctu itineris, hinc vsq ad mensem Augustum vix decem millia peditum, possent congregari.

Cæsar magnam habet fiduciam in eos Hispanos pedites, quos fouet pro reditu suo in Italia, quorum 7000 esse feruntur, sed si se offerret necessitas subito (quod omen Deus auertat) et duntaxat 50 millia Turcarum, qui libere hucusque grassari possent, eruptionem facerent, vnde tam cito nobis Hispani ex Italia, et alii, quos somniamus exercitus subuenirent. Ego tam diu hic sum in hac Curia, Hispaniam et Hispanos etiam noui, qui, quemadmodum et alii homines, volare non didicerunt vel possunt. Vnde tamen tam validus et numerosus Exercitus adeo subito colligi possit, præ hebetudine mei intellectus videre nequeo, clam esse non potest vbi milites conscribuntur, quod tamen neque hic in superiori, neque vnde pauloante digressus sum in inferiori Germania quisquam fieri nouit. In Heluetiis spes non est, qui partes Gallicas sequuntur, et vt superiori die Sermi Galliæ Regis Orator mihi retulit, promiserunt Regi 50 millia peditum, quando ad defendendum Pontificem contra Turcas in Italiam se conferet, iamque ad id apud Marchionem Saluciarum, quædam deposuit præsidia, quæ hic male audiunt. Hic et circumquaque Ratisbonam nullos Milites, quam aliquot Capitaneos per plateas transeuntes video. Iactamus nihilominus nescio quæ castra in aëre. Nisi fallor, Plagam Dei manifestam esse cognosco, videntes non videmus, intelligentes non intelligimus. Quapropter persto in sententia, quam ex Bruxellis XXVII Januarii S. Mti vræ descripsi, illique iterum atque iterum supplico, et pro fide mea consulo, Petat Pacem a Domino in diebus nostris, quia nemo pro nobis alius pugnabit, illamque pacem omnibus modis S. Mtas vra, quamdiu potest cum Turcis componat, eaque fruatur interea quo alii cælum terræ miscent, et pacem negligunt bello non sufficientes. Quod meum consilium, si forsan non prudenter, fideliter tamen et pro debito S. Mti vræ descripsi, humillime rogans, boni consulere dignetur.

Quod scripsi de Ser.mo Rege Galliae eius Orator, qui me crebrius conuenire solet, mihi dixit, et inter alia, Superioribus diebus rediisse ex Constantinopoli Patriarcham Aquilegen, venisseq ad Pontificem, et de omnibus Turcarum viribus et moliminibus illum certiorem reddisse, quibus perculsus Pontifex, ipsum Patriarcham ad Ser.mum Regem Galliae misisse, orasseq impense, vt pro officio et nomine suo Christianiss.i in tam praesentibus periculis, quae iam iam imminerent, se et Ecclesiam non desereret. Quibus per: motus Rex, promisisset pontifici, quandocunq res exposceret. se in propria persona, cum quatuor millibus cathaffractorum Equitum, et cum quinquaginta millibus peditum, quae iam habe: ret in ordine quando vellet, atq cum omnibus suis tormentis seu, vt vocant, Artelaria, in Italia affuturum, Iamq cum Marchione Saluciarum, quem ibidem in Pedemontium habet Ducem seu Capitaneum disposuisse, vt quosdam Milites Equites et Pedites cum Tormentis missos a Rege suscipiat, et contineat, quousq aliud habeat mandatum. Quod quum huc perlatum est, nescio quam generauit suspicionem, etiam si quid forsan bono animo fiat, non desunt, qui aliorsum q fit, interpraetentur. Ad eum modum nunc in Orbe Christiano viuitur. Nusq tuta fides. Igitur non frustra nos castigat Deus.

Haec sunt quae adhuc addenda censui, licet coram maluissem referre, Quum tamen adhuc S. vrae Regiae, et R.lis M.tis negocia, et nescio quod tempus, me detineat, non abs re duxi ista adscribere, fortassis Deo optime fauente, offerent se ala: criora cum quibus, vt spero breui. S. M.tem vram in reditu reuerenter salutare possim. Cui me iterum atq iterum humillime commendo. Ex Ratisbona xviij Aprilis Anno dni M.o D.o XXXij.o

Ad dnos Hungaros pro isto Rakusch a Pontifice quidam

Nunctius vir doctus proficiscitur, cuius nomen ad praesens non occurrit.

A M^te Caesarea mittuntur, Commendator maior de Alacantara, Don Petrus dela Cueua, Hispani, et D. Doctor Brantner, Coadiutor ordinis sancti Georgij Alemanus.

A Ser^mo Romanorum Rege D^s. Andreas Vngenad, et vice dominus Alexius Turzo erit quasi Organum siue directorem. Exeunt hodie omnes secundo Danubio, cum illis a me commendatus veteri amico Doctori Brantner, proficiscitur S. M^tis vrae Cubicularius Spigel. quem vnamecum S. M^ti vrae humillime commendo. Datum vt in Scheda.

Scheda

R^me domine quum istas occlusissem et Cubicularius Spigel, quod Nauis parata nondum erat, abire non potuerat, aliqua adhuc scitu digna, neque incommoda, ad S. Regiam M^tem adnotaui, venitque mihi etiam in mentem, vt de his, quae D. Cornelium Scepperum spectant, sicut Regia, et Reginalis M^tas mihi scribi mandarunt D. vram R^mam certiorem redderem. Is ad praesens hic non est, expecto tamen ex Brugis quottidie eius aduentum. Non video quibus modis ipse duobus dominis posset seruire, praesertim quum Caesar in variis et longinquis Legationibus opera eius plerunque vtatur, licet sciam illi in propensione inseruiendi S. Regiae et R^li M^ti nihil deesse, non tamen conueniret in hac Curia, vbi etiam facili de re ingens nasci solet suspicio, quod ille et Caesari, et

Regiæ atq; Reginali M^ti seruire deberet, posset in eo seruicio fidem, quam de eo concepit Cæsar, amittere, et nescio quæ non in rem suam negligere. Perlatum est item ad eum, q aliquando S. R^lis M^tas de eo male senserit, habens de eo opinionem, q esset homo ebrius, et nullius vsui, vel momenti apud Cæsarem, quod tamen longe aliter se habet, sic interdum illius R^lis M^tas suis ineptis Italiolis credens de bonis viris aliam q debet opinionem concipit, quæ raro commodare solet. Nihilominus cum dn̄o Cornelio, quando aduenerit agam libenter, iuxta id quod mihi præscriptum est. Sed satius et consultius mihi videretur, quemadmodū et S. Regiæ M^ti scripsi, vt aliquis nostras, ingenio et industria præditus, qui ad minus præter latinam haberet perfectam linguam Italam, vnde facile Hispanicum disceret, huc mitteretur, quem, quantum possem instituerem, et in amicorum meorum noticiam deducerem, qua commode hic Regię et Reginalis M^tis rebus et negociis inseruire posset, experireturq; hic aliquid, et disceret, quo deinde Reipub^cæ Regni vtilior fieret. Hoc facit Ser^mus Rex Angliæ, qui quandiu in ista Curia fui, septies mutauit Oratores, itidem faciunt Veneti, qui ad eum modum per totum Orbem quo possunt, suos mittunt Ores, et illis quibuslibet annis mittunt successores, non q illis non credant, sed vt etiam alij discant, quos postea ad officia, et in Senatum assumunt, quibus hucusq; Respublica illorum, et non paucis annis, pluscq; illa vetus Romana, durauit. Hæc non igitur scribo, vt aiunt Sus Mineruam, sed animi mei iudicium ea in re D. v̄ram R^mam nolui latere, quæ illud pro sua prudentia, et beniuolentia erga me boni consulat.

Redeo iterum ad consensum Matrimonii inter Regiam et Reginalem M^tem ab Illma olim matre R^lis M^tis

promissum et non impetratum, quem ego, vt scripsi, summa cura et diligentia a M^te^ Cæsarea obtinui, q~ q~ D. vr~a R~ma cognoscat, quantæ molis erat. Venit huc ad Curiam superiori anno D~ns Ludouicus Gonzaga, qui contraxerat matrimonium cum D~na Isabella de Columna, vt peteret a M^te^ Cæsarea consensum, habuitq~ intercessores Summum Pontificem, Car^lem^ Columna, Ducem Mantuæ, multosq~ alios Principes, atq~ totam Columnensium domum, tam bene longo tempore de Cæsare promeritam, et toto anno præterito Consensum istius sui matrimonij a Cæsare nunq~ impetrare potuit, iamq~ fere desperauerat. Nunc tandem paulo ante, opera Pontificis, Ser^mi^ Romanorum Regis, multorumq~ aliorum, cum summa difficultate, magnoq~ dispendio ~~etc~~ Consensum istum obtinuit. Ne putet ergo R~lis M~tas rem esse adeo leuem, quam tanto labore et conatu pro illa assequutus sum, neq~ putet præter verba nullum me pro S. M^te^ eius procurasse commodum, quandoquidem sine eo consensu, post contractum et consumatum Matrimonium, omnibus bonis suis feudalibus in Regno Neapolitano fuisset exuta. Hoc seruicium libenter, et magno animi cum ardore S. M^ti^ eius R~li impendi, et non minore affectu cura et diligentia, ad præsens negocijs M^tis^ eius sum impensurus, id sibi omnino D. vr~a R~ma persuadeat. Quicquid vnq~ in mea erit facultate, et per me præstari poterit. Modo Cæsar velit, qui talis est, vt scripsi in nouissimis.

Non potui omittere quin effigiem, ad viuum Ill^mi^ D~ni Ducis Frederici Comitis palatini Rheni D. vr~æ R~mæ mitterem, quæ si prius, a S. R~a M^te^ visa non est, poterit illam ostendere, Liniamenta optime conueniunt sed certe humanior, et formosior est in voltu, q~ sit fusus, et expressus in argento. At quum aurum et argentum

non est mihi, mitto hoc æreum Christi passionis D^ni^ vræ R^mæ^ simulachrum, et meum plumbeum, sum quidem plumbeus totus. Et rogo per oportunitatem, egestatis meę, si quod forsan leuamen mihi adferri possit, coram S. Regia et R^li^ M^te^ non obliuiscatur D. vra R^ma^. Cui me iterum summopere commendo, nihil maiori desiderio cupiens q illam videre breui incolumem Et felicissimam Ex Ratisbona XVIIJ Aprilis Anno domini M^o^ D^o^ XXXIJ^o^

Sigismundus primus Rex Polonie
Francisco Francorum Regi

Miseramus ad Maiestatem Cæsaream in Hispaniam in certis nostris negociis Mag^cum^ Joannem Dantiscum, Secretarium nostrum, quem iam Legationis functum officio, reuocandum duximus, et reuocamus, qui quoniam Marinam horret nauigationem, cupiatq terrestri itinere per Regnum M^tis^ vræ ad nos redire, rogamus plurimum M^tem^ vram, vt ipse lris salui conductus ab illa obtentis, sub fide publica, per Dominia ipsius M^tis^ vræ libere et secure transire valeat: quam in eundem Secretarium et Nunctium nostrum gratiam, curabimus M^ti^ vestræ fraterno amore, et multis beneuolentiæ officiis: occasione se offerente: semper referre. Valeat felicissime M^tas^ vra, et voto suo in omnibus potiatur. Nosq habeat commendatos. Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniǣ
Carolo Quinto Caesari Catholico

Tenuimus apud Mtem vram, Magcum Joannem Dantiscum Nuncium nostrum, partim negociorum nostrorum curandorum: partim fraternæ amicitiæ, et mutuę inter utrumqz nostrum benevolentiæ conservandę gratia, qui quoniam aliquot iam annos in Aula Mtis vræ versatus sit, non sine tam diuturnæ moræ eodem in loco tędio: cupiatqz paternos invisere lares, eum propterea revocandum duximus, et revocamus. In eius tamen locum, mittimus Ventem Joannem Lenicium Cantorem Ecclæ Ploccn, Secretarium nostrum, qui pari Legationis munere: apud Mtem vram nostro nomine fungatur, quem Mti vræ singulariter commendamus: rogamusqz illam plurimum, gratia sua illum complecti, et preces nras apud se impetrabiles esse velit, Factura pro excelsa virtute, et officio eminentiæ suæ, nroqz mutuo amore, et necessitudine. Dns Deus Mtem vram servet diutissime sospitem et felicem. Cui nos ex animo commendamus. Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniǣ
Regi Galliǣ

Sermę et Excellenme. Princeps. Etc. Mittimus ad Caesaream Mtem hunc Nuncium et Secretarium nostrum, Ventem Joannem Lenicium, Cantorem Ecclæ Ploccn,

in locum alterius Oratoris nostri Magnifici Joannis Dantisci quem non parvo tempore illic tenuimus, propter negocia ducatus nostri Barensis, et quem nunc inde revocamus. Rogamus quoque plurimum Mtem vram ut et hunc illuc euntem, et illum ad nos redeuntem libere et secure cum rebus et eorum comitatu per Regnum et Dominia sua ire permittat, et permitti iubeat quod officium fraternum nos vicissim Mti vrae omnibus facultatibus et observantia nostra referre curabimus. Cui nos ex corde commendamus, et cupimus ut optime valeat, et nos diligat. Dat in Civitate nostra Radomien etc.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Mercurino de Gatinaria Cancellario
Caesaris

Illustris et Magce domine, amice noster dilecte. Joannes Dantiscus Secretarius noster fidelis dilectus egregie et ex sententia defunctus est officio servitutis suae isthic apud Caesaream Mtem in his rebus quas illi curandas mandaveramus. Quas ita ut transactae sunt, tametsi ex litteris huc ad nos scriptis abunde intellexerimus, tamen ex ipso caetera coram cognoscere avide cupimus, et eam ob rem: eum huc ad nos accersere, et isthinc revocare nobiscum constituimus. Nec etiam ignoramus operam Illtis tuae isthic apud Caesaream Mtem nobis multum profuisse, et proinde agimus et habemus illi magnas gratias, quas per omnem occasionem omni studio et gratificatione nra referre illi curabimus. Rogamus autem I. tuam obtineat eidem Oratori et Secretario nostro benignam missionem et abitionem a Caesarea Mte, et hunc Venerabilem Joanem Leminicium Cantorem Ploczen et Secretarium nostrum, quem in

locum illius isthuc misimus, vt esset qui nobis Caesareae Mtis beneuolentiam indies conciliaret, commendatum habeat, auctoritateque et fauore suo foueat et complectatur, quo officio reddet nos sibi tua Illtas plurimum deuinctos et obnoxios, et optime valeat tua Illtas Datum in Radom etc.

Ioannes Dantiscus, Epus Culmen.
Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecan.o

Rme in Christo pater, et dne, Dne Colenme. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Quod non venerim Petricouiam, vt constitueram, in culpa fuerunt negocia S. Rlis Mtis, quae hactenus me multa scriptione ad Curiam Caesaris ad quam quibusdam de primis ibidem quatuor mittit equos Cronuchos, detinuit. Nunc demum absolutus, hodie, Deo bene fauente, hinc soluo, Colloquutus sum non pauca cum Magco Dno Castellano Cracouien ratione Coadiutoriae, qui promisit omnem operam modo mihi succedat PPtus Plutowski, quod in manu Dei et regis est. Scripsi ea in re quibusdam amicis, vt secrete hoc negocium, tum apud Capitulum, tum etiam apud ipsum Rmum D. Varmien, cum aliis terrarum et Ciuitatum Prussiae Dnis, bonis modis pertentent, quod ego, postquam sospes ad eos applicuero, quantum possum promouebo, mihiipsi non defuturus. Egique cum Rmo Dno Premislien, et Castellano Cracouien. ne quicquam ea in re Rmo Varmien ante Rmae Dnis vrae huc reditum, respondeatur, et donec et ego Dni vrae Rmae scribere possim quales apud nros in me offenderim animos, et quibus modis instructio seu lrae

ad Rxmum Varmien et Capitulum formanda sit. Qua de re Dni vrae Rxmae supplico quemadmodum cepit, gratia sua me, et fortunas meas prosequatur. Quicquid vnq futurus sum, totus ero Dnis vrae Rxmae Cui me ex animo humiliter commendo. Dat Cracoviae vta Septembris Anno domini M°. D°. XXXij°.

Rxme domine. Oratores Sermi domini nri ex Conuentu Electionis praeterito dederunt, huc, inter alios articulos vnum, Rogan, q sua Caesarea Mtas dignaretur dare Sermo dno nro lras, quales diuae memoriae, Maxilianus Caesar dederat videlicet, promittendo, q sua Caesarea Mtas nollit in aliquo Mgro et ordini in Prussia adherrentiam facere, neq auxilia prebere, vbi ipse Magister debito non facto in rebellionem concederet, et bellum facere vellet: Ad hunc Articulum responsum mihi est, si haberem huiusmodi lras a Caesare defuncto datas. vt ostenderem, si non, vt scriberem q huc cum primis mitterentur, sua Caesarea Mtas velit non solu vestigia auita insequi, verumetiam maiori beniuolentia et affectu Res Sermi dni nostri prosequi, et protectionem illaru assumere. Proinde si S. Regiae Mti videbitur, q tales lrae huc mihi mittantur, vel saltem copia autentica, qntum in me est, et prout decet fidelem et humillimum seruum et subditu suae Mtis libenter facturus sum omnia. Nunc enim optima est talium rerum expediendarum commoditas, si placebit, mittantur huc modo vt scripsi ad Dnm Turzonem Augustu-

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Sigismundo primo Regi Polonie

Ser^ma Regia M^tas et domine, dne clemen^me. Humillimam servitiorum meorum commendationem. Applicui huc ad oviculas meas non ingratus pastor, ut pote diu desideratus, egique cum eis in hoc meo primo adventu ad eum modum, quo illos mecum contentos spero futuros, accidit que supra meam opinionem, quod praeter Canonicos meos, et magnam Civium Torunensis que Consulatus frequentiam, Nobiles tum etiam omnes terrae Culmensis, cum ipso dno Palatino, iudiciis vacantes quae statis temporibus servari solent, Thoruniae invenerim, a quibus humanissime exceptus, omnia erga me benivolentiae studia offendi; Quod quum nullis meritis meis evenisse cognosco, Deo in primis, et Ser^mae M^ti vrae acceptum fero, et eas quas tenuitas mea potest, gratias habeo. Caeterum inter alia quae cum Canonicis meis transegi, obtulit se mentio de Administratione Episcopatus Pomezaniensis, quam Ser^ma M^tas vra praedecessori meo olim concedere dignata fuit, qua in re Canonici mei, quomodo Administratio illa habeat, et an assensus huiusmodi Pontificis summi accesserit, edocere me non potuerunt, Supplico igitur S. M^ti vrae humillime, vellit me reddere certiorem, quibus modis me in ea Administratione gerere debeam. Curia Romana movit paulo ante mihi stomachum, et loculis meis nauseam, expilavitque me, ut ne pilus quidem reliquus manserit, ad illam ob istiusmodi Administrationem nequaquam deferre quippiam decrevi, quandoquidem in ea reperiuntur adeo inhumani et immites, qui si possent, communem omnibus

aêrem gratis darent nemini, et ego si vellem, non possem, et si possem, non vellem, meas tenues facultates deinceps in eos profundere. Quae negocium Varmien spectant, ex Conventu Mariemburgensi S. M^ti vrae describam. Cui me vt dno meo Clementissimo suppliciter commendo. Jesus Christus dns noster S. M^tem vram in omnis faelicitatis augmento, atque in prospera valetudine quam diutissime sospitem conseruet, atque contra omnes hostes tueatur. Ex Antiquo Castro XXiiij^ta Septembris. Anno domini M^o. D^o. XXXij^o.

Ioannes Dantiscus Orator.
Sigismundo primo regi Polonie.

Rx^me in Christo pater, et dne, dne observan^me. seruiciorum meorum plurimam commendationem. Reliqui lras meas ad D. vram Rx^mam in discessu meo ex Cracouia, quas iam redditas esse reor. Et quum Petricouiam venire non potuerim, volui tamen, intereundum Rx^mos Dnos Archiepm Gnesnen. et Vladislamien inuisere, quorum primum in Sqwirniewice inueni, ab eo, pro veteri eius erga me beniuolentia humanissime exceptus. de multis contulimus, et praesertim de his quae negocium Varmien concernunt, declarauitque mihi D^nis vrae Rx^mae erga me ea in re optimum animum, et eam propensionem, quam expertus sum semper, habeo itaque D. vrae Rx^mae quas possum gratias, illasque habere, quamdiu sum, non desinam, promisit etiam mihi Rx^mus dns Archieps omnem operam et adminiculum suum, cum apud ipsum Rx^mum D. varmien, tum etiam apud M^tem Regiam. Ego item, quantum Deus in cor meum posu: erit, mihi ipsi non deero. Veniens Thoruniam omnium Ordinum terrae Culmen applausu acceptus, egi cum quibusdam, qui ad id apti mihi videbantur, non pauca, et praecipue cum

Magnifico Dno Palatino Culmen, qui mihi dixit Rmum
Dnm Varmien, videndi mei magno teneri desiderio, et
quod in omnibus Conuentibus mei semper honestissime memis-
set, et quum iam pro festo sancti Michaelis D. eius Rma
in Marienburgo, quo me conferam, constituetur, spero me
voti compotem futurum. Interea, donec inde scripsero, consul-
tius mihi visum est, vt nihil illi rescribatur seu respondeatur
quousque de mente illius D. vram Rmam certiorem reddidero.
vbi tum si opus erit aliqua acredine, quum flecti benigniori
modo non posset. D. vra Rma pro summa sua prudentia et
gratia in me non vulgari, sic omnia apud S. Mtem Regiam.
et responso ab illa temperabit, quemadmodum Reipublicae
Regni, et rebus meis melius expedire videbitur. Et quum
me et fortunas meas. iampridem illo suo nunquam a me merito
fauore, et gratia prosequi coeperit, vt in ea prosequutione,
et erga me propensione perseueret, humiliter supplico, Christus
Dns noster quam diutissime sospitet et prosperet D. vram Rmam
in omnibus. Cui me ex corde summopere commendo. Et
rogo Venerabilem D. Kijerski quem Deus per D.
vram Rmam, in eum, in quo est, statum felicitatis posuit.
hortetur, vt acuratiorem et benigniorem patris sui, viri
boni, senioque et graui aegritudine pressi, rationem habeat,
Inhabitat bonus Nobilis pater eius villam, cuius potior
et maior pars mea est, cogiturque satis tenuiter viuere,
possetque ei D. Kijerski sine suo graui detrimento, non
paruum re parua praestare auxilium, quod illum nondum
fecisse satis mihi constat. Vtinam mihi patrem meum, vt
illi suum videre liceret, non pudefierem profecto, sed
de his hactenus. Ex antiquo Castro ad Istula
XXiiij Septembris. 1532

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancell.o

Rme in Christo pater et domine, Dne Colenme. Obsequiorum meorum, et meipsius plurimam commendationem. Post absolu: tionem Conuentus Marienburgen, recta me huc ad Illtem Dnm Marchionem Brandenburgen Ducem in Prussia contuli, et ea omnia quae negocium Bami concernunt, exposui, illumque in animo quietiorem et firmiorem reddidi. Quemadmodum fortassis ex eius lris intelligetur. Neque mihi in re Varmiensi defui, eaque omnia quae expedire videbantur per medium Dni Achacii Czemae Castellani, et Joannis de Werden Proconsulis Gda: nen, cum apud Status Prussiae, tum etiam, apud ipsum Rmum Dnm Varmien transegi, quod et ipsemet quantum mihi conuenie: bat, non omisi. Inueni non male erga me omnium fere affectos animos, sed quum prius in Tidemannum consenserint, et ad S. Mtem Regiam intercessserint, visum est pluribus non licere a priore sententia recedere, quod et ipse Rmus Dns Varmien in notitiam meam deduxit, qui alias in hoc Conuentu cum aliis Dnis me humanissime tractauit. Consultumque mihi est, idipsum quod et ego animo uolebam, vt obtinerem a Serma Regia Mte lras, quae statibus Prussiae, Capitulo, et Rmo Dno Varmien, quantum posset fieri clementius responderent, Mtem Regiam pro hoc tempore alium quam me non posse admittere Coadiutorem, rogareque vt si Coadiutor quispiam esse debeat, pro meritis meis etc. in me consentirent, qua in re, iuribus, Pri: uilegiis, et libertatibus terrarum Prussiae et Ecclesiae Varmien nihil decedere deberet, seruaturamque Mtem Regiam pacta cum

Ecclesia Varmien inita, quibus derogaretur si alium admitteret
Coadiutorem quam eum qui M^ti eius placeret, daturamque M^tem
Regiam l(itte)ras quod consensus iste in personam meam iuribus, priuile:
giis et libertatibus terrarum Prussiæ et Ecclesiæ nihil in
posterum deberet officere, Quodsi fortassis intercessioni pro
me non annuerent, M^tem Regiam pactis usuram. quousque
per mortem se offeret occasio, Hijque qui ad eum modum
respondendum. Statibus Prussiæ, Capitulo et R^mo d(omi)no
Varmien censuerunt. Ex hijs D. v(est)ra R^ma facile con:
ijcere potest, quod omnibus modis apud S. Regiam et R^lem
M^tem, atque apud primores Aulæ nostræ omnes per partem abi:
entem tentabitur quo eo, quod auide cupit potiatur. Vtque
commodius partem illam allicerem, proposita fuit cessio, Episcopatus
mei, si ego assumerer, quæ partem illam aliquanto reddidit fa:
ciliorem. Et quo me abduceret illa pars a prosequutione gratiæ
S. M^tis Regiæ, effecit. vt mecum præsenti auro, et pensione ad
vitam ageretur, ne hoc quod ambit ~~me~~ impedirem, Idipsum plane
abieci vtpote Simoniacum. Quodsi S. M^tas Regia in ea
erga me gratia et propensione persliterit (quod vt ex
Deo proueniat necesse est), vicimus. Non libenter attingo quempiam
grauius quam decorum est. non possum tamen pro fide mea erga
S. Regiam M^tem et Regnum me continere, quin hoc refricem
quod in bello Pruteno nouissimo actum est, nouit et meminit
S. M^tas Regia, quod quum esset suspicio de R^mo olim Fa:
biano Varmien ne ad hostes deficeret, d(omi)n(u)m Tidemanum,
et Doctorem Joannem Sculteti ad hoc facinus fuisse consul:
tores. Me autem S. M^tas Regia contra hostes suos ante
Vangrowiecz, et locauit et vidit armatum in acie. Non luctor
cum larvis, neque cuique velim detrahere, fidem tamen meam,
nulla in re vnquam fuisse fragilem, non possum non palam
facere, Deus scit Cor et mentem meam, non ambio, sed quo
melius et fidelius quam forsan alius S. M^ti Regiæ et Regno

patriæq meæ inseruire possem, non recusarem et digniorem hono:
rem, et grauius onus subire. In his omnibus fiat Dei volutas.
Et quod mihi nouissime, quum irat ad Sinodum D. vra Rxma
iniunxit, ne mihi ipse desim, hoc maxime mihi apud D. vram
Rxmam expedire videtur cuius ope, ex gratia Dei id sum quod
sum, Ad quem igitur alium his in rebus confugiam, præter D.
vram Rxmam habeo neminem, Quam humiliter et impense rogo,
quemadmodum cepit apud S. Regiam et Rxlem Mtem fortunis
meis faueat. Largitionibus, et promissis vsus sum nunq, neq
id apud D. vram Rxmam puto necessarium. Ego alias
D. vræ Rxmæ cum hoc meo corpore et facultatibus quales
quales sunt, sum obligatissimus. Mittit ad præsens in rebus
suis Magcus D. Georgius de Baisen palatinus Marienburgen,
et Dns Achacius Czeme ad S. Mtem Regiam, cui profecto,
et nobis terrarum et Ciuitatum Prussiæ Consiliariis non leuis
fit iniuria, quod pars aduersa nulla audita sententia, friuole,
ne dicam temere, ad Mtem Regiam appellauerit, inducta per bo:
num (si diis placet) virum Nicolaum Helste procuratorem,
qui sua vesania multa negocia in terris Prussiæ corrupit, et
infecit, quod si diutius ad eum modum procurare debebit, longe
grauiores et periculosiores habituri sumus difficultates q prius
vnq habuimus, et verendum ne aliquando in tumultum res exeat.
Quapropter et consulo et rogo, ne eos quos prius in Curia nostra
inueniat fauores, quibus reddatur insolentior. Gdanenses illum
non abs re expulerunt, neq Ciuitatem illorum audet ingredi, non
ob aliam causam, q p misere sitophantiis suis Romanis, quibus
etiam vsq ad Chordas peruenit, multis imposuit, et plerosq
perpetuis litibus inuoluit, Elbingenses illum etiam apud suos
a procuratione reiecerunt, et hoc eadem de causa. Quid
fecerit Rxmo dno Epo Varmien, qui grauiter contra illum
Consiliariis in hoc Conuentu questus est ex litteris eius, vt
arbitror, ad Mtem Regiam intelliget, Det itaq queso D.

D. vram Rmam operam, ne ille, qui exilium a nobis meruit apud nos Imperium habeat, nemini apud nos nisi factiosis, et qui æternis litibus oblectantur, charus est, et omnes eas appellationes ex hoc nostro Conuentu, quum et ipse appellauerit, confecit, quo assequatur, quibus in Curia Regia plerosque corrumpat. Et quum sim in procinctu profectionis meæ versus Lubaviam, non possum esse longior, deberem quidem S. Regiæ et Rli Mti aliisque Dnis non pauca scribere, quod paulopost facturus sum ex Lubavia, inde etiam de omnibus D. vræ Rmæ copiosius. Cui me humiliter et ex corde commendo. Christus Dns noster sospitet et prosperet quam diutissime D. vram Rmam in omnibus. Ex Resenburgo viij Octobris Anno domini M°. D°. XXXij°

Ioannes Dantiscus Eps Culmen.
Bone regine Polonie.

Serma Reginalis Mtas Dna, et Dna Clementma. Humillimam seruiciorum, et Orationum mearum commendationem. Accepi pauloante lras S. Mtis vræ XXiij Octobris præteriti Crac dat, ferentes singularem S. Mtis vræ erga me gratiam, qua mihi ad ouiculas meas aduentum saluum fauet, habeo igitur quas possum S. Mti vræ gratias, et rogo humillime in ea erga me propensione vt perseueret semper.

Quæ de reditu Fabiani, et negociis per illum in Curia Cæsaris gestis S. Mtas v. mihi scripsit, non potuerunt me non afficere, qui nihil aliud curaui et in hoc incubui sedulo, quam vt S. Mti vræ, et votis eiusque perpetuo felicissime cederet idipsum perspectum, et iampridem compertum habere S. Mtem

vram ~~non~~ divo mihi persuadeo. Qua de re, quicquid adhuc in seruicium S. Mti vrae his in rebus vnq praestare potuero, nihil est quod facturus sum libentius, scripturusque sum paulopost et ipsi Caesareae Mti, et amicis in Curia, neque immerito expostulabo, amicum tamen in modum, si adhuc aliquid in rem S. Mtis vrae extorquere possem, mittamque proprium Nuncium cum his lris vsque Cracoviam. Magno fuit rebus S. Mtis vrae impedimento, aegritudo Dni Valdesij, qui vtinam viuat et conualeat, non futurus est a votis S. Mtis vrae, quantum in illius facultate fuerit, alienus et vt spero, non fallar.

Mittam Nuncium illum meum ad S. Mtem Regiam, cui humillime supplicabo, quo S. Mtas eius me habeat excusatum et a muniis publicis, et Conuentibus adeundis, ad duos annos, et praesertim ad Conuentus Regni quandoquidem intra hoc tempus Epatum meum egredi non possum, nisi prius solutis debitis, quorum adhuc non parua pars restat. Et quum illa in seruicio, et pro honore, atque commodo vtriusque S. Mtis contraxerim. Supplico humillime dignetur ad S. Mtem Regiam intercedere, vt exemptus ad profectiones et contributiones ad duos annos esse possim, Nequaquam enim, nisi iterum nouis et grauibus debitis implicatus, domum meam, in qua, quantum possum, tenuiter viuo, ad duorum annorum spacium, exire valeo. qua in re singularem S. Mtis vrae gratiam imploro.

Est mihi hic bonus Dns et vicinus Magcus Faelix Srzenski de Sokolowa palatinus et Capitaneus Ploczen, cum quo mihi a multis annis optime conuenit, et libenter illi pro eius virtute, et apud omnes optima existimatione, inseruirem, et nescio alio modo, quam vt illi si quicquam preces meae in oculis S. Mtis vrae habent momenti, gratiam S. Mtis vrae, quantum possem conciliarem maiorem. Supplico itaque S. Mti vrae vt Dnae meae Clementmae dignetur bono huic S. Mtis vrae

seruitori, in omnibus quibus opem S. Mtis vrae implorabit. gratia et fauore suo non deesse. quod vterque quantum facul: tates vrae possunt erga S. Mtem vram merebimur. Nosque humillime. S. Mti vrae commendamus. Quam Christus Dns nr quam diutissime sospitet et prosperet in omnibus. Ex Castro Lubauien xiija Nouembris. Anno domini Mo. Do. XXXIIo.

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Sigismundo primo Regi Polonie.

Serma Regia Mtas et dne, dne Clementme. Humillimam seruiciorum et orationum mearum commendationem. Non possum non male affecto animo S. Mti vrae conqueri, contra quendam Alexandrum Sculteti Canonicum Varmien, Romae publicum aliquando (vocabulum pro veritate mitius non repe: ritur,) lenonem, Is quum me, et auctoritatem S. Mtis vrae a multis iam annis Romae sit persequutus, idque impune, et bis me prius ex Canonicatu Varmien, quem vigore nominationis S. Mtis vrae habui, per mentales reseruationes eiecerit, et non paruis expensis me afflixerit, ad praesens etiam postquam negocium Coadiutoriae tractari coeptum est, quo fortassis malignantium Ecclesiae placeat, voluntatique S. Mtis vrae, et fortunis meis reluctetur, ex Cantu quem possideo, ad postulationem S. Rlis Mtis ex collatione mensis Ordinari, et explodere me conatur, ne quis sit apud illam Ecclesiam, qui singulari quadam fide S. Mti vrae deuinciatur, quod hucusque ab illis cautum est, quam dili: gentissime, quum soli sint inter tot et tam claras atque excel: lentes S. Mtis vrae Ecclesias, qui libera pociantur electione:

ctione, neminemq vel admodum paucos admittunt in Collegiu, nisi eos qui Romae alti, malisq artibus vsi, creuerunt, Eosq in maiori habent precio, qui maxime potestati et auctoritati S. Mtis vrae sunt aliquando aduersati, qua in re Alexander iste strennuam semper nauauit operam, Quapropter S. Mti vrae humillime supplico, dignetur Rmo Dno Varmien cui nullam impingo culpam, et Capitulo seorsum serio scribere et mandare, vt hominem adeo votis S. Mtis vrae et fortunis meis reluctantem, qui me Romae, tum cum essem apud Caesarem S. Mtis vrae Orator vagum hominem, per principum saecularium Curias discurrentem publice depinxit, ab istiusmodi insolentiis ac friuolis sycophantiis compescant, vel quod multo esset commodius, si desistere nollet, quod illi erit difficillimu rabulae, vt aliquandiu Arci Marienburgensi ~~et~~ in pane doloris praeesset, aliis in exemplum, qui nihil aliud moliuntur, q vt se auctoritati S. Mtis vrae opponant, et sese omnibus malis ex illa extrahant, nescio quam libertatem somniantes quum Sermae Mti vrae subsimus omnes.

In Conuentu Marienburgensi indicta est S. Mti vrae Contributio, quam quomodo ~~quum~~ praestare debeam, quum debitis in seruicio S. Mtis vrae, et pro eius honore et Regni contractis, sim grauiter adhuc implicatus, singularis S. Mtis vrae erga me gratia clementer videat, velim equidem, eam mihi a Domino Deo sortem obuenisse, vt q plurimu S. Mti vrae contribuere possem, nihil profecto pro mea erga S. Mtem vram fide, et puro animi mei affectu, facerem libentius, sed deest facultas. Imploro itaq S. Mtis vrae, solitam erga me benignitatem, Et quemadmodu Rmo Dno Varmien, sit et mihi quaeso credatur collectio, quae minoribus fiet in Episcopatu meo expensis, q per exactores et non cum minore fide.

Intellexi Venles Dnum Joannem Lemicium in suspicionem
ex lris Dni olim Valdesij ad me, venisse, vbi scripsit
de Oratore Lemiciano, quo nomine Regis Angliæ Oratore,
ob morum similitudinem, vocare solebat, Nullum, bonus
nr Lemicius in illa Musica fecit periculum.

Habemus in Deutronomio, q nullus Sponsus primo anno
quo vxorem duxit, debeat vel ad bellum, vel ad munia
publica cogi, Qua lege fretus, quum et ego apud sponsam,
meam, male affectam et spoliatam, sim nouus, S. Mti vræ
humillime supplico, dignetur mihi per duos annos, quibus,
debitis me explicare possim, vacationem a munijs publicis
concedere, præsertim extra Epatum meu, Et hoc
tempore nescio si potero in Epatu ad Conuentum Gran:
dicensem, quem paulo post futuru. S. Mtas vra instituit,
ob pedis dextri grauem exulcerationem me conferre,
quam vt reor, nihil aliud, q insolita quies, et ocium
mihi peperit, malo tamen illam domi, q foris animi curas
et torsiones, quæ peius me paulo ante afflixerunt perpeti.

Quod reliquum est, S. Mti vræ me, vt Dno meo Clementmo
suppliciter commendo. Deumqz precor sedulo, vt eand
S. Mtem vram pro Regni et Dominiorum suorum et
nrm omnium, pace et salute q diutissime incolumem et
fælicissimam conseruet. Ex Castro Lubauien iija
Decembris Anno domini M. D. XXXij

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Bone regine Polonie.

Sermma Reginalis Mtas et dna, dna Clementma.
Humillimam seruiciorum meorum commendationem. Quanto
moerore me affecerit mors Magci Dni Valdesij, cum ob eam
animorum arctissimam inter nos coniunctionem, tum etiam quod
illum bonum et fidelem seruitorem verum S. Mtis vrae
in Aula Caesaris reliqueram, scribi a me nequit. Haec est
via carnis omnibus. Confeceram iam longas ad illum, et
ad alios apud Caesarem lras, voluique illas per proprium mittere
Nuncium, sed morte amici consternatus, et lras proieci, et
Nuncium non misi, quousque S. Mtas vra me edoceat, quum ista
per mortem facta est mutatio, quid, et quibus per me volt
scribi. Eo amico amisso, licet alios adhuc non paucos ibi
habeam, animus meus ab illa Curia decidit. Nihilominus
quicquid S. Mtas vra mihi mandauerit. Ipse subibo humeris
nec me labor iste grauabit.

Serma et Clementma Dna mea, dederat mihi S. Mtas
vra per postulationem suam a Rmo Dno Varmien in
mense illius vacante tunc Cantum Varmien, quem ego
Bononiae si affectus forsan fuerat, liberum a Pontifice sum
assequutus, et inter alia beneficia per Pontificis Indultum
mihi est reseruatus, atque a me hucusque possessus. Quum
vero pauloante tractari est coeptum de Coadiutore Varmien
quo ego fortassis excluderer, ne talis praeficeretur, qui
S. Mti Regiae et fidus et gratus esset, quod illi Canonici
magna cura precauerunt semper, surrexit quidam inter

eos Alexander Sculteti, qui Romae quondam tabernam publicam, et ea quae illam concernebant, satis diu fouebat, et me suis technis Romanistis turbare, et Can^tu mihi per S. M^tem v̄ram concesso priuare contendit, prius etiā me bis ex nominationibus S. Regiae M^tis per mentales reseruationes, cum magno meo dispendio, eiecit, et in ea persequutione contra me, nullo vnq̄ verbo, vel re minima a me laesus perseuerat, q̄ sacrae M^ti v̄rae, quae collatrix mea est benignissima, non sine magno animi dolore conqueror, conquestus etiam, S. M^ti Regiae per l̄ras meas, Supplico igitur S. M^ti v̄rae velit hanc ignominiam auctoritati S. M^tis v̄rae et meritis meis illatam, serio apud se perpendere, et R^mo dn̄o Ep̄o, quem huius rei expertem scio, Capituloq̄ Varmien̄ serio scribere, vt istum non Macedonem Alexandrum, sed rabullam, a concepto contineant, vel potius effici, vt in exemplum aliorum in Castro Marienburgen̄, cum pane contritionis certo tempore quo a furore ad sanitatem redeat, castigetur, ne id per huius hominis malignitatem amittam, quod tanto labore, curis et dispendio a S. M^te v̄ra sum assequutus. Posset etiam S. M^tas Regia modo vellet, hanc Ecc̄liam Varmien̄, quae sola permittitur libera vti Electione, quemadmodū omnes alias in Regno, Magnoducatu, et hanc meam Ecclesiam, digno cui vellet conferre, neq̄ magna subest causa, cur fieri non deberet Nulla alia enim re se defendit, q̄ Imperatoria bulla, quae nullam vim in subditis S. M^tis Regiae, et eiusdem dominiis habere potest, vel debet, si aliis Ecclesiis derogatum est, cur ista sola maneret immunis? sicq̄ non fieret Episcopi, qui nunq̄ vel viderunt, vel seruierunt Regi, sicut his annis contigit, habuitq̄ igitur in nouissimo Prutenо bello M^tas Regia non paruas difficultates, fidem Episcopi prius sibi ignoti emere coacta. Ista non in hoc scribo

vt alicuius bonae famae officerem, sed vt S. Mtas vra, quomodo haec habeant, clarius cognoscat.

Scripsi S. Mti vrae nouissime rogans absolutionem a S. Mte Regia per duos annos, quibus me explicare debitis possem, ab officiis et muniis publicis, quod vt mihi S. Mtas vra impetret iterum atque iterum humillime peto, vix puto quod ad Conuentum Graudnicensem venire potero, adeo, vt vereor, ocium et quies insolita pedem meum exulcerauit. Neque spero S. Mtem Regiam aegre laturam, si iam tandem salutis et valetudinis meae quam toties in Mtum vram seruicio posui in periculum rationem habuero, quamdiu hoc quod vitae reliquum est, Deus concesserit, qui S. Mtem vram quamdiutissime sospitet et prosperet in omnibus. Meque humillime cum hoc Cantu quem mihi contulit, S. Mti vrae, vt Dnae meae Clemenmae commendo. Ex Castro Lubamien iiija Decembris. Anno domini M. D. XXXII.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecan.

Rme in Christo pater, et dne, domine Colendime. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Singularem illam erga me D. vrae Rmae beniuolentiam, et propensionem abunde iterum ex lris quas Fasolt ad me attulit, in negocio Varmien cognoui, habeoque quas possum D. vrae Rmae gratias. Quumque Dni Canonici (Rmo dno Varmien nihil impingo) qui Gizanae sunt factionis vident se nihil apud Mtem Regiam proficere: mihi officere conantur, et modis omnibus student vt me ex titulo Ecclesiae, et Cantu, eijcere possint, nacti ad id rabullam satis idoneum Alexandrum Sculteti,

qui publicum olim Romæ agebat Lenonem, is me a multis
annis est persequutus, et ex bonis nominationibus Mtis
Regiæ, (si meminit D. vra Rxma) per mentales reser:
uationes prius me etiam eiecit, et in expensis cum Censuris
et picturis condemnatum affixit, et nisi paulopost destitisset,
opera Dni Balinski, cui idipsum Mtas Regia iniunxerat,
male fuisset tractatus. Is iterum struit mihi insidias, dicens
Albertum Bisthof, cui ego ex collatione Rxmi Dni Varmien
ad postulationem Rlis Mtis in mense ordinarii successi, in
mensi Pontificis mortuum, et nescio quæ alia pro iuribus suis
habere se asserit, tacuisset bonus iste vir, si negocium Coad:
iutoriæ tractari captum non fuisset, hinc illæ lachrimę etc.
Scripsi igitur Regiæ et Rli Mti, opem, vt rabula iste dud
de me pessime meritus castigaretur, implorans. Qua de re
D. vram Rxmam impense rogo, quæ etiam istiusmodi homini:
bus fauere non solet, lras meas, sic coram Mte Regia tempe:
ret, vt hac in causa aliquid impetrasse, quo ab hoc homine
securus sim, videar. Habeo item D. vræ Rxmæ, quas possu
gratias, de spe data remittendæ mihi Contributionis, quam
vt ipse, et non exactores colligere possim, q etiam Rxmo Dno
Varmien permissum est, summopere rogo. Superioribus meis lris
scripsi D. vræ Rxmæ mihi cum Ill. Dno Duce in Prussia
optime conuenire, q vereor non diu duraturu. His transa:
ctis diebus obtulit se casus in causa quadam Matrimoniali.
Quem quum mere ad Judicium meum spectet, Dns Dux illa
Episcopis suis Sambien et Pomezanien diudicandam comisit.
qui ad me lras compulsoriales. Sigilla in caput lrarum
imprimentes, vt Cæsar facit, dederunt, postulantes a me, quu
testes sub Diocesi mea sint, quemadmodum et partes, vt
illos citarem, et in causa, præscribentens mihi examinis
modum, et interrogatoria, eos testes examinarem. dictaqz
illorum sub sigillo meo Ipsimu ad eos transmitteram.

Non secus mihi hoc iniungentes, atque si essem eorum suffraganeus. Ad quod illis respondi, mihi id nequaquam sine superiorum meorum consensu, et voluntate licere, quum sim immediate Pontifici et ecclesiae Apostolicae subiectus, a cuius obedientia et iuramentis illi praestitis desciuissent, in grauissima excommunicatione perseuerantes. unde ego illos pro ordinariis Judicibus in spiritualibus ~~spirantibus~~ recognoscere non possem, neque in externum Jus, cui illud non competeret, ad istiusmodi Judicum requisitionem, dicta testium transmittere, aut ad talium Judicum Instantiam, vocare et examinare testes, sine Rmi D. Archiepiscopi Gnesnen et aliorum maiorum scientia. Hoc meum responsum Ducem male habuit, scribens mihi se non putasse tam hebes responsum. stimpff antwort, a me prodire debuisse. Scripsi igitur Rmo Dno Gnesnen, neque hoc D. vram Rmam latere volo, vt me D. vrae Rmae edoceant, quomodo in his me gerere debeam. Rogo praeterea D. vram Rmam mihi mittere velit exemplum tractatuum, et articulos inter S. Mtem Regiam, et Ill. D. Ducem confectos, vt in omnem euentum scire possem, quibus modis vicinitas ista mihi erit seruanda, iam enim meis et mihi in granicziebus iniurias facere incipiunt, missurus sum igitur his diebus ad D. Ducem fratrem meum. Quid ille reportauerit D. vram Rmam non latebit.

Rme et colenme mi domine, vacuum hic nidum inueni, estque Epatus iste paruorum prouentuum, qua de re cogor me ad minus per duos annos hic continere, quo colligere possim, vt creditoribus sim soluendo, neque etiam fortassis prius consecrationi potero intendere. quam a nemine libentius quam a D. vra Rma velim percipere. Scribo igitur Dno Doctori Rzesszicziae, vt pro tali tempore dispensationem mihi obtineat (quam habeo, durat adhuc vsque ad Maium) Moram istam certe non temere quaero, sed necessitate mea id exigente. Quam vt D. vra

Rx^ma pro veteri in me sua gratia, vbi potest, adiuuet maxi:
mopere oro, et obtestor, semper D. vræ Rxmæ futurus
deuinctissimus. Cui me totum dedo, et humiliter commendo.
Ex Castro Lubamen iij Decembris. Anno dni M^o. D^o. xxxij^o.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Sigismundo primo Regi Polonie

Ser^ma Regia M^tas et Dne, Dne Clement^me
Humillimam seruitiorum et deuotionis meę commendationem.
Non potuit non esse pia in me S. M^tas vra in Contributionis
de exiguis meis prouentibus remissione, habeo itaq. quas
tenuitas mea potest S. M^ti vræ suppliciter gratias, Deum
omnipotentem pro longeua incolumitate et perpetuo fœlicitatis
accessu S. M^tis vræ oraturus. Dedit S. M^tas vra egenti
eleemosinam. Cedunt mihi de censibus meis annuis mille
et quingentę duntaxat marcæ prutenicales, ex his ducentę
marcę, quas mihi clementer remisit, S. M^ti vræ prouenissent.
Vtinam mihi esset quod contribuere possem, non deesset propen:
sio. Cæterum Tidemannus Gise Scabinus Gdanen
rogauit me vt se commendarem, quantu equitatis est. S.
M^ti vræ, quo insolentia et inhonestas Nicolai Helsten, Romæ
et alibi male, ex merito, habiti, compesceret, Et q cum
vitrico suo Sebaldo Becherer, finem causę suę habere
posset, Quod quum negare non potuerim, illum vna meum
S. M^ti vræ humillime commendo. Christus dominus noster
eandem S. M^tem vram, qdiutissime incolumem et fœlicissi:
mam conseruet. Ex Castro Fridek xxvj^ta Janua:
rij Anno domini M^o. D^o. xxxiij^o.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecanco

Rxme in Chro pater et dne, domine gratmo. Obsequiorum meorum, atque meipsius plurimam commendationem. Rediens pridie ex Petricouia Nuncius meus, attulit mihi gratiae D. vrae Rxmae in me plenas lras, quas non sine lachrimis exosculatas, quum ad calcem usque legissem, cogitaui intra me, bone Deus. Qui fit quod tantus praesul cum quo nulla sanguinis mihi coniunctio, et de quo etiam nunquam bene sum meritus, et cui etiam nulla in re vsui esse possum, tantum mihi afficiatur. Rogauique ex animo, vt istiusmodi D. vrae Rxmae propensionem velit mihi esse perpetuam. Ille D. vrae Rxmae rependat. Accepi non sine gaudio 200 marcas Prutenicales (eas duntaxat contribuere debebam) quas mihi S. Mtas Regia, ad intercessionem D. vrae Rxmae clement. remisit. Neque hoc me male habuit, quod priusquam lrae Mtis Regiae quae me exactorem Contributionis statuebant, redditae mihi fuissent, iam exactores in dicione mea officium suum exercuerat, sic ea in re a malorum liberatus sum suspicione. Quod conseruationem meam spectat, nollem D. vram Rxmam esse in dubio. Decreui omnimode Deo bene fauente, in Quadragesima futura, suscipere Ordines cum Sacerdotio, ab aliquo suffraganeorum, si forsan ipse conuenire Epm aliquem ob pedis valetudinem non possem, sacerdos a nemine quam a Dne vra Rxma consecrari in Epm velim. Vt qui Epatum mihi contulit, is etiam munus consecrationis mihi impenderet. De his paulopost latius. Is Tidemannus Gise periit se

commendari D. vrae Rxmae, quem contra procuratorem Nicolaum Helsten, et in causa quam habet cum vitrico, quantum equitas expostulat, commendatum esse D. vrae Rxmae rogo. Cui me etiam atque omnia mea ex corde commendo. Ex Castro meo Fridek XXvjta Januarij. Anno dni Mo. Do. XXXiijo.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecanco

Rxme in Christo pater, et Domine, Dne mi Colendissime. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Quum iam Conuentum prope absolutum esse existimo, remitto hunc nuncium Illmi Dni Ottonis Henrici Comitis palatini Rheni cum lris ad S. Mtem Regiam, Quem hucusque detinui, ne citius a Mte Regia expeditus Dnm suum ad Mtem Regiam in Conuentum Petricouiensem adduxisset, scripsit enim mihi Dns Comes palatinus rogando, vt sibi significarem quando Conuentus Regni celebrari deberet, ad quem vel fratrem suum Philippum missurus esset, vel ipsemet in persona venturus. Quantum hinc Mtas Regia habuisset dispendii, presertim quum constans debitum petiture, pro natura et condicione Mtis Regiae, non latet me, ad minus aliquot millibus Ducatis, neutrum illorum a se absoluisset, si in hoc egi contra Mtis Regiae voluntatem non sum indignus venia. Nuncius tamen is vt cum bonis et benignis lris (quae aliqua ex parte diligentiam meam probet) a Mte Regia dimittatur, visum mihi est non inconsultum, multum siquidem Princeps iste Mti Regiae se affectum et addictum declarauit cum nuper essem Ratisbonae (Moram, quod Nuncium tamdiu apud me habuerim, cum Dno Nibschitz

excusaui ad quem etiam erant lrae, quasi in illius et mea à Curia absentia negotium nobis commissum non bene poterit expediri. Debui aliquid Dno Comiti Palatino rogatus, sed plus Mti Regiae.

Scripsi S. Mti Regiae quibus mandatis contra Luteranismum et pro meo conseruando officio, egeam, iussiqz illorum fieri exempla, quae his adiunxi, ex his ea quae peto D. vra Rma intelliget, quae concedi possunt, suscipio/quae non, Mtis Regiae arbitrio relinquo/nisi Mtas Regia sua me hic auctoritate fulciuerit, et in debita apud meos, et vicinos me existimatione conseruauerit, quum ea lues adeo mihi est proxima, actum erit.

Acti sunt a Mte Regia Gdani in exilium mei Consanguinei Jacobus et Adrianus Flint, qui pro Mte Regia superioribus annis contra Moscouitas Militauerant suis impensis, vnde vt non est incognitum D. vrae Rmae, quorundam Gdanensium contraxerant odium, Hij quum nunc malis abusibus, moribus et manifestae Luteranorum iniquitati, quae in Monte Regio impune regnat, infensi, redire in gremium Ecclesiae, quod redeuntibus non clauditur, statuerit, neqz etiam ab eo se longe declinasse asserant, vt pote Idiotae, qui magis Militiae quam religioni fuerant addicti, seqz in fide maiorum et parentum suorum deinceps viuere et mori mihi promiserit, quod illos omnino facturos confido, sicut de his latius etiam Mti Regiae scripsi. Rmam D. vram, vt Dnm et patronum meum Colendissimum maximopere rogo dignetur ad Mtem Regiam intercedere, vt illos bonis suis Gdani restituat, et liberam quam prius ante exilium habuerunt, mansionem concedat. Pro paruis delictis satis diu magnas dederunt paenas, quum pro magnis, hij qui factionis huius fuerant Duces, et Gdani adhuc manent impune, nullas dederint.

Hans

Superiori die scripsi D. vræ Rmæ contra hans Holsten quibus modis impostor ille, viduę relictę olim Casparis Schilling imposuerit, et mandato S. Mtis Regiæ ex Cancellaria D. vræ Rmæ dato aduersatus sit, et q vidua hæc lrãs D. vræ Rmæ quas ad illam dare dignata fuit, mihi legendas miserit, ex quibus singularem gratiam et propensionem erga illam D. vræ Rmæ, liquido intellexi, vnde tanto confidentius adhuc pro illa intercedere ad D. vram Rmam non vereor. Scripsit mihi afflicta hæc vidua, scripserunt et alij quibus Hosten ille debet, et plerique alij boni viri, et quidam Dnorum terrarum Prussiæ, non sine admiratione, et animi dolore. Q nuper rediens ex Petricouia Holsten ille, a Mte Regia obtinuerit, q illum Regia Mtas in tutelam et Clientelam suam susceperit, et ex omnium Jurisdicione cum Ciuitatis Gdanen, tum etiam terrarum Prussiæ liberum fecerit, et q neminem Judicem cognoscere debeat, q ipsam S. Mtem Regiam et eiusdem Commissarios, et q illi liberum sit, quemcunque volet, ex iure suo ad S. Mtem Regiam protrahere, quemadmodum fecit huic afflictæ viduæ, cui ex mandato Regio, et Decreto Scabinorum Gdanensium tenetur facere rationem, qua posthabita, illam in Jus ex Jure suo Ciuili ad Mtem Regiam vocauit, quod insolens facinus apud nos nemo vnquam audiuit prius. Priuilegia habemus, leges habemus, neque deest nobis processus Juris, et noua eius S. Mtis Regiæ Ordinatio. Illis tamen omnibus omissis, et derogatis, homo iste ex Holsaria exoticus, et qui malis artibus et imposturis euenit, et vix vnquam antea S. Mtem Regiam vidit, de illaque nihil bene meritus, debet ista præeminentia et prærogatiua frui, q ex omnium Jurisdicione et ex Judicijs nostris omnibus, per gratiam Regiam, quam pessime meruit, exemptus: Et q ille causam prabere

dignus videatur, qua Jura, Privilegia, et libertates nostræ infringi debeant, Quare permotus, quum persuasum mihi habeam sine scientia, vel saltem consensu D. vræ Rmæ successisse istiusmodi insolitam, homini Impostori et quadruplatori, concessam licentiam, et quod prius D. vra Rma partes huius afflictæ viduæ iuste fouerit, S. Mti Regiæ ex animo et pro debita fide mea, vt minimus Consiliarius scripsi, quo tales insolentias et nouitates, quæ ad nouandas res se protendunt, fieri non permittat. Reuera mi Rme et Colenme Dne nihil inde boni futurum esse potest, his præsertim periculosis temporibus, in quibus vulgus effrenes sumpsit animos, Et quum D. vra Rma pro æquitate causæ, huic afflictæ viduæ benigniter patrocinari dignata est, velit quæso pergere, et illam patrocinio suo apud S. Mtem Regiam, in hac tribulatione non destituere, obtinereque pro illa mandatum Regium, quo isti Holsten serio iubeatur, et sub grauibus pœnis cogatur Decreto Scabinorum satisfacere, hoc est, rationem de perceptis reddere, quemadmodum in libro rationum habetur, cassari cittationem inique, et contra Jura nra factam, contra ipsam viduam, quæ ea in re omni gratitudine vnamecum D. vræ Rmæ respondebit.

Quantum S. Mtis Regiæ lræ contra Alexandrum Sculteti Cancum Varmien profecerint, ex lrarum exemplo Rmi Dni Varmien ad me, D. vra Rma intelliget. In hoc tamen profuerunt, quod adhuc ab illo (quid moliatur nescio) non sentio me molestari, velim etiam, pro gratia sua D. vra Rma me certiorem redderet, quid de Coadiutoria S. Mti Regiæ a Dno Varmien responsum. Ego non male spero, accepit me nuper D. eius Rma in filium Spualem, iniciatura me pro Dnica lætare, Annunciationis, Et Dnica Judica, sacris ordinibus, vt sim prius Miles quam Imperator, Sacerdos prius quam Episcopus, quem me adhuc ex impositione

manuum D. vrae Rmae futurum, Deo bene fauente, confido, etiam si nouo alieno aere me implicare debeam. Dominus prouidebit.

Habui, mi Rme, et Colendme Dne, qdiu absui, quendam Grandicen Lazarum praefectum in Golabia, qui et religione et rebus meis male est abusus, vnde quum hoc in noticiam meam peruenisset, ne videretur idipsum ex meo consensu fecisse, iussi illum Officiali Radomien D. vrae Rmae deferri, a quo vnacum testibus citatus, quid ad articulos propositos responderit, et quid testes contra eum deposuerit ex dictis testium liquet. Miserat mihi eas lras Officialis, quas obsignatas ad D. vram Rmam scripserat, et quum primo intuitu per imprudentiam, ob titulum Rmi easque aperuissem ad D. vram Rmam spectare cognoui, et postquam in eis processum contra Lazarum inesse vidissem ad calcem vsque perlegi, non ratus hanc audentiam meam D. vram egre laturam, habetur ideo hic in castro meo idem Lazarus in Carcere, quidquid D. vra Rma de illo statuerit, aut si volt quod rursus versus Radomia remittatur, fiet, expectoque ea de re D. vrae Rmae responsum, neque prius liberabitur quam illud habeam, homo perfidus et blasphemus in gloriosissimam virginem et Sanctos, praeterea seorsum in diuam Agnem, cuius vitam sanctus Ambrosius non fuit dedignatus scribere, quam hereticus iste Lupam vocauit, vt hic per duos testes contra illam depositum est, non meretur impune dimitti. Quamcunque D. vra Rma de illo sententiam tulerit, habebit exequutionem. De mala administratione et furto illius parum moueor plus me religionis afficit iniuria.

Quae in Liuonia aguntur non puto latere D. vram Rmam, et nisi adeo periculosis principiis obstabitur.

experiemur quem Anguem in sinu fouemus. Et quum mihi
de omnibus libere ad D. vram Rmam scribere liceat.
non possum mihi temperare, quin animi mei sententiam decla:
rem. Quod si ad eum modum sub prætextu religionis
et ea Epatuum ambitione, Marchiones Brandenburgen
Liuoniam totam occupauerit, vix sinent Lithuaniam
esse terminos suos, habent ab alia parte Regem Daniæ
Fredericum, qui etiam se Jus habere dicit in Liuoniam
præsertim in collatione Epatuum, cum illo habetur pa:
ctum contra Liuones Episcopos, vt Vilhelmum omni:
bus modis intruderent, et demum hoc quod reliquum
est, occuparent, et Luteranismo omnia inficerent, quid hinc
futurum, facile coniectura D. vra Rma assequitur.
præcipue si hæc hominum præuaricatorum potentia et
temeritas indies sic fieret auctior, neque S. Mtas Regia
cum filio, imo et Regnum quicquam inde boni sperare potest.
Eps Osilien confirmatus a Sede Aplica viuit, et viuus
ab eo qui non habet differentiam in cibis, et Ecclesiæ
nostre, eiusdemque cęremoniis etiam non clam aduersatur
e' sede eyci debet. Scripsi quidem rogatus pro illo, sed
edoctus Osilien Epm mortuum, et istum Canonice electu,
in quo falsusque sum plurimum. Qua de re D. vra Rma
pro prudentia sua incomparabili dignetur ista apud se reputare
et contra niti quantum potest, ne Eccliæ nostræ Episcopi ab
hominibus malis spiritibus exagitatis, detrudantur. Colligitur
a vicinis meis equitatus et peditatus contra Liuones, qui
recognoscunt Imperium, et procul dubio clamabunt, et suppe:
cias ab Imperio postulabunt. Et quum prius bannu sit
præ foribus, verendum est, maxime isto de causa, quod Status
et Ordines Imperii citius quam prius et bannu in exequtionem
ponent. et fortassis gentes mittent, fieretque sit nouissimus
error peior priori. Hæc profecto nullo affectu, aut animi

passione, sed ex fide mea, et iudicio, qualecunqz hoc in me est, confidenter D. vrae Rmae scribo. Quae peto in bona partem, neqz aliorsum atqz ego sentio, suscipi.

Oppidum Grandnicense, cuius plebanus ad desperatum illum Pomezanien, ducta suae farinae Coniuge, secessit, totum est Luteranismo infectum, et hoc vt ferunt, culpa Capitanei Joannis Sokolowski, qui etiam sicut quidam asserut, ea lue laborauit, vel laborat. Ecclesia et Schola ibidem quae mihi puero prima fuit, et Domus Parrochialis vasta et ruinis obnoxia. Cuperem igitur in debitum Ordinem restituere omnia et rursus pro ista Quadragesima Parrochum illic statuere, quod sine permissione S. Mtis Regiae non licet, quae Ius habet praesentandi. Quod mihi pro hac vice duntaxat peto concedi, quemadmodum et alia mandata, quorum hic adiunxi exempla, saluo iure etc. Quae si sic obtinuero, spero non paucas oues errantes in caulas me reducturum. Ad quod si D. vra Rma adminiculum suum mihi praestiterit, in primis de Deo omnipotente et eius sancta Ecclia bene merebitur, et me in officii mei debito reddet stabiliorem.

Nova in hoc angulo pauca ad me perferuntur: Accepi tamen pauloante ex Brabantia lras, Oratores Regis Daniae Frederici fuisse apud Sermam Reginam Vngariae Maria, illarum terrarum Gubernatricem, quos grate fertur suscepisse et cum illis de libera vtrinqz nauigatione trasegisse, Lubecenses vero durius a se dimisisse, qui minabantur non permissuros Hollandos nauigare. Conclusum etiam Matrimonium inter filiam maiorem natu Regis Christierni Daniae, Captiui, Neptem Caesaris, et Principem Orangiae filium Illtis Dni Comitis de Nassau. Si quid vicissim noui D. vrae Rmae ex Curia Caesaris, et quid de Vngaris

habuerit, ad me cum hoc meo nuncio, et de aliis rebus,
in quibus responsum Dnis vrae Rmae expecto perscribi
iubeat. Dni vrae Rmae vt domino et patrono meo Colenmo
me totum commendo ac dedo: Deumque oro, vt illam mihi
quam diutissime in prospera valetudine, omnisque faelicitatis accessu
conseruet. Ex Castro Lobauien XXIa Februarii
Anno dni M. D. XXXIIII.

Ioannes Dantiscus Eps Culmen.
Sigismundo primo regi Polonie.

Serma Regia Mtas et dne, dne Clementme. Humillimam
perpetuae meae deuocionis commendationem. Defunctus nuper
rediens ad S. Mtem vram tam diuturno legationis munere,
Inter multa alia S. Mti vrae desiderium Illmi Dni Ottonis
Henrici Comitis palatini Rheni, et ea quae mihi S. Mti vrae
referenda, multis precibus iniunxit, retuli, quod his rebus
proprium cum litteris Nuncium missurus esset, praedixi. Sic enim
quum Ratisbonae vna essemus, constituerat. Is Nuncius
ferens lrarum fasciculum obsignatum, et mihi inscriptum,
ex Cracouia ad Conuentum Grandnicensem ad me venit.
Quem hucusque non alia de causa retinui, quam quod ex litteris ad
me Dni Comitis palatini intellexeram, quod ipsemet pro Conuentu
Regni, quem sibi a me describi pecierat, conferre se ad S.
Mtem vram decreuisset, vel fratrem suum mittere, Comitem
palatinum Fredericum. Quod quum mihi non videbatur
futurum ex re S. Mtis vrae, et quod iam fortassis Conuentus
sit solutus, aut fini propinquus, hunc nuncium cum litteris
Dni sui ad S. Mtem vram remisi. Moram autem per
lras Dno Comiti palatino excusaui, quod Dns Nibschitz, ad

quem etiam lras dederat, abesset in Legatione S. Mtis vrae, et q sine eo Nuncius parum efficere potuisset, pp igr, quousq D. Nibschitz rediret, nuncium detinuissem. Hunc S. Mtas vra quaeso benigne lris, pro relatione a me S. Mti vrae facta, expediat, et a se dimittat, quandoquid Princeps ipse, quantum ego certa assequi potui coniectura, S. Mti vrae videtur addictissimus, et qui libenter non solum gratificaretur, verumetiam S. Mti vrae vbi posset, inseruiret in omnibus. Debitum hoc visus mihi est, non tam ex se; q ex aliorum inductione querere. Et hoc pter patruelem suum Ducem Fredericu, quemadmod coram latius S. Mti vrae exposui.

Quum S. Mtas vra, ex diuina voluntate, me indignum et immeritum, in hunc statum collocare dignata est, conuenit etiam vt S. Mtas vra me in eo manuteneat, et tueatur, his praesertim periculosis temporibus, et inter eos vicinos, quibus septus sum, pp auctoritate sua contra quosdam rebelles meos me fulciat, qui apostatas Monachos, et damnatae sectae professores publice apud se alunt et fouent, de quibus Rmo Dno meo Episcopo Cracouien scripsi latius. Supplico igitur humillime S. Mti vrae, velit clementer annuere, vt quaedam S. Mtis vrae mandata, quibus meos in ordine et officio retinere possim, mihi mitterentur. Nra haec Prussia pestilente hac lue non parum est infecta. S. Mtas vra quosdam ramos amputauit, illesa radice, ex qua innumeri alij pullulant. vtinam aliquando istius Tragediae videamus finem.

Alia non restant, q p me humillime S. Mti vrae Dno meo Clementmo commendo, Deumq omnipotentem precor, vt eandem S. Mtem vram, nobis et sanctae suae Ecclesiae totiq Reipublicae Christianae q diutissime sospitem et faelicissimam conseruet. Dat Ex Castro Lubauien XXija Februarij Anno dni M° D° XXXij°.

Meminit, vt reor, S. M^tas V^ra Consanguineorum meorũ qui superioribus annis mari contra hostes Moschos S. M^tis V^rae suis impensis, et proprio marte militabant, et quaedam bona Gdanensium, qui cum Moscouitis habuerunt commerciũ, in ipsorum hostium nauibus reperta, acceperunt, quae etiam illis per sententiam S. M^tis V^rae Vilnae fuerunt adiudicata, vnde non in paruum Gdanensium inciderant odium, suntq[ue] duo fratres, nomina illorum Jacobus et Adrianus Flint. Nouissime quum S. M^tas V^ra Gdani fuerat, odium hoc in illos nondum erat extinctum, deferebantur itaq[ue] S. M^ti V^rae Jacobus vt auctor factionis, a plebe in Consulatum coactus, Adrianus, quasi parua sua naui, existente S. M^te V^ra Gdani magnum militum numerũ inuehere statuisset. quae ei igitur ab his, quorum prius bona in nauibus hostiũ S. M^tis V^rae ceperat, fuit ablata, et quum nihil tale contra illum et fratrem probari potuisset, mulctatus fuit cum fratre exilio, quod iam tot annis non satis merito pertulerunt. manentibus impune Gdani Conrado de Suchten, Joanne Schachtman, Joanne Pelken, pictore Michaele, et pluribusq[ue] aliis, qui quantumuis dissimulent, virus tamen suum, quin spargant, tergere non possunt. Manet et Ecclesiastes Thorunensium Georgius Czymmerman sine poena, manent et alibi alij, et viuunt, qui istius sedicionis et pestis fuerũt exordium, et qui non solum non resipiscunt, immo acerrimi errorum suorum et damnatę huius haeresis sunt antesignani et propugnatores, fex plebis passa est, et hij qui plebem ad tumultũ extimulauerant primipili triumphant, liberũ praeterea est omnibus Gdanum ingredi, morari, commercia publice habere, qui ductis Lupabus, fuerant Monachi, vel qui ex Monachis facti sunt Carnifices, quorum nuper vnus Gdani crudele hoc officium exercuit. Nemo non admittitur ex Monteregio, et ex aliis Germaniae infectis

Ciuitatibus, qui libere Gdani Ciues facti, vel etiam hospi:
tes, commorantur, et quàmdiu libitum est, negociantur,
Soli hij duo Consanguinei mei, cum Ecclia vra sencientes,
nedum resipiscentes, et quos ipse examinaui, et bonos Chri:
stianos repexi, perpetuo coguntur exulare, ob hoc potissimu
odium contractum, q suo ære fideliter S. Mti vræ contra
Moschouitas militauerint, hij profecto quum nihil aliud q
puri idiotæ et milites sint maritimi, nullum fecerunt, vel
facere possunt in Musica periculum, multo minus in relligioe.
Qua de re S. Mti vræ humillime supplico, dignetur iam
satis punitos tanti temporis exilio, in gratiam suam rursus
recipere, et eam illis, quam prius in Ciuitate Gdanen habue:
rant, dare, et clementer concedere morandi, et negocia sua
exercendi, libertatem. Quod ego vna cum illis pro modulo
exiguitatis meæ, perpetuo mereri studebimus.

Misi paulo ante ad exigendam Contributionem ab Ecclesia:
sticis, et Spiritualibus meis, et parum admodum inuenio
quod ab illis haberi possit, Capitulum meum in quo sunt
quatuor Canonici, de bonis suis Quadraginta et aliquot mar:
cas Prutenicales contribuerunt. Alij conqueruntur propter
istorum temporum difficultatem, miseruntque ad me rogantes,
vt pro eis ad S. Mtem vram intercederem, quo illis hoc
exiguum quod dare debent: S. Mtas vra clementer remit:
teret. Deum pro longeua incolumitate, et fœlicissimoru
successuum incremento S. Mtis vræ perpetuo oraturi.

Quum S. Mtas vra, nullis meis meritis, ex diuina volun:
tate, et singulari sua gratia, me eum esse voluit, qui
consilijs et Judicijs terrarum et Ciuitatum Prussiæ, cum
alijs præesse debeam, idque summopere curare vt Reipub:
S. Mtis vræ, eiusque commodo et tranquillitati, non desim,

maxime ad me spectat id omne in noticiam S. Mtis vrae dedu:
cere per quod quies publica posset turbari, et fortassis noui quid
tumultus excitari, vnde facturus operepreciu et pro fide mea
S. Mti vrae humillime supplico, dignetur ea audire clementer
legi, et in animu admittere, quae sequuntur. Quidam Hans
Holsten ex Holsatia Ciuis Gdanen, qui malis artibus, vt certo
doceri potest, non pauca in Ciuitate S. Mtis vrae Gdanensi,
est assequutus, et plerisq, quemadmodum talium hominu mos
est, cum suo profectu imposuit, nuper contra Priuilegia, iura,
et municipales constitutiones Terrarum et Ciuitatum Prussiae
a S. Mte vra exemptionem obtinuit, de stando iuri, et parendo
legibus, constitutionibus, et plebescitis Ciuitatis Gdanen, quare
a nemine quam a S. Mte vra, aut Commissarius S. Mtis vrae
iudicari debeat, et causa indicta partis, et quum non constet
de vi aut grauamine, nullaq intercesserit legittima appellatio.
exlex factus est, quod hic apud nos insolens est, et prius vix
auditum, Illeq de hac exemptione, et exlegi libertate Gdani
cum eorum, qui legibus à S. Mte vra praefecti sunt non paruo
contemptu, et dolore, publice exultat, et quibusdam insultat etia.
Nemo vnq Ciuis fuit Gdani, cui talis fuisset immunitas,
vel potius licentia concessa, vt agens, et viuens Gdani,
habensq cum omnibus commercia, non deberet quacunq
de re in Ius vocatus respondere, et quemadmodu alij Ciues,
stare et parere Iuri. Statuit etiam, quum nouissime S. Mtas
vra in processu Iuris nri, et quod ea de re Consiliarij S.
Mtis vrae terrarum et Ciuitatum Prussiae, bis in anno deberet
conuenire, et publica celebrare Iudicia, praesertim in causis
quae per viam appellationis ex terris et Ciuitatibus ad
eos deuoluuntur. Iste Holsten nulla in re hunc processu
a S. Mte vra ordinatu seruauit, et tam ingentem praero:
gatiuam, quae magnis de causis et meritis dari solet, quum
nihil tale homo exoticus meritus sit, nactus est. Q mlti

non sine admiratione, et passione animi conqueruntur. Et ut ingenue fatear, neque mihi ob id, et pro fide mea qua S. Mti vrae devinctus sum, ab affectu temperare possum, quum videam quantum mali ex istiusmodi Indulgentiis oriri possit. In primis hoc fit, quasi nobis S. Mtis vrae Consiliariis, et illis quos S. Mtas vra legibus praefecit, non credatur, et quod huiusmoi exleges ab omnium Juridica impeticione sint immunes. Si quispiam pauper Civis, vel Nobilis, cui fortassis ipse Holsten, etiam in paruo, quod pauperi magnum est, soluendo esse reluctatur, semper ad S. Mtem vram pro Comissione et Commissariis confugere debeat, cogetur causas suas et debitum ob impensae defectum relinquere. Qua de re conscientia et fide mea ductus, S. Mti vrae fidelissime consulo, et humillime supplico, dignetur nos S. Mtis vrae fidos subditos in terris et Ciuitatibus suis Prussiae clementer in Privilegiis et Juribus nostris, quorum nuper processum nobis ordinauit, manutenere et conseruare, et hoc fidissimum sinceri animi mei consilium gratia sua boni consulere, et deinceps non permittere, ut huiusmodi impostorum technae S. Mtis vrae subditis, et eorundem Juribus officiant.

Joannes Dantiscus eps Culmen
Bone regine Polonie.

Serma Reginalis Mtas, Dna et Dna mea Clementma. Humillimam seruitiorum meorum commendationem. Accepi superiori die S. Mtis vrae gratiae in me plenas lras, quibus mihi post mortem Valdesij mei, Statum Caesareae

Mtis Curiæ descripsit. Accidit hoc quod rebar futurum. Dnm Commendatorem maiorem Couos Officia Regni Neapolitani ad se recepturum. Ipse etiam Marchionem de villa Franca fecit Vice: regem. Non frustra igitur consului, quod S. Mtas vra modis quibus posset amicitiam illius ambiret, quum Cæsar nihil ei non tribuat et credat. De dno Cornelio metuebam id quod euenit, nullumque scilicet officium post Valdesium illi successurum, et hoc propter Dnm Couos qui suis Hispanis plus æquo affectus est, affectus etiam non male, tum quum apud illos agerem, rebus S. Mtis vræ, quibus vt omnia fœlicissime eueniant, summopere desidero.

S. Mti vræ quas possum immortales habeo gratias, quod adeo clementer lris meis responderi iubet semper, meumque expostulat de iniuria Nunciorum meorum, quod S. Mtem vram non reddunt certiorem, quando absoluti a Curia ad me reuertuntur. At hoc non nisi ex singulari erga me gratia S. Mtis vræ, quam tantam meruisse mihi non videor procedit. Vtinam illam et mereri, et auctiorem mihi indies facere possim, conatus quidem ad id mei nunquam mihi deerunt.

Habeo item quas tenuitas mea potest S. Mti vræ gratias immensas, pro ea ad fortunas meas S. Mtis vræ propensione, qua effecit, vt ad Vrbem contra aduersarium meum a S. Mte Regia scriberetur. Pauloante Rmus Dns Varmien mihi significauit, se contra eundem a S. Mte Regia accepisse lras, illum vero Privilegio Pontificis se ex Jurisdicione eius traxisse, et quod ob id nihil contra illum statuere posset. Nescio quid non Romana hæc Curia faciat, aut præsumat Deus aliquando mei misertus viderit.

Non vulgariter mihi gratum fuit, quod Soleæ, ille S. Mti vræ placuerint, vtinam aliquid mihi esset istiusmodi quo sedulo gratiam S. Mtis vræ promererj possem. Cui me humillime

commendo. Christus Dns noster in longeva prospera vale:
tudine, et omnium felicissimorum successuum augmento, eand
S. Mtem vram quam diutissime conseruet. Ex Castro Lubavien
XXij a Februarij Anno dni Mo. Do. XXXiijo

Joannes Dantiscus Eps Culmen.
Bone regine Polonie.

Sermā Reginalis Mtas, et dna. Dna mea clementma.
Humillimam orationum et seruitiorum meorum commendationem.
Ex lris S. Mtis vre XXij Februarij Crac dat. intellexi
quod indignis modis cum Monteserico et eius Priuilegio per Collaterale
Consilium S. Mtas vra tractetur. quod profecto non mediocriter
turbauit animum meum, deditque mihi iustissimam scribendi ad
Curiam Caesaris causam. Nouit iampridem multis argumentis et
experientia S. Mtas vra istorum ibi malorum hominum instituta.
Quod tamen vt spero, illis non succedet.

Quod Magcus D. Cornelius S. Mti vre de quodam Gotsalco
Erici scripsit, qui in eius absentia res S. Mtis vre curandas
suscepit, minime reuera fuit necessarium vt remissio ad Vice:
Regem Neapolim fieret. Caeterum ipsum Dnm Gotsalcum
eandem remissionem nequaquam impedire potuisse arbitror quando:
quidem sic apud Caesarem vsu receptum est, vt antequam aliquid
quacunque in re decernat, primum remissionibus vtitur, quod per
tot annos in Seruicio S. Mtis vre non sine magnis curis
et laboribus expertus sum. / De Dno tamen Gotsalco
hoc S. Mti vre do testimonium illum et virum bonum, eru:
ditum, et in rebus gerendis industrium, ac diligentem esse,

summeque mihi placet quod Dns Cornelius in sui absentia, opera illius vtitur.

Huc applicui XXij huius, et XXiij, Dnica Laetare Subdiaco:natus, heri in festo annunciationis gloriosissime virginis Diaco:natus ordinem a Rmo dno Varmien suscepi, sabbato futuro Deo propicio, sacerdotij onus suscepturus, vt prius sim miles quam Imperator, prius Sacerdos quam Epus. Deum omnipotentem pro S. Regie et vrae Reginalis Mtis, earundemque Serenissimorum liberorum longeva incolumitate, et faelicitate perpetua, indignus sacerdos, oraturus.

Heri item lras S. Mtis vrae 8. huius Crac Dat accepi, quibus iterum singularem suam erga me gratiam declarat. in eo quod me sentit in sylvis et ferarum latibulis agere, sentenciam et mentem S. Mtis vrae optime teneo, velimque tante mihi essent facultates, vt commode coram S. Mti vrae inseruire possem, cogor itaque in his meis latibulis delitescere, in quibus ex gratia Dei et S. Mtis vrae victum et amictum, et vltra ea quae necessaria sunt nihil habeo supernacaneum, et sum deo gratia bene contentus. Q si aliquando pro gloria Dei, et ex clementi opera S. Mtis vrae accesserit mihi quicquam pinguius, quo S. Mti vrae commodius seruire possim, non recurtabor.

Quod reliquum est, me in gratiam S. Mtis vrae humillime commendo. Christus Dns in eandem S. Mtem vram quam diutissime sospitem et faelicissimam conseruet. Ex Heilsbergo. XXvj Marcij Anno dni M°. D°. XXXiij.

Joannes Dantiscus Eps Culmen
Sigismundo primo regi Polonie.

S Er^ma Regia M^tas Dne, et Dne Clement^me.
Humillimam perpetuae meae servitutis et orationum commendatioe
Accepi hic plenas in me gratiae S. M^tis vrae lras, et mandata,
quibus illam, in contumelia mihi a Grandnicensibus illata,
liquido mihi declarat, habeo igitur quas tenuitas mea pot
S. M^ti vrae immortales gratias. Caeterum quum hij qui
in me deliquerit veniam a me petierit, nequaq illam eis,
pro paterno et pastorali meo officio, negare potui. Et spero
q obsequentiores hinc, Ecclie et mihi filij futuri sint,
q prius fuerit, / homines sumus.

Quae in hoc Conventu egerimus, S. M^tas vra ex lris ad:
iunctis fidelium subditoru suorum intelliget Ego quidem
quod potui, praestiti: Et in decursum septem mensium, ter,
non sine gravibus expensis, Conventibus harum S. M^tis
vrae terrarum interfui. Quod certe in hoc possessionis meae
principio non potuit mihi non esse durissimum, quum adhuc
in servicio S. M^tis vrae debita contracta restant non pauca
soluenda, venit etiam res familiaris sustinenda, vnde coactus,
verecunde tamen a S. M^te vra mendicare adigor, Idq
quod peto, non admodum est magnum, et sine magno suo
detrimento, idipsum S. M^tas vra Sacellano et servo suo
praestare potest. Depositae sunt apud me Centum et Qua:
draginta Marcae Prutenicales leues, quae exactae sunt
a pauperibus meis Eccliasticis, ratione Contributionis

proximę. Et quum istiusmodi pecuniae sacrae sunt, et fortassis precium sanguinis. S. M^tis vrae Thesauro in tam paruo numero non satis aptè conueniunt: Qua de re S. M^ti vrae humillime supplico, dignetur sacra sacris relinquere, et me istis peccuniis in hac mea egestate subleuare, quae non parum mihi sunt profuturae, et in illis parum admodum S. M^ti vrae decedet. quod ego promereri nequeo, Deus omnipotens S. M^ti vrae abunde rependet.

Mortuus est in Castro Marienburgen. Sacerdos quidam intestatus, cuius bona omni Iure ad loci ordinarium deuoluuntur, D^s. Thesaurarius S. M^tis vrae bona illa retinet, allegans militarem consuetudinem, quod bona illorum qui intestati moriuntur in Castro, cedere soleant castro, quę quidem consuetudo iuribus Ecclesiasticis non debet nec potest derogare. Quapropt causam hanc in decisionem, et voluntatis S. M^tis vrae sententiam humillime reiecimus, supplico igitur cum primis nos ex eo dubio resoluere pro sua in omnes incomparabili aequitate dignetur.

Alia non restant, quam quod me humillime S. M^ti vrae, Dno meo clement^mo commendo. Christus dns noster eandem quam diutissime in optima valetudine, et omnium rerum faelicissimo successu conseruet. Ex Mariemburgo XVij Maj M.D.XXXiij

Joannes Dantiscus eps Culmen.
Bone regine Polonie.

Ser^ma Reginalis M^tas et Dna, dna mihi Clement^ma. Humillimam seruitiorum et orationum mearum commendatioz. Reddidit mihi Nobilis Fabianus Voijanorski S. M^tis vrae lras, meque gratiae S. M^tis vrae salutatione fecit participem,

pro qua S. Mti vrae, quantum humillimus seruus et Capel:
lanus S. Mtis vrae potest, suppliciter gratias habeo, meq
offero (quod etiam reipsa praestiti semper) si quocunq in
casu S. Mti vrae vnq cum vita et facultatibus meis
inseruire potuero, me futurum perpetuo obsequentissimum
et deuictissimum.

Ex hoc Orbis angulo in quo versamur multa noua S.
Mti vrae scribi nequeunt. iturus sum recta hac hora Gda:
num in patriam meam quam a xiij annis non vidi si
quid ibidem offendero, ex nauibus quae hoc tempore omni
ex parte confluunt, quod gratum oculis S. Mtis vrae futu:
rum cognouero, curabo vt quamprimum ad S. Mtem vram per:
feratur.

Quod reliquum est, me gratiae S. Mtis vrae humillime vna:
cum Dno Melchiore Glanbicz Aduocato Castri Marien:
burgen commendo, cui vt gratia sua apud S. Mtem
Regiam adsit in his quae pro meritis suis petit, suppliciter
rogo Christus Dns noster S. Mtem vram quamdiutissime
sospitet et prosperet in omnibus Ex Marienburgo
xvij Maj M°. D°. xxxiij°

Joannes Dantiscus Cps Culmen.
Petro Tomicio Cpo Cracc. Vicecancell.°

Rxme in Christo pater et dne, Dne mi Colenme
obsequiorum meorum, et meipsius plurimam commendatione
Accepi hic a D. vra Rxma binas, vnas vltima Aprilis
alias quinta istius datas, priores, quae mihi aduersam
D. vrae Rxmae aegritudinem significabant, me totum

in animo consternatum effecerut, nouissime nonnihil me mihi restituerunt, quod D. vra Rma meliuscule se habere scribit. Deum omnipotentem quantum humana mea potest tenuitas, enixissime rogo, vt D. vram Rmam quam diutissime sospitem nobis conseruet, vtque D. vra Rma salutem suam curet accuratius, oro atque obtestor, relicta illa graui, qua semper premitur, solicitudinum Regni sarcina. In ea qua nunc est, D. vra Rma ætate, nihil est quiete, et animi tranquillitate D. vræ Rmæ commodius, quam vt omnibus modis sibi querat ac complectatur, iterum atque iterum rogo, non tam ratione suipsius, quam suorum omnium habita ratione, inter quos ego, licet minimus, nunquam tamen Deum omnipotentem pro longeua incolumitate D. vræ Rmæ humillimis præcibus meis flagitare desino.

Quæ hic in hoc Conuentu egimus, sic habent. Quum ferè maior et potior Consiliariorum pars hic non adesset, iuridice negocium Dni Palatini Marienburgen, et Dni Michaelis Szelslawski transigere non videbatur nobis conuenire, quandoquidem quatuor duntaxat harum terrarum et Ciuitatum Ordines, ad eam tam grauem, et diu turbatam causam discernendam Judices aderamus: Ne tamen partes diutius mutuo se molestarent, iunxi mihi Dnum Palatinum Pomeraniæ, et intra decursum quatuor horarum omnem illam controuersiam, quæ tot annis discuti non potuit, amicabili compositione de consensu partium, finiuimus, omnesque actiones in ea perpetuo silentio deposuimus: Et in veterem amicitiam partes ipsas, Deo gratia, redegimus. Fuerunt et aliæ causæ, in quibus magis friuole, quam iuste est appellatum, quæ, vt reor, remittentur. Quod si omnes Status hic fuissent, non pauca adhuc cum in rem S. Mtis Regiæ, tum etiam nostram egissemus.

In Conuentibus nostris, licet conqueri non debeam, nescio

quem seruamus ordinem, veniunt qui volunt, et quum venerit quidam quando illis in mentem venerit abeunt. Ego in his tribus peractis Conuentibus, quos intra septem menses celebrauimus, fui primus et vltimus, non sine magnis meis impensis, quae paucis prouentibus non respondent, nihilominus mandatis et seruicio S. Regiae M^tis deesse nolui, sicque me gessi, quemadmodum fidei, obedientiae, atque solitae meae in rebus Regiis diligentiae bene conueniebat, conueniebat tamen non admodum loculis meis, ex quibus et aes alienum dissoluere, cuius adhuc non parua restat summa, et rem familiarem sustinere cogor, vnde quod vt mihi insitum est, verecunde a S. M^te Regia subsidium paruum ope D. vrae R^mae petere statui, Deposita est apud me collecta pecunia ex Contributione Ecclesiasticorum meorum, centum quadraginta marcae Prutenicales leues, Et quum talis pecunia sacra est, et non licet illam mitti in Corbonam, D^m vrae R^mae supplico, dignetur pro me ad S. M^tem Regiam intercedere quo istiusmodi centum quadraginta marcae a Sacerdotibus collectae, apud Episcopum tam breui tempore tot expensis attritum, remaneant. R^mus D. Varmien qui me longe prouentibus et iampridem congestis et accumulatis pecuniis superat, semel duntaxat in his septem mensibus Conuentui nostro interfuit. Ego profecto hanc pecuniolam non peterem, nisi summa me adigeret necessitas, hanc si impetrauero, non parum inopiae meae subuenietur, sin vero, cogar deinceps aliquandiu abstinere a Conuentibus, primus hic annus non potest mihi esse non difficilis, cuius prouentus pro maiori parte cedunt creditoribus. Qua de re D. vrae R^mae supplico velit, vt consueuit semper, non grauate apud S. M^tem Regiam intercessione sua votis meis adesse.

R^mus D. Varmien hic non fuit, vnde in negociis Ecclesiae

per amicos cum eo tractari non potuit, fuit tamen hic quadam in causa Commissarius Dns Tidemmanus Gise, cum quo tentatu est, si in eam conditionem, vt mihi foederat, induci posset, veru illi ambitione iam caeco nihil persuaderi potuit, adeo induratu est Cor eius, vt totus iam quasi spiret idipsum quod etiam non occulte ambit,/ sunt quidam ex Collegio eius Canci quibus cum non admodu conuenit, qui iureiurando mihi asseruerunt, illu maiorem fere Canonicorum partem induxisse, qp promiserit, et quasi coniurauerit se post Dni Varmien mortem non alium, q ipsum, Epm habituros, quod tamen non placet omnibus, vnde et quaedam factionis pars pro me reseruatur. qua in re, si Deus pro nobis, mihipsi non deero, Dixerunt item mihi, Rmum Dnm Varmien et illos nihil vereri magis, q ne S. Mtas Regia. a Rmo Varmien et illis postulet. vt in me consentiant, quod Mti Regiae negare non possent, illosq hoc, quantum modis valeant omnibus, in Curia Mtis Regiae largitionibus impedituros: quod pro summa D. vrae Rmae prudentia, et singulari in me D.nis vrae Rmae beniuolentia non puto successurum. Amici praeterea mei, de quibus scripsi in nouissimis, post paucos dies se ad Dnm Rmum conferent, et iterum tractabunt, si quo pacto illum in me affectiorem reddere possent, et a concepta opinione abducere. Fiat in omnibus Dei voluntas, qui conceptam illam erga me D.nis vrae Rmae gratiam et beniuolentiam indies augeat, tum omnia prospera euentura spero.

Erant hic quaedam inter nos simultates ob causam illam Dni Michaelis Szelislawski iam compositam, cum qua maior istius: modi factionis pars sopita est. et si quid reliquum est, quoad eius a me fieri potest, sopietur: et sic commodis Mtis Regiae et Reipublicae nrae melius inseruietur, ad quod omnem qua possum sedulo impensurus sum operam. Restat, qp in Castro Marienburgen his diebus quidam sacerdos mortuus est inte:

status, cuius bona relicta mihi vt loci Ordinario omni Iure cedunt. Ea tamen Dns Costha Castri et terrarum Prussiae Thesaurarius retinet, et vsurpat, allegans nescio quam militarem consuetudinem, quae iuribus nris praeiudicare non potest, quod omnes qui in Castro moriuntur intestati, bona ad Castri praefectos deuolui debeant, vnde D. Thesaurarius et ego, ne ob id inter nos contentio noua oriatur, causam hanc in cognitionem S. Mtis Regiae reiecimus, quo et in posterum scire possemus, quomodo in simili casu agendum: Proinde D. vram Rmam impense rogo, velit causam hanc pro iuris aequitate sic apud S. Mtem Regiam tueri ne institutis Ecclesiasticis quicquam derogetur, Nosque quamprimum in his de mente Mtis R. certiores reddere.

Cum Capitaneo, et Oppidanis Grandnicensibus qui veniam delictorum suorum petierunt, redij in gratiam, habeoque quas possum D. vrae Rmae gratias, pro ea propensione erga me et beniuolentia, quam eo in casu mihi ostendit. Vtinam referre et mereri possem.

Alia ad praesens, accinctus itinerj Gdanum versus, non restat, quam quod me et Dnm Melchiorem Glanbicz Aduocatum Mariemburgen. in gratiam D. vrae Rmae summopere commendo. Et rogo plurimum si ratione Monetae S. Mtas Regia quempiam mittere huc statuerit, efficiat vt frater meus Dns Nibschicz mittatur: potest enim ipse apud Ill. Dnm Ducem in Prussia multa, opera itaque illius in multis nobis prodesse poterit: si quid D. vra Rma rescribere dignabitur: Dns Nibschicz curabit, vt ad me perferantur. Ex Castro Mariemburgo. xvij Maj Anno dni M°. D°. XXXiiij°.

Ioannes dantiscus Epus Culmensis
Bone Regine Polonie

Ser^ma^ Reginalis M^tas^ et domina, D~na mea clement^ma^
Humillimam seruiciorum et orationum mearum commendatioz
Scripsi nouissime ex Mariemburgo S. M^ti^ vrae, me Gdanu
profecturum, vt si quid, inter alia, non ingratum oculis S.
M^tis^ vrae ibidem in nauibus externis inuenirem, idipsum S.
M^ti^ vrae transmitterem: sed testis mihi erit Aulicus S. M^tis^
vrae Nobilis Fabianus Voianowski, qui tum apud me fuit,
nihil istiusmodi aduectum, ob clausum per Lubecens. iter,
qui, vt sunt nunc acephali et in tumultu, infestam hanc marib
nostri oram vndiqz reddiderunt, daturi, vt spero, aliquando
penas.

Rediens ex Gdano ad Castrum Starigrod accepi infaustu
Nuncium Oppidum meum potissimu Lubawien funditub con:
crematu, et in cineres solo equatum, In eo igne amisi quatuor
domus meas, horea cum non paucis frumentis, et vt vocamub,
Braseatorium, quemadmodu ipse Fabianub coram latius referet
et nisi, Deo prohibente ignem, Turris in qua magna vis pul:
ueris incendiarij seruabatur ab igne fuisset defensa, actu
fuisset de toto Castro. Ante duos annos oppidulum meu
Colmese, in quo est Ecclia mea Cathedralis, conflagratum
fuit etiam penitub, sic afflictub, et a Deo ob peccata miser
homuntio castigatus, quo sim in mærore, facilis est coniectura,
Deo sit honor, laus, et gloria, qui adhuc morti non tradidit
me, verum per misericordiam suam me bene sperare iubet,
daturub aliquando post nebula, lucem, illiub diuinæ volun^ti^
me totum commisi.

Quae alias mecum aguntur, et quae humillime cum a S.te vra Reginali, tum etiam a Regia M.te peto, commisi huic S. M.tis vrae Aulico, qui vnamecu, et diu satis, et fideliter in omnibus S. M.ti vrae seruiuit referenda. Supplico igitur S. M.ti vrae Dominae meae clementissimae, dignetur illum meo nomine clementer audire et exaudire, illiq; in his quae a me accepit S. M.ti vrae exponenda, plenam dare fidem, sicq; se gratia sua erga me exhibere, quemadmodum benignitati, et innatę clementiae S. M.tis vrae bene conuenit, et necessitas atq; afflictio mea exposcit. Quod cum vita, et facultatibus meis, quales quales illę futurae sunt, quamdiu sum fidelissime et diligentissime perpetuo promereri studebo. Meq; sic miserum et afflictum Capellanum suum, vnacum hoc fideli seruitore suo Fabiano, et apud se, et apud S. M.tem Regiam commendatum habere dignetur. Christus dns noster eandem S. M.tem vram quamdiutissime sospitet et prosperet in omnibus. Ex Castro Lubawien prima July Anno dni M.o D.o XXXIII.o

Ioannes dantiscus, Epus Culmensis
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.o

Rme in Chro pater et dne, dne mi Colendissime. Obsequiorum meorum et meipsius ex corde commendationem. Applicauit huc pridie postquam oppidum meum quod mihi fuit potissimum Lubawia, exustum fuerat, singularissimus frater meus Dns Nibschicz, qui me in hoc moerore de mente et solita D. vrae Rmae erga me propensione et beniuolentia certiore abunde reddidit, atq; etiam non parum exhilarauit. Habeo quas possum inops et afflictus Sacrificulus D. vrae Rmae

gratias, q mei adeo benignam curam, et accessionib meę,
habet rationem, quæ me mihi, in his meis calamitatibus, totum
restituit. Non desum, neq mihipsi hactenus apud istos hic
nostros Dnos et Ciuitates defui, vt si sic se offerret in re
Varmien occasio, quo potiorib partis assequar fauorem, et iam
non pauci, vbi sors se obtulerit, commendaticias suas ad S.
Mtem Regiam mihi promiserunt, sunt etiam apud Ecclesiam Var:
mien aliquot qui partes meas tuebuntur, et si Dni Kijorski
et vt spero, Doctoris Joannis Benedicti votum habuero, futurus
sum aduersariis meis superior./ De Dno Kijorski per mediu
D. vræ Rmæ non ambigo, si res ad legittimam electionem
deuenerit, et ego bono calamo in album illorum quatuor in:
scriptus fuero, potens est Deus, qui id quod reliquum est,
perficiet,/ illius fiat voluntas. Et q̄uis compertum habeam
q aduersarii mei, qui firmissime inter se conspirauerunt, rem
multis et magnis largitionibus sunt aggressuri, confido tamen
in gratiam Dei imprimis et in benignitatem ac æquitatem
S. Mtis Regiæ, atq in singularem D. vræ Rmæ erga
me beniuolentiam, q istiusmodi, hoc præsertim tempore, poten:
tes machinæ obesse mihi non poterunt.| Verum etiam est, et sic
esse liquido deprehendi, quemadmodum D. vra Rma per
Dnm Nibschicz mihi significauit, non omnes hic mihi amicos
esse, qui eo nomine ad me se ingerunt,/ eos vt possum arte
tracto, Et si fortassis falsus sum, eos illos esse, quos pauloan
D. vræ Rmæ descripsi, cum Rmo Dno Varmien in
rem meam Mariemburgi in Conuentu nouissime præterito
tractandi prouinciam susceperant, quo tum de industria
Dns Varmien non venerat: summopere rogo D. vra Rma
pro veteri sua in me gratia dignetur mihi declarare qui
sunt, vt et ab illis cauere et consilia mea tutius firmare
possim, quandoquidem scio aduersarios meos suis technis omni
ex parte per varios cuniculos suffodere, et tentare Aulam nram.

Ea quæ D. vra Rma Dno Nibschicz nomine Rtis R.
mihi iniungenda commisit, spectantia Ducem Fridericum
Comitempalatinum Rheni, satis clare intellexi. Scripsi igitur
ipsi Dno Duci commodam nactus ansam, sicut ex adiuncto
his exemplo videbitur, fecique meis impensis ordinem per
dnos fuggaros, quod tuto lræ meę perferentur, et referetur
responsum. Nihil me turbauit quod S. Mtas R. has Centum
quadraginta marcas Prutenicales, quæ faciunt 70. Flor.
quas ab Ecclesiasticis collegi, mihi negauerit, plus me afficit
quod D. vra Rma pro me in re tam exili repulsam acceperit,
et quod ego ad intercedendum pro me D. vram Rmam indu:
xerim, qua de re D. vram Rmam impense rogo, velit
hoc mihi remittere delictum, adegerat me necessitas egestate
iuncta, quæ ad præsens in ea afflictione qua Deus me
peccatorem maximum igne iam bis in conflagratione oppidi
Colmese ante duos annos, et nunc in ista castigauit, longe
mihi grauior est, quam prius vnquam. Non tamen spem meam
de Deo conceptam deposui, potens enim est melioribus bo:
nis ablata ista recompensare, Magna Dei misericordia
et miraculo Castrum hoc meum propinquum Ecclesiæ vnde
ignis imprudentia Custodis in Octaua Corporis Christi
sub mediam noctem exarsit, et Oppidum totum vnacum prę:
torio in cineres vertit, illesum mansit, quod si Turrim, quæ erat
proxima Ecclesiæ, qua magna puluerum boardorum vis et
copia continetur, attigisset, actum fuisset de Castro, et Mo:
nasterio extra Oppidum ac de prædiis circumquaque omnibus.
Amisi præter prouentus quatuor domos in Oppido proprias.
balneum Oppidi, Braseatorium meum cum horreis et stabu:
lis, et frumentis in illis pluximis. Deo gratia, qui dedit.
et non immerito abstulit, sit nomen Dni benedictum, excepto
Oppido Mariemburgo nullum erat hoc meo in tota Prussia
habitatius et ditius, et nunc præter muros nihil in eo est

reliquum, plane Area esse videtur. Non me tantum mouit damnum quod ego non paruum accepi, quantum miserorum Ciuium, qui nunc in horreis et praediis, et sub tegminibus frumentorum Brogis, atque etiam in ipso ante Oppidum claustro quo homines correpti et insani seruabantur, non sine comiseratioe pretereuntium, commorantur. Hinc facilis est coniectura, quibus hic sim in deliciis, pauloante hoc incendium fueram Gdani, et quum ad Castrum meum, quod vocant antiquum Starigrod peruenissem, accepi triste hoc nuncium. Deogratia.

Et ne in his meis calamitatibus describendis D. vrae Rmae sim molestior, finem faciam, ab hac tamen additione temperare mihi non possum. Quod nihil me peius habet quam quod eo damno praeuentus, non possim his pecuniolis quas Gdani in mutuum accepi, Consecrationi meae intendere, ad cuius absolutionem hoc anno omnino, vel apud D. vram Rmam, vel apud Rm Dnm Plocen qui mihi cum Suffraganeis propinquior est, ~~non~~ me paraueram. Idipsum non sine meo magno dolore, ad praesens praestare nequaquam possum, impendendum enim est Braseatorio et aliis structuris, sine quibus Castrum hoc subsistere et Oppidum cum Ecclia rursus restaurari non potest. Quapropt D. vram Rmam patronum et Dominum meum benignissimu et colendissimum maximopere rogo, et obtestor, velit me et apud S. Mtem Regiam, et apud Prelatos nostros excusare, quod adhuc per breue, vt spero, tempus, consecrationem hanc meam cogor differre. Deum meum innoco testem, quod inuitus in hac mora sum. Cum his calamitatibus et angustiis me Dni vrae Rmae humiliter commendo, et rogo curam mei et rationem, quemadmodum coepit, habere non desinat. Christus Dns noster D. vram Rmam quam diutissime sospitet et prosperet in omnibus. Ex Castro Lubauien XVij Julij Mo. Do. XXXiijo

Ioannes dantiscus Epus Culmensis
Bone Regine Polonie

Serma Reginalis Mtas et dna Dna mea clementma. Humillimam orationum et servitiorum meorum commendationem. Accepi superiori die reverenter clementes erga me S. Mtis vrae lras, quibus pro sua in me gratia, post eam calamitatem et ingens damnum, quod per ignem passus sum, consolari me dignata fuit, habeoque quas tenuitas mea potest S. Mti vrae immortales gras. quae in casu hoc tam acerbo, Servum et Capellanu suum invisere lris non est gravata. Deus omnipotens hanc S. Mtis vrae benignitatem rependat. Caeterum, quum nihil aliud est, post absolutam hic Consecrationem meam, quod scribam, S. Mti vrae me totum humillime dedo et commendo. Deum pro eiusdem S. Mtis vrae longeva incolumitate, et omnium rerum faelicissimo successu sedulo oraturus. Ex Ploczho XIX septembris. Anno domini M°. D°. XXXiij°.

Ioannes dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

SEerma Rlis Mtas Dna et Dna Clementma. Humillimam orationum et servitiorum meorum commendationem. S. Rlis Mtis vrae lras dat Vilnae ultima mensis Octobris accepi, hic debita cum reverentia, vigesima huius Decemb.

novem diebus post Conventũ nuper in Mariemburgo habitum ad quem me S. M^tas vra hortatur. Lrae etiam S. Regiae M^tis, quibus ad eum Conventum vocabar, pauloante mihi sut redditae, ea fuit causa, et aliae etiam quas S. Regiae M^ti descripsi, ad quas me refero, q ad illum Conventum venire non potueri unde me, et satis, et merito excusatum esse arbitror, neq ad eam excusationem mihi gratiam S. M^tis vrae defuturam spero. quemadmodũ latius S. M^tas vra ex Dno Castellano Gedanen Achatio Czeme et eius Collega paulopost intelliget: Intelliget preterea omnia clarius de quibus novissime fiduciali, et pro debito et fide mea S. M^ti vrae scripsi, eligetq ea, quae bona in oculis S. M^tis vrae videbuntur, in me usq ad ultimum nihil deerit, in quo S. M^ti fideliter et utiliter servire unq possim, et hoc sibi de me S. M^tas vra certo persuadeat. Cui me ut dñio meo Clement^me suppliciter commendo ac dedo Deumq omnipotentem precor ut q diutissime cum S. Regiis M^tibus et liberis suis Ser^mis S. M^tem vram prospere et feliciter vivere et regnare concedat. Ex Castro S. M^tis vrae Lubavien XXiij Decembris. Anno Dñi M^o. D^o. XXXiij^o.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Sigismundo primo Regi Poloniae

Ser^ma Regia M^tas Dñe, et Dñe Clement^me. Humillimã perpetuae meae servitutis commendationem. Misi superiori die ad Ill^rem Ducem in Prussia, fratrem meum, in quibusdam negociis vicinitatem nostram spectantibus, qui rediens, retulit mihi Dnm Ducem bene erga me affectum, id duntaxat illum aegre ferre, q in rebus Ecclesiasticis et Spiritualibus Episcopos eius,

vnum consecratum habentem vxorem, et alium non consecratu etiam vxorium, non recognoscam pro Episcopis Ecclie nostre conformibus, quodsi mihi licet nec ne, non est S. Mti vre incognitum. Nihilominus postulauit a me vt fratrem eius Ill. et Rm Dnm Vilhelmum S. Mti vre commendarem, qui praeter id qr Coadiutor est Rigen, Osilien etiam nuper est electus: quem S. Mtas vra iure et necessitudine sanguinis, et quantu humillime mee preces possunt, commendatum queso habeat, et ea in re gratia sua prosequatur: meique clementer rationem habeat in condonatione Contributionis. De Fasoldo vereor ne nouam nobis in Prussia excitet Tragediam, quandoquidem Dns Dux induci non potest vt in gratiam illum recipiat. Spigel Cubicularius S. Mtis aliquandiu apud me male habuit, non potuit igitur redire citius. Quod reliquu est me S. Mti suppliciter commendo. Christus dnus noster det S. Mti vre et istum nouu, et qplurimos alios in diutissima Salute et prosperitate transigere. am. Ex Castro Lubanien xxix Anno domini Mo. Do. XXXiijo

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

SErma Reginalis Mtas et Dna, Dna Clemenma. Humillima seruitiorum et orationum mearum commendationem. Scripsi his diebus S. Mti vre non pauca, in quibus summopere cupio esse exauditus, neque diffido quin aliqua ex parte votis meis S. Mtas vra respondebit, praesertim in condonatione Contributionis, et in defensione contra Aduersarium S. Mtis vre et meum, qui conatur me ex Iure, quod per gratiam S. Mtis

vrae habeo, Ecclesiae Varmien eycere, quod tamen quamdiu mihi adminiculo suo, S. Mtas vra affuerit, futurum non est.
Reperi hic inter res meas Soleas Hispanas Valentiae factas, quae apte hiemi conueniunt, et licet pedi S. Mtis vrae maiores quam oportet esse videntur, calori tamen melius quam aliae consuetae inseruient, has quaeso a seruo suo clementer suscipiat.
Alia non restant, quam quod me gratiae S. Mtis vrae humillime comendo. Christus Dns noster eandem S. Mtem vram in hoc nouo anno, et perquam plurimos alios sospitet quamdiutissime et prosperet in omnibus.
Ex Castro Lubanien XXIX Decembris post Christum natum anno M. D. XXXIIJ.

Ioannes Dantiscus, Epus Culmen
Petro Tomicio Epo Crac Vicecanlo

Rme in Christo pater et Dne, Domine mi colenme. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Hodie scripserunt mihi exactores Contributionis quodammodo mandantes, vt pro festo S. Priscae, omnibus meis Ecclesiasticis mandarem, vt se huc conferent, et eis de impositione Contributionis responderent, itidem facerem et Nobilitati, et plebeis, cominantes nisi ita disponerem omnia, alios etiam in terra Culmensi non Contributuros, hanc audatiam a Dno Costka nouo hic nostro gubernatore, qui ad eum modum insolenter iubere solet, acceperunt. Si plus exactoribus, aut illi Pirgopolinici quam mihi credi debet, haberet me pessime. Creditum mihi est aliquando in maioribus; creditur et Thorunensibus; atque aliis Ciuitatum Consulibus, qui nescio quomodo exigunt, et dant Thesauro Regis id quod volunt; Rmus D. Varmiens exigit a suis, et praedecessor

meus idem facere solebat, si ego debeo infidelior esse aliis (existimo de me nunq aliquid istiusmodi esse compertum) non potest me ~~animo~~ non dolere / scripsit mihi superiori die D. vra Rx^ma, et iussit me de hac Contributione a meis bene sperare, nondum habeo responsum, ego profecto a 20. marcis tres pendere non possum, quo tempore quantum possum soluo Creditoribus, et cogor etiam, pro toto anno, vt me sustineam aliquid continere, si Mtas Regia ea in re nullam mihi facere volt gratiam, saltem faciat eam vt etiam sit de Creditoribus et mecu habeat patientiam, Impense itaqz rogo D. vra Rxma pro sua in me veteri gratia, quid sperare aut desperare debeam, mecum primis, vel cum hoc famulo meo edoceat, et non patiatur aliis hic ea in re me esse ludibrio. D^e. vra Rx^ma suscepit quandam affinem meam viduam Gdanen in Clientelam suam, nomine Margaretha Schillinges, cui etiam in die S. Catherinae ex Cracouia scribere fuit dignata, aduersarius istius bonae viduae Joannes Holste fertur profectus ad Curiam R. Mtis, vt nescio quas lras contra prima in ea lite mandata Regiae Mtis obtineat, quod si venerit, bonum istum (si Diis placet) virum, qui fraudulenter huic viduae imposuit, sciet tractare D^o. vra Rx^ma vt meruit, fugit ex Gdano impostor vbi non paucis debet. | Parcat quaeso mihi D^o. vra Rxma qd semper meis querelis, et fere perpetuis sum molestior. Ad neminem enim q ad D. vram Rxmam confugere possu tutius. Cui me ex corde humiliter commendo. Ex Castro Lubauien XXIX Decembris post Christum natu Anno M. D. XXXIII.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecan.

Rme in Christo pater et Dne, Dne Colenme. Obsequiorum meorum plurimam commendationem. Superiori die scripsi Dni vrae Rmae quid Illustris Dns Dux in Prussia, et eius Epi a me postulauerit, et quid illis responderim, interea misi ad eum ratione vicinitatis fratrem meum, quem humanissime excepit, et a se dimisit, postulauit tamen iterum a me, vt in causa matrimonii, quam prius descripsi, testes citarem, et illorum dicta ad episcopos eius sub meo sigillo transmitterem. Quum autem a Rmo Dno Archiepiscopo Gnesnen. neque a D. vra Rma responsum habeam, quomodo me in hoc casu gerere debeam, adhuc me continebo. De Contributione nuper instituta, vt in ditione mea mihi remitteretur, de qua Do. vra Rma bene sperare iussit; quid actum sit, nondum scio, rogo itaque impense D. vra Rma cum hoc famulo meo certiorem me reddere dignetur. Ego profecto, licet in eo sim statu, nunquam mihi videor fuisse pauperior, praesertim quando debita mihi ob oculos versantur, et ista atque reuera non alia est causa quod adhuc consecrationi intendere non possim. Scripsi etiam me male valere in pede, in quo nondum conualui, vereorque, quum fluxus ille ad eam partem declinauerit, quod non breui conualebo. Nihilominus ne qua negligentia in seruitio S. Mtis Regiae fiat in Conuentu Grandiscen., quo Rmus D. Varmien., vt mihi scripsit, venturus non est, cum meo malo pede me illac conferam, Dns Varmien habet ex vno Castro tantumdem prouentuum quantum ego ex toto

meo Episcopatu, venire tamen recusat, si neque ille, neque ego ibi esse deberemus: parum aut nihil in eo Conventu tractari posset, iubebo me igitur utcunque illuc perduci, et inde abunde quae acta erunt D. vrae Rmae describam, et nulla in re, quo ad eius a me fieri potest, ut consueui semper, seruitio S. Mtis Regiae deero. Aliud hinc scriptione dignum D. vrae Rmae non habeo quam quod me, et omnia, quae mea sunt, cum fortunis meis D. V. Rmae, ut Dno meo Colenmo commendo ac dedo. Christus Dns eandem D. vram Rmam quam diutissime sospitet et prosperet in omnibus. Ex Castro Lubavien XXIX Decembris post Christum natum Anno M. D. XXXiij.

Supplicatio a Dantisco Cesari porrecta

SERma Caesarea et Catholica Mtas etc. Quum superiori die S. Mtas vra Rdo D. Valtero de Crouenberg ad eius postulationem, ut Magistro electo, terras quas ordo Fratrum Theutonicorum in Germania, Italia, et eas, quas in Prussia nouissimus istius ordinis Magister habuit, in feudum concesserit praeter usum et veterem morem ab Imperatoribus obseruatum, qui magnis Magris terras, quas in Prussia possidebant, nunquam prius in feudum conferre sunt soliti, visum mihi est non abs re si forsan S. Mtas vra non satis bene fuerit instructa paulo altius hoc negocium repetere. Quum ordo iste primum Hierosolimis ad hospitalitatem pauperum fuisset institutus et successu temporis, multis bona sua ad pauperum alimoniam conferentibus auctus. Hincque post Ptolomaydis in Syria amissionem

in Germaniam delatus. Conradus Mazouiæ Dux contra rebel:
les Prutenos, qui tunc erant infideles, quosdam istius Ordinis fres
Anno Domini 1.2.3.1. in auxilium vocauit, illisqz Culmen et
Lubamen terram in Prussia, sub ea condicione donauit, quod si
reliquam Prussiæ partem conquirerent, facta secum æqua diuisione,
ex priore donatione cederent. Quum a Duce Mazouiæ aliunti
quadam castra in ripa Istulę possuissent, et indies felicius eis contra
hostes omnia euenirent, obliti quòd donationi cedere, et quòd con:
quisita ex ęquo diuidere cum Duce deberent, ad arma paulopost
fuerat deuentu, quæ durarut, quum Reges Poloniæ ablata sem:
per repeterent, vsqz ad hæc tempora cum nouissimo Mgro, adege:
runt tamen Reges Poloniæ istius Ordinis Magistros in istis
300. annis non semel vt eas terras in Prussia, quas illis ex
pactis reliquerat, in feudum ab eis præstito Homagio acciperet,
quod aliquoties factum est: et nouissimis temporibus anno. 1479.
a Magno Magistro Martino Treslar, et post illum Anno 1497.
a Magistro Joanne de Tiffen, et pauloante ab isto, qui fuit nuperri:
me, et nemo vnq Magistrorum Prussiæ ea quæ in Prussia posse:
derat, a prædecessoribus S. Mtis vræ in feudum suscepit.
Quod igitur in noticiam S. Mtis vræ deducendum existimaui.
quo ista apud se accuratius reputaret, et non permitteret Sermo
Dño meo Regi Poloniæ, cuius antecessores et ipse verum se
semper omnium terrarum Prussiæ Dnm et hæredem scripsit,
ea in re grauamen aut præiudicium fieri.

Quod spectat Ill. D. Albertum Marchionem Brandemburgen
Ducem in Prussia, qui ab aduersarius suis coram S. Mte
vra traductus esse fertur, q habitum ordinis reliquerit.
Id ego defendend, quum mihi commissu non sit, non suscipio.
Sed ~~est quidam~~ Consiliarius, ab eo huc ob id missus Geor:
gius Clingenbek Capitaneus in Mimel, quem dixit S.
Mtas ~~vestra~~ accusatum esse pro malo homine, et q multa
mala

patrare debuerit, quod tamen contra illum vt reor, non facile probari potest, quum alias eum nunq talem dici aut esse cognouerim, fuitq prius apud S. Mtem vram, ab eodem Dno suo Marchione Alberto in Hispania, sine ea labe, nuncius, Is paulo ante admonitus, q grauiter S. Mti vrae fuerit delatus, ne forsan causa indicta quicq durius contra eum statueretur, secessit. Scripsitq eas, quas cum hoc memoriali mitto S. Mti vrae lras, vt saluum conductum ad se purgandum de obiectis, et ad negocia Dni sui tractandum a S. Mte vra habere possit. Quod quum iniquum non sit, spero non difficulter à S. Mte obtinebit.

Recensui etiam heri S. Mti vrae quo pacto Rmus D. Electus Archiepiscopus Rigen Ill. D. Vilhelmum Marchionem Brandenburgen ob multos respectus et rationabiles causas, cum consensu Capituli, et totius Nobilitatis, in Coadiutorem sibi receperit, supplicando, vt ad eam Coadiutoriam S. Mtas vra clementer consentire, et ad S. D. Nrm Commendaticias suas pro vtriusq confirmatione impetranda non grauatè dare velit. Quod etiam per me Sermus Dns meus, qui hoc mihi iniunxit summopere rogat, Pro ipso Dno Marchione nepote suo, apud S. Mtem vram ex animo intercedendo. Qua in re S. Mtas vra sibi Sermum Dnm meum non vulgariter deuinciet.

S. Cæsarea et Ca.ca Mtas. Superioribus diebus Bruxellis, secunda die Septembris præteriti S. Mti vræ nomine Sermi Dni Regis Poloniæ exposui, quomodo

ante aliquot tunc Menses Ill. princeps Albertus Marchio Bran:
denburgen. Dux in Prussia, ex Sorore Serm.i Dni mei Nepos
monitorio pœnali ratione terrarum Prussiæ, ad Instanciam admi:
nistratoris, designati Ordinis Theutonicorum peremptoria citacione
fuerat ad Judicium Cameræ Imperialis euocatus, vt intra octo
Septimanas terras Prussiæ illi a Ser.mo Dno meo in feudum
datas, sub pœna banni Administratori Ordinis restitueret, vel ela:
psis octo septimanis, intra Nonaginta dies compareret, propositurus
iustas causas, cur ad eam restitutionem non teneatur, et quod
igitur Ser.mus Dns meus Ill. Dno Duci in Prussia, vigore
superioritatis suæ, prohibuerit ratione terrarum Prussiæ, et feudi
super his concessi, in Judicio Cameræ comparere et respondere,
quum ad id pro suscepto, a Ser.mo Dno meo feudo minime te:
neatur. Quandoquidem ipsum Dnm Ducem in Prussia, Ser.mus
Dns meus, vt nepotem et principem Regni sui, iure feudi,
quod illi in terris suis Prussiæ concessit, deffendendum,
et pro eo respondendum susceperit, Dixiq; præterea S. M.ti vræ
et quemadmodum alia supra enumerata in scriptis dedi. Ser.m
Dnm meum Regem Poloniæ paratum esse semper, iustis ratio:
nibus et causis sufficientibus, contra aduersariorum impeticiones,
iusticiam et Jura sua, quæ ad terras Prussiæ prædecessores
Ser.tis eius, et ipsa cum suis Successoribus habuit semper,
et est habitura, demonstrare, atq; ex omni parte, Deo bene
fauente, tueri. Rogaui itaq; eo tempore S. M.tem vram impen:
se, Ser.mi Dni mei nomine, vt hanc excusationem, q ipse Dns
Dux in Prussia, sic prohibitus non comparere, aut respondere
potuerit, pro mutuo fraterno amore, et Justicia, quam Ser.mus
Dns meus in terras Prussiæ habet, atq; etiam pro rerum Chri:
stianarum tranquillitate, qua ad pns maxime egent, boni
consulere, et benigniter admittere dignaretur, iuberetq; Judi:
cio Cameræ, vt ea in causa vlterius non procederet, et sub:
ditum Principem Ser.mi Regis mei cum terris suis a Ser.mo

Rege meo in feudum acceptis, cum istiusmodi iuris processu deinceps non molestaret, quo multa inconuenientia quae inde oriri possunt, euitarentur. Ad ista mihi S. M^tas vra responderi, et Ser^mo Dno meo rescribi iussit, negocium hoc spectare ad Imperium, cuius eo tempore Conuentus in Spira fuerat institutus, et q ibidem, S. M^tas vra datura esset operam, vt omnia ea fierent quae Iuribus, et Iusticiae Ser^mi Regis mei conueniret, seqz Ser^mo Dno meo nulla in re praeiudicaturam, sed quantum posset gratificaturam. Quum autem Spirensis Conuentus expirasset, interea quo iste Conuentus Ratisbonae institutus esset, Iudicium Camerae, in causa ad Instantiam Administratoris processit, et in vim contumaciae Ill. D. Ducem in Prussia, sit a Ser^mo Dno meo, ne compareret prohibitum, omnesqz illi adherentes, et fauentes, cum absolutione subditorum Ser^mi Dni Regis mei, a debito, et Iuramentis, in mense Januario nouissime praeterito bannitum declarauit, et lris suis per Imperium sic Bannitum publicauit ac valuis, et locis publicis affixit: quas ego lras nuper Francofordiae in nundinis in porta Ecclie maioris affixas vidi, et ad calcem perlegi, quod quum Ser^mo Dno meo innotuerit, qui Regni sui Principem subditum ratione feudi, quod illi concessit et ob quod ille bannitus est, non deseret, neqz iura sua tueri ommittet, q grauiter ferat, facilis est coniectura, praesertim quum nunq prius scriptum, vel auditum est, q pro terris Prussiae quispiam Regalia ab Imperio ceperit, vel illi paruerit, praeterq iste Ill. Dns Dux Prussiae Albertus tum Ordinis Magister, quum frustra Ser^mo Regi meo reluctaretur, et superiori anno Ordinis istius Administrator, certum autem est plures Magistros Prussiae Ser^mis Regibus Poloniae homagium praestitisse, eosqz principes Regni Poloniae nuncupatos fuisse.

De Religionis disertione Ser^mus. Dns meus, ipsum

Dnm Ducem Prussiæ non asserit, aut pro eo intercedit. Sed illis quorum interest liberum relinquit. Quæ vero Jura, Regni sui concernunt, illis pro debito suo cogitur intendere, et ea in suis limitibus conseruare, quemadmodum Sertem eius et data Regnicolis fides, et Sacramenta astringunt: Quapropter hæc sic in noticiam S. Mtis vræ nomine Sermi Dni mei deducenda existimaui, cuius et nomine S. Mtem vram rogo summopere velit hæc apud se reputare et non permittere, ob multa mala, quæ ortum inde habere possent, Bannum hoc terris et subditis Sermi Regis mei, aliqua in parte incommodare, aut vlterius distendi, quàm mutuo fraterno amori, et obseruantiæ Sermi Dni mei atque publicæ tranquillitati conuenit Quod Sermus Dns meus omnibus fraternis studiis et officiis, cum Regno, Dominiis, facultatibus suis S. Mti vræ, quam debita obseruantia, et honore, semper prosequitur, compensare sedulo studebit.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

SERma Reginalis Mtas et Dna, Dna mihi Clementma. Humillimam orationum et seruitutis meę commendationem. Proficiscitur tandem ad S. Mtem vram Generosus Dns Achatius Czeme, Castellanus Gdanen et Capitaneus Stumen qui de omnibus, quæ hic per hos dies apud nos acta sunt, neque ad dextram neque ad sinistram a veritate declinans, S. Mtem vram certiorem reddet, et de his, de quibus prius confidenter pro fide mea S. Mti vræ seorsum et secreto scripsi, S. Mtem vram ac de mente et fideli erga S. Mtem

vram primorum hic Consiliariorum affectu et propensione,
plane edocebit, nostrumqz Consilium nulla alia re q ex
fide in S. Mtes vras natu, fiducialiter exponet: Quod
si S. Mti vrae non displicuerit, mandabit per illum quid
per nos ea in re fieri velit, geremus nos in omnibus vt
obsequentissimos subditos. Neqz aspergines istae, quas passim
de nobis inimicus homo diffudit, integritati fidei nrae obesse
poterunt. Humillime itaqz supplico, S. Mtas vra, dignetur
eundem Castellanum nobis hic omnibus charum et gratum cle:
menter audire, et mentem suam illi declarare, ego qui plus
aliis innumeris ornatus beneficiis S. Mtis vrae devinctus,
vnacum aliis Dominis Consiliariis fidelissime mandatis S.
Mtis vrae obediemus, Cui me dignitatemqz et causam omnium
nostrum cum eodem Dno Castellano, vt Dnae meae clemenmae
supplicit commendo. Jesus Christus Dns nr eandem S.
Mtem vram sospitet qdiutissime et prosperet in omnibus.
Ex Castro S. Mtis vrae Lubavien XI Januarij Anno Dni
M. D. XXXiiijto

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

Sere^ma Reginalis Mtas et Dna, Dna mea Clemenma.
Humillimam orationem et servitiorum meorum commendationem.
Accepi superiori die S. Mtis vrae lras, veterem illam erga
me S. Mtis vrae gratiam spirantes, sumqz illis, gravissime
et innocenter per clandestinos adversarios meos afflictus,
non parum exhilaratus, q S. Mtas vra visa mihi est, ex
relatione Generosi Dni Nicolai Grabia iustam meam, contra

mihi obiecta, et ad S. Mtem vram inique delata, iustificatio:
nem meam admisisse, pro qua in rebus cognoscendis, singulari
æquitate et prudentissimo iudicio S. Mtis vræ quas possum
gratias habeo, et si possem, maiores habiturus, si cognitis de:
latoribus, et illorum delationibus auditis, me coram S. Regia
et Rli Mte vra iustificare, innocentiamque et fidem meam
manifestiorem facere, et illos quales sint, et quanti veritatis
osores, omnibus declarare possem. Quod si mihi negabitur,
tempus nihilominus et veritas ipsa quæ omnium rerum fortior
est, omnia in lucem dabunt.

Q tam graviter Rmus Dns Archieps Gnesnen qui pauloante
per lras, in gratiam mecu rediit, contra me quæstus est, non erat
sufficiens causa vt hoc faceret, illiusque D. Rma paulopost in:
nocentiam meam liquidius cognoscet.

Cum Dno Costka, vt voluit S. Mtas vra composita sunt omnia
conuenimusque non sermone solum, verum et amico conuictu, hoc
quod vtriusque nrm honorem concernit, ipsorumque Dnorum
Consiliariorum terrarum et Ciuitatum Prussiæ, permisimus
arbitrio S. Mtis Regiæ, quæ pro sua in nos omnes clementia
et æquitate incomparabili id quod ex re omnium nrm erit
dijudicabit.

Has ob oculorum grauem dolorem dictaui potius Amanuensi
q præscripsi, humillimeque supplico, velit per gratiam suam
in bonam suscipere partem, et clementer dare veniam.
mihique, quæ fuit semper, Dna esse clemenma in cuius pristi:
nam benignitatem et gratiam me suppliciter commendo.
Chrus dus noster eandem S. Mtem vram sospitet q diutissime
et prosperet in omnibus. Ex Castro S. Mtis vræ Lubauien
XXij Mai Anno dni Mo. Do. XXXiijto.

Joannes Dantiscus Epus Culmen.
Petro Tomicio Epo Crac. vicecancell.

Rme in Christo pater et Dne, Dne mi Colen.me Obsequiorum meorum, et mei plurimam commendationem. Quum iam istas obseraßem, rediit ab Illri Dno Duce Prussiae Affinis meus V. Juris Doctor, Joannes Reinecius, et inter multa alia mihi retulit, quae ad me Dns Dux nunciauit, quod Conuentus ille cum Marchione Juniore Brandemburgen Joachimo, de quo in nouißimis D. vrae Rmae scripsi, ob eas turbas quae paßim in Germania habebantur, non successisset, quum autem nunc aliqua ex parte pacatę essent, conuenturum Dnm Ducem Prussiae cum Juniore Joachimo Brandemburgen post paucos hos dies Posnaniae, inibique tractatus futuros, quibus, Deo bene fauente, Coniugium hoc Dni. vrae Rmae non incognitum, concludi possit, et quod ob eas turbas Dns Dux pedites et equites aliquot suscipiat nostrates, ad Castrorum suorum munitionem, ne, si Lantgrabius Hessiae, qui contra Lubecenses ad Ducem Holsatiae proficiscitur, quum dissoluerit exercitum, hominum malorum congeries, ad turbandum hic res nras, huc praeter spem diuerteret. Dux Holsatiae cum vicinis Principibus, cum quibus habet duo millia Equitum praeter aliquot millia peditum, acriter Ciuitatem Lubecen obequitat, et omnem arcet comeatum. Exussit etiam circumquaque Ciuitatem Hortos illorum deliciarum et praedia eritque obsidio longe grauior, si cum suis Lantgrabius appulerit, et si forte fortuna in ea obsidione faeliciter cedet militibus, et Ciuitatem cum diuite praeda interceperit: verendum est ne victores animi insolentia Militum huc ad nos vlterius proueh antur. Quod ne

fiat, videretur mihi publicis Regnicolarum et nrorum comer:
ciis apprime expedire, q S. Mtas Regia ad eos in obsidione
Principes scriberet vel potius mitteret aliquem industrium,
qui eos bonis modis et rationibus auerteret, ne cum illa Ciui:
tate, sine cuius nri commercio esse non possunt, extrema ex:
perirentur, satiusq esse mihi visum est, vt opera impendatur,
qua hæc hominum turba dissoluatur, q vt ad nos (quod Deus
auertat). descendat: Scimus quid desperatorum hominum,
vt istiusmodi sunt militum, animi, possint, q nuper Roma,
quum nichil tale speraret, maxime est experta. Lubecens
etiam quum per defectionem ad se intercepissent, vt scripsi
primam Daniæ Ciuitatem Copenhagen, ter magnis viribus,
cum multorum suorum internitione Castrum oppugnarunt, et
in quarta oppugnatione in qua Proconsul ille Lubecensium,
quem plebs instituit, et omnia in eam seditionem miscuit
Wolwenwefer nomine, occubuit, et cum eo de Lubecensium
primis non pauci, castrum ceperunt, ad quod, et ad Ciuitatem
recuperandam Miles quidem de primis Regni Daniæ Crabbe
nomine, cum exercitu triginta millium proficiscitur, Regemq
sibi prelati, et Nobilitas Regni Daniæ ipsum Ducem Chri:
stiernum Holsaciæ elegerunt, habetq Gustauus, qui Sueciæ
Regem se scribit xij Naues bene armatas contra Lubecens
in Mari, qui Danis et Christierno Holsato adheret, Lubecensibus
paucis admodum Ciuitatibus habentibus qui illorum partes
sequuntur, non reor eos, nisi per externos tractatus inter:
ponantur, diu subsistere posse. Est etiam Comes de Hoge,
quem dicunt fugientem ex Suecia affinem suum Gustauum
ad Liuonienses, ad Serenissimum Dnum in Lithuaniam peruenisse,
et quia cum Lubecensibus aperte sensit, non esset commodum,
quod illi plus equo faueri deberet, Mihi in his et aliis, quia
adhuc ea quæ a me prodeunt, in calumniam rapiuntur, in
Curia nostra non licet nisi ad D. vram Rmam scribere

quae pro sua in me gratia, et pro fide et integritate mea D. vrae Rmae non incognita, omnia optimi consulat, et me Sacellanum suum commendatum habeat. Ex Castro Lubawien 5 Augusti, Anno dni M°. D°. XXX quarto

Prelati Palatini Castellani Ciuitatumque
Nunctii terrarum PRUSSIAE
Petro Tomicio Epo Cracc. Vicecancellario

Rme in Christo pater, Domine honoratissime et gratiose. Seruitia nra, cum perpetua faelicitate animorumque promptitudine, in omni officio nunciant et commendant. Concluseramus iam pridem in Conuentu Grudentino, ad festum Diui Michaelis celebrato, in nostris ac harum terrarum necessitatibus et causis, Certos Nuncios et Oratores e medio huius Regij Consilij ad Sacratissimam Regiam Mtem pientissimi Domini nostri, mittendos; Cui intentioni insistentes, parauimus tam in publicis quam etiam priuatis negociis diuersorum ordinum harum terrarum instructiones, quibus Oratores mittendi, de omnibus plene edocti S. R. M. possent adire. Anteque autem omnia suo ordine digererentur, percrebuit fama constans de futuro particulari harum terrarum Conuentu pro festo Diuae Luciae, a Sacra R. M. indicto. Eam ob rem conceptam suspendimus animi nostri sententiam, si forte futura legatio, instansque Conuentus pro eo tempore, quicque noui pareret. Cuius responsum operepretium foret ad S. Mtis Regiae noticiam perferri, quatinus unica legatione omnia absoluerentur. Quam quidem mentium nrarum intentionem, insperatus casus, nempe Brumae asperitas, sic impediuit, ob glaciei copiam in Histula defluentis, ut maior pars Consiliariorum in

nostrum consortium peruenire nequiuit: Plerique etiam iustis ac legittimis impedimentis retracti, in eundem Conuentum non descen:derunt. Hinc factum est, vt Regia Legatio audita tantummodo fuit, digna veneratione, non tamen quicquam de illa, aut tractatu aut conclusum, tantum abest, vt debito responso fuisset enu:cleata. Vt autem prius etiamdudum conclusa Legatio, plene consumaretur, perduceretur que tandem in effectum, sigillarentur que necessaria ad eandem pertinentia. Conuenimus in Arce Lubauiana in die sacro Diuorum Innocentum, Vbi cum toto studio, huic rei intenderemus, produxit in medium Rmus Dns, Dominus Joannes Episcopus Culmensis, quasdam lras Rmi in Chro patris, et Dni, Domini Mathiae Archipraesulis Gnesnen, Incliti Regni Poloniae primatis, ac legati nati, Domini nostri honoratis:simi et gratiosi, sua manu exaratas, quibus significabatur, suam Rmam Ptem insimulatam ac traductam esse apud memoratum Dominum Archipraesulem, per Generosum Dnm Stanislaum Costha, terrarum Prussiae Thesaurarium, Arcis Marianae prouisorem, et Golubien Capitaneum: Quomodo indigne et contumeliose in Grudentino Conuentu, per suam Rmam Ptem tractatus fuisset, atque adeo eum tanquam hominem suspectum esse eiectum. Quae quidem insimulatio quoniam (quod cum digna honoris praefatione dictum volumus) longe omnium maxime a vero aliena est, mentem suae Rmae Ptis ac etiam nras multo dolore afflixit, neque satis mirari possumus. Domini Stanislai Costha conatum temerarium, qui cum magni et excellentis muneris sit administrator, multa et insigni quidem prudentia praeditus merito esse deberet, et suae conditioni indignum arbitrari: talia comminisci: Et quidem aduersus tanti fastigii Praelatum, qui primas huius Consilii, cum Rmo Dno Varmien, multa laude et dignitate tenet Nec Iudicare aliter possumus quam quod idem Dns Thesaurarius, per hoc niti:tur sua Rda Pte oppressa, inuidiaque grauata, nos tanquam maledictis

necesere, et forte sua temeritudine opprimere: Quod certe sic se habere, ex eisdem l[itte]ris non vanis, neq[ue] vulgaribus argumentis aperte intelligimus, sed postea de his fusius.

Nunc autem parabimus totam actam Tragediam in Grudentino Conventu, a sua Protesi usq[ue] ad Cathastrophen, vera et justa narratione recensere, Cui vestra R[everendissi]ma P. et amplitudo fid[em] habeat, nec in animu[m] inducat suum ad cuiusvis hominis persuasionem secus credere. Et id quidem non tantum ad requisitio[nem] R[everendissi]mi D[omi]ni Episcopi Culmen[sis], verum aequitatis et justiciae ratione, ut cunctis pateat veritas, quae in hac parte, per dictu[m] D[omi]num Thesaurarium non modo impugnatur sed opprimitur. res autem sic acta est,

Primo quidem tempore, quum in proximo Grudentino Conventu actionibus publicis, vacaremus, reddidit nobis ipse D[omi]n[u]s Stanislaus Costka sub eiusdem Conventus inicio, l[itte]ras quasdam S. M[aiesta]tis Regiae, quibus illi quaedam ratione monetae nobis exponenda erant commissa. His praelectis R[everendissi]mus D[omi]n[u]s Varmien[sis] omnium nostrum nomine. jussit ut sederet. dedimusq[ue] ei locu[m] superiorem, quem Nunciis et Oratoribus S. Regiae M[aiesta]tis dare consuevimus. Et postq[uam] hanc relationem absolvisset, nosq[ue] responsum illi dedissemus, mansit in eodem loco sedens q[uam] diu Consilium nostrum tunc, duravit. Hoc cum plerisq[ue] male habuisset, dissimulavimus tamen, nolentes eum pudore afficere.

Postero vero die mane rediens, priorem illum locum injussus occupavit, a nullo expectans hoc verbum honoris: Sedeatis: Quod cum molestum esset omnibus, quaesitumq[ue] ab eo, si quid negocij haberet. Respondit, nullum, verum putasse se, nos intendere causis et judicio, Et sic surgens abiit. Eo tempore R[everendissi]mo D[omi]no Episcopo Varmien[si] per adversam valetudine[m] nobiscum esse non licuit: Qui quum postea venisset, rediit iteru[m] Dominus Costka, et supra omnes, priori loco, a nemine jussus

fastu quo supra insedit. Eramusq iam prope finem consilii ituri
ad prandium, unde surreximus illico omnes. Quod videns Dns
Costka, contra Rmum Dnm Episcopum Culmen, stomachabundus
verbis non satis amicis invehebatur, Dicens, non gratos nobis esse
Polonos, ad quod Dominatio eius ita respondit. Se pro fide
sua non minus Polonum et nos omnes esse quam ipse apud nos
natus esse posset.

Statim autem a prandio, iterum in Prætorio convenimus, quo et
ipse paulo post se contulit, prioremque illum locum, vultu indigna:
bundo, a nullo sedere iussus temere cœpit. Quod quum nequaquam
Prælatis et Iuratis nobis, Mtis Regiæ Consiliariis, ferendum
duxissemus, et e locis nostris in primis tamen Rmus Dns
Culmen surgere decrevissemus, ne minimo quidem verbo, igno:
miniam eius tegere volentes, contra illum usi. Quod dum ani:
maduertisset, surgens et submurmurans abiit.

Nos vero contemptum hunc nostri, in consultationem ponentes,
per suffragia seu vota expendimus, tandem omnium consensu
statuimus, ut Rmus D. Varmien uti caput huius consilii, seor:
sum illi, omnium nostrum nomine loqueretur, amice monens, ut a
Consilio nro et loco eius, quando ei non esset negocium Regium
abstineret. Ne apud nos aliud, qui contemptui haberi nollemus
statuere cogeremur. Quod dum illi Rmus D. Varmien ami:
cum in modum exposuisset, Stomachari homo cœpit, Dicens, se
hanc levitatem, qua nunquam passus esset graviorem, nequaquam laturum.
Verum rerum S. Mti Regiæ omnibusque in Regno Dominis
ac toti Nobilitati conquesturum. Addens non pauca verba
quibus omnibus nobis fastiditis, non parvum despectum intulit,
neque re, neque verbo, a nobis offensus.

Hæc in Rem Rmi Dni Culmen Antistitis pro nunc
sufficiant, Dicturi aliquando latius, quum causam hanc, quam

communem censemus, et in nostrum vilipendium euulgatam certo scimus, coram Sacra[ma] M. Regia loco et tempore congruis agemus.

Appendix autem literarum, R[x]mi Domini Archipraesulis, miru in modum. Immo plus q dicere, aut calamo perstringere possumus, animos nostros et dolore et angustia perstrinxit. Et non satis possumus mirari, vnde nam (vt verbis suae R[x]mae P. nobis vti permittatur) apud homines inuecta sit opinio, et id quidem multos. Q apud nos ab his, qui in Consilium adhibentur, iuratur praeter Juramentu, quod Sacrae Regiae M[ti] praestatur. Q nullum consilium Regiae M[ti] et Regni Consiliariis pandi debet, quod apud nos editur. Certe quisqs hanc opinionem hominibus inculcauit: Hunc inter viros ~~[illegible]~~ cordatos bonosqz haud numerandum censemus, Immo eum tanq maledicum, ac quolibet quadruplatore peiorem, famaeqz, honoris et honestatis nrae corruptorem merito reputamus. Quid enim aliud est dicere: Nos alio sacramento, q quo Jurauimus S. M[ti] Regiae obstringere, atqz fidei in S. M[tem] Regiam desertores fieri. Quo vitio, quid detestabilius, quid turpius, quid denigz sceleratius, vnq audiri aut reperiri potest: Hoc tamen (sit Deo et superis gratia) animos nostros solatur, nempe secura mens, et recte bene conscia. Quod etiam secus non esse, maiorum nostrorum, bene aegregieqz facta in fide ac obedien[a] S. M[tis] Regiae Inclitaeqz Poloniae iamdudum comprobarunt. et nos quorum vestigia sectantes, haud minora specimina edidimus, quibus animoru sinceritatem omnibus reddidimus perspicuam, Deo etiam bene fortunante, sicuti illam per manus maioru nostroru accepimus: ita in posterum ceu quaedam natura germina iaciemus, qui proculdubio, a praedecessorum ac etiam nostris, recte factis: bene fideliterqz actis stratagematibus, non erunt degeneres. Sed in perpetua fide et obseruantia, erga S. Regiam M[tem] et Regnum fidi

et firmi persistentes, nos in omni integritate, bonos et honestos
Consiliarios in singulis actionibus declarabimus. Neqz amplius
morabimur, quid tales suspiciosi ac maleuoli insimulatores fingunt.
Nam id audemus, aperta fronte, coram vniuerso mundo ac etiam
vra R. Pte. profiteri, q talia, ne per somnium quidem cogitaui:
mus vnq, tantum abest, vt quispiam sine veritatis lesione,
(quae Deus est). haec de nobis affirmare ausit.
Rogamus itaqz vram Rmam Ptem. (quae alioqui magni
est Judicii et non vulgari prudentia praedita) velit et dignetur
in his aspergimibus (si ad vram R. Ptem sunt delate) non
tam Rmo Dno Culmen q nobis omnibus, pessime et contra
Deum, omnisqz aequitatis rationem impositis, cum apud se, tum
omnes alios, ad quorum noticiam haec perlata esse considerabit, ve:
vidica nra excusatione repugnare. Melioremqz imo veriorem opinionem
mentibus eorum inculcare, neqz permittat maleuolorum audatia
innocentiam nostram opprimi. Ne nos talis facinoris insontes, apud
alios male audiamus. Quandoquidem, quo nos S. Regiae Mti, tam
in Domini Costha causa, q etiam Jacobi Kampe Ciuis Gdanen, pro
innocentia nra purgatos reddamus. Existimationemqz nostram
vindicemus. Scripsimus et nunc ipsi Regiae Mti obnixe per Ora:
tores nros orantes Vt sua S. Mtas. vtriqz et Dno Kostha
et Kampe diem dicat, apud suam Mtem personaliter comparendi.
Responsuri accusationi nrae, et Regiam audituri sententiam. Iteru
atqz iterum q officiosius possumus rogan. Vt pro omnium nostrum
existimatione et innocentia asserenda. Justiciam nram apud S. Mtem
Regiam promouere eandemqz commendatam habere velit. Comen:
dantes nos obsequiaqz nra, et causas praememoratas in R. V. P.
fauorem protectionemqz. Datae XXXa Decembris in Arce
Lubaviana Anno a natiuitate Christi M. D. XXXiiij

Joannes Dantiscus Eps Culmen
Petro Tomicio Epo Crac. vicecancell.

Rme in Chro pater et Dne, Dne mi colenme. Salutem et obsequiorum meorum plurimam commendationem. Nactus istius Nuncij oportunitatem non potui omittere, quin scriberem tametsi, vt reor, tardius perferentur, decreueram vnum ex meis ad D. vram Rmam mittere, quum autem ad præsens parum se istiusmodi offerat dignum scientia D. vræ Rmæ, sum ratus commodius esse, vt tum ex meis aliquem mittam, quum sospes ex Gdano rediero, quo me S. Mtas Regia cum Mago Dno Palatino Mariemburgen misit ad exigenda ab his iuramenta. quę post Regiæ Mtis discessum ex Gdano ad Consulatum et Scabinatum sunt suscepti. Quemadmodum de his D. vræ Rmæ prius scripsi. Quicquid ibi cum Collega meo effecerimus, et quicquid aliud de nouis ac alijs rebus habebitur, copiose Dni vræ Rmæ perscribam, verum non possum non vereri, quod illic pauca in ordinem redigere poterimus, adeo Monachus ille Pancratius contionibus suis virulentis inficit ferè omnes. Ante paucos dies miseram fratrem meum Bernardum vt Gdani mibi res quasdam coemeret, qui inductus a Præconsule Philippo Bischoff vt Pancratium audiret, locum sibi ad audiendum illum in Eccla delegit temporius, solet enim istiusmodi farinæ hominibus Ecclesia quantumuis magna esse refertissima. Quumque Pancratius suggestum ascendisset, ex abrupto Dnicam orom exorsus, dein symbolum et Decem præcepta, declamans his verbis Euangelij ad populum vsus est. Miserunt pharisei et Scribę vt Christum caperent in sermone. Ecce inquit

quidam hic adest et astat, Scio enim quod hic stes mixtus populo,
sed vbi stes nescio. Audi me, misit te huc frater tuus, vt me audias
et in sermone capias? audi inquam, et diligenter me audi, tu susurro,
delator, quadruplator, et multis aliis detonabat conuiciis. frater
meus iste aperte in me et se dicta cognoscens exiuisset libenter
verum prae turba non potuit, ibi tum multa nebulo contra religionem
nram magno clamore boabat. Post contionem frater meus ipsum
Praeconsulem, qui vt Pancratium audiret, persuaserat, adiit,
rem omnem exposuit, ille quasi grauiter perculsus, se cum Pancra:
tio expostulaturum promisit, paulo post, vocato fratre meo dixit
se cum Pancratio super his contulisse, qui respondisset, non in
fratrem meum aut me, sed in alium quempiam ista dixisse.
Ex his D. vra Rma facili coniectura assequitur. quid boni
sperandum mihi sit, quod cum Collega meo apud homines adeo
effrenes, statuere possimus: Quicquid tamen possum, vt S. Mtis
Regiae mandatis satisfiat, pro virili adnitar. Et quam primum Vistula
ex glacie resolutus fuerit, et commodum traiectum praebere
poterit, me cum Collega Gedanum conferam. Quod spero pro
Dnica Laetare futurum. Iste Monachus qui adeo Pancratice
et Atleticae in Contionibus debachatur, omnis huius mali fons
est, et nisi S. Mtas Regia potestate et auctoritate sua illum ex
Gedano ad Arcem Mariemburgen in Custodiam transtulerit, fieri
non potest, quin maximarum turbarum futurus sit auctor. Scripsi
igitur Rmo Dno Archiepiscopo Gnesnen, D. etiam vram Rmam
impense rogo, quo bonis modis S. Mti Regiae persuadeat, vt
seductorem istum Monachum in Custodiam ad Castrum Mariem:
burgen recipiat, eo abducto, et in religione, et in ea Republica
omnia erunt, vt arbitror tranquilliora.
Est etiam alius hic non admodum illi dissimilis, nisi quod adhuc virus
suum non aperte, sed occulte, passim diffundit. Caspar Liseman
qui Concionator fuit ante tres annos Cracouiae apud Beatam
virginem, is quia contra Indulgentias, et Sanctorum suffragia

et pleraqꝫ alia Luteranismi in vulgus emisit, et aliquoties ob id admonitus, non destitit, priuatus fuit a Dne vrá Rma Concionatoris officio. Ille nescio quam bullam habet a Zacharia Cardien Epo, superioribus annis apud S. Mtem Regiam Nuncio, qua se vi ad Ecclesiam meam pro Canonico intrudere nititur, assequutusqꝫ est a Rmo Dno Gnesnen praesidium qui paulo ante lris suis illum mihi commendauit, vt eum in Canonicum susciperem, nescius interim cuius vitae et morum sit. Quod si eam pestem Ecclię meę imitterem, quid aliud facerem, quam me huius damnatę sectę fautorem et fotorem esse declararem. Qua de re D. vrám Rmam, quantum possum, rogo impensius, velit non grauari vt acta et processus contra hunc heresiotem Rmo Dno Gnesnen mittentur. Nescio quo pacto in hoc apud Rmum Dnum Gnesnen inciderim, quod omnes mei aduersarij non secus atqꝫ ad Sacram anchoram ad eum confugiunt, et facillime patrocinium contra me assequuntur.

Vt satisfacerem iussis D. vrae Rmae, arendaui, vt vocant, Eccliam meam in Goliabia Generoso Dno Boguscho praefecto Curiae D. vrae Rmae, misi illi contractum sigillo meo munitum, vt duntaxat Decimas et prouentus meos susciperet, et domus plebanalis curam gereret, in ordinem Ecclię et Capellanos meos se non intromittendo, defertur tamen ad me quod frater eius etiam curam Sacrorum habere velit, Scholam et Ecclesiam regere, sacerdotesqꝫ instituere et destituere, quod ego non permisi, neqꝫ D. vrá Rma pro officio suo permittet, cuperem vt amice commoneretur, quo fratrem suum ab his caeptis retraheret, et mihi super eo contractu quem misi responderet.

Illmus Dns Dux Prussiae nondum ex Lithuania rediit, neqꝫ etiam Dns Joannes a Verden, ideo quid ibi effecerit, scribere nequeo, Scribam autem quum se occasio offeret, vel ante meam abitionem si aliquid dignum quod scribi deberet occurret, vel paulo post

meum ex Gdano reditum. Noua quae his inclusi ex amicorum lrīs collecta transcribi iussi, quo facilius a D. vra Rma legerentur. Alia ad praesens in hac celeritate non restant, quam quod me in gratiam et beniuolentiam D. vrae Rmae summopere commendo. Deumque precor vt eandem D. vram Rmam quam diutissime in prosperrima valetudine et rerum omnium faelicissimo successu, conseruet. Ex Castro Lubauien. XIX Februarii M. D. XXXV.

Joannes Dantiscus eps Culmen.
Petro Tomicio epo Crac. Vicecan.

Rme in Christo pater et Domine Domine mi colenme. Salutem et meorum obsequiorum commendationem plurimam. Quamuis XIX huius per Nuncium meum copiose, et fortassis ad fastidium vsque Dni. vrae Rmae scripserim, non potui tamen me continere: Quum Venlis hic Dns Praepositus Varmien hinc se ad Dnem. vram Rmam profecturum diceret, quin de his quae interea in notitiam meam peruenerunt, scriberem, vtque quomodo haec omnia habeant Do. vra Rma exactius scire possit, mitto lrās ad S. Mtem Regiam earundemque exemplum, et ea quae Affinis meus D. Doctor Joannes Reinecius Consiliarius et Orator Ill. Dni Ducis Prussiae, ad Sermum Sueciae Regem, ad me ex Stokhelmo Sueciae XXV Maj praeteriti scripsit, ex quibus omnibus Do. vra Rma abunde, quomodo ea de quibus prius scripsi habeant, intelliget. Fuit etiam non minima causa quod istas ad D. vram Rmam dedi, vt si viderentur digna quae de archiore contrahenda amicitia cum Sermo Sueciae Rege, scripsi Sacrae Mti Regiae cum suffragio Consilij D. vrae Rmae mitterentur, sin vero traderentur Vulcano. Mihi certe non

operepretium solum, verum et necessarium visum est, vt cum Sueciae Rege per medium Ill. Dni Ducis in Prussia et Oratorem eius Affinem meum, cum Sueciae Rege clariores et firmiores, quam prius, amicitiae et confoederationis tractatus haberentur atque conficerentur. Saluo tamen prudentissimo Dnis vrae Rmae iudicio, cui me libenter subijcio, et cedo semper.

Scripseram Dni vrae Rmae superioribus diebus de quodam illoto Sacerdote Thoronen Caspare Lisman, qui me, tum apud S. Mtem Regiam et Rlem, tum apud Rmum Dnm Archiepm Gnesnen, et alios in Regno et in his terris Ordines inique traducit, quod illud in Canonicorum meorum numero habere nolim, descripsi etiam causas ob quas nunquam illum apud Ecclesiam meam passurus sum, easque testimonio viccarii in Spualibus Dnis vrae Rmae confirmari petiui. Ad praesens facessere mihi negocium iterum non desinit. Quemadmodum ex mearum ad S. Mtem Regiam exemplo accipiet. Quapropter quantum possum impensius rogo, velit committere, vt Rmo Dno Gnesnen scribatur, quomodo homo iste impudens, Luteranismoque infectus, Cracouiae in Contionibus apud Ecclesiam gloriosissimae virginis in foro se gesserit, ne iterum in nouas turbas res cum Rmo Dno Gnesnen se conuertat, qui non grauate illis contra me patrocinatur, quos mihi maxime scit esse infensos. Ego profecto libentius Dni eius Rmae quam Rmo Dno Archiepiscopo Rigen subessem, verum quum ad eum modum tractor, veteri Constitutioni, et Bullae Pontificis, cuius his iunctam leget copiam non potero reluctari. Quodsi impostor ille me inuito meus erit Cancus, non diu erit, sed de his iterum hactenus.

Scio Dni vrae Rmae molestum esse, quum et mihipsi sit molestum, quod illam semper Quaerelis meis onero, velim quidem potius iucunda, quam quibus grauiter affici debeat, D. vrae Rmae

scribere, caeterum ad eam animi tranquillitatem peruenire adhuc non possum, dabit igitur pro sua in me gratia D. vra Rma veniam, Quum ea quae me vrgent et angunt in sinum Dnis vrae Rmae in qua post Deum, omnis mea spes et consolatio est, effundo, iam me puto non parua passionis parte leuatum, a nemine enim inter Mortales auxilium et consilium firmius expecto, quam a D. vra Rma. Cui me humiliter, vt Dno meo colenmo et quantum possum ex animo commendo. Jesus Christus Dns nr eandem D. vram Rmam quamdiutissime, mihi et omnibus bonis sospitem, et faelicissime florentem conseruet, fasciculum ad S. Mtem Regiam D. vra Rma aperiet. et si mittendus videbitur suo sigillo rursus consignabit. Ex Castro Lubauien penultima Junij M.D.XXXV.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

Sermae Reginalis Mtas et Dna, Dna Clemenma. Humillimam orationum et seruitiorum meorum commendationem. Ex ltris Sacrae Rlis Mtis vrae, quas Nobilis Nicolaus Plothowski mihi reddidit, magnam clementiam et gratiam in me S. Mtis vrae non sine summo gaudio intellexi, eo quod me, et fratres Capituli mei Varmien, contra Alexandrum Sculteti, Ecclesiam meam impura sua vita dedecorantem Canonicum, auctoritate sua Rli S. Mti Regiae Dno nro clemenmo commendauerit, quo eius S. Regia Mtas permota. Cittationem contra eundem Alexandrum ad Instantiam Instigatoris Officij, vt feria secunda post Dnicam Trinitatis personaliter, vbicunque tunc S. Mtas Regia feliciter fuerit, compareat. decerni iussit. Qua de re S. Rli Mti vrae humillime supplico. quum ltris ad me suis

clementer testetur, quod hoc genus hominum apud S. Mtem
vram refugium non habeat, dignetur mihi et Capitulo meo
apud S. Mtem Regiam patrocinari, vt iuxta vim Citacionis,
siue comparuerit, siue pro termino praefixo turbulentus et
impurus ille Canonicus absens fuerit, ad dicta testium contra
illum prolata ab Instigatore Officij Regij procedatur. Quo ab
hoc homine Ecclesia mea, quam suis flagicijs conspurcat,
atq; Capitulum meum, quod suis imposturis et litibus nunq
quietum esse sinit, tandem liberari possit. Factura nimirum
Deo rem gratam, mihiq; et Capitulo meo, immo et S. Mtis
Regiae, ac S. Rlis Mtis vrae seruitoribus, immensam gratiam
beneficiumq; apprime necessarium. Quod seruicijs et humillima
gratitudine, intimisq; votis ad Deum Omnipotentem pro longeua
salute S. Mtis vrae sedulis precibus cum Capitulo meo prome-
reri studebimus. Caeterum Serma Regina et Dna
mea Clementma quod S. Rlis Mtas vra scribi mihi iussit,
certo se edoctam, me ad fratres minores in Oppidis meis Mo-
nachos alios per fugas Ordinis obseruantium intrusisse, com-
pertumq; haberi, q non duntaxat duo aut tres, quemadmodum
meo nomine Plotowski retulit, sed in Vartenberg de
Minoritis xiiij. vel xv. fratres habeantur, me nihilominus
octo ex Germania expulsos alterius professionis illis addidisse,
mihiq; in eos fratres Jurisdicionem vsurpasse. Quod existimat
S. Mtas vra Rlis indigne a me agi, iubetq; vt ea in re, sicut
caeteri in Regno Episcopi, a Monastica Jurisdicione mihi tem-
perem. Faceret hoc quidem S. Mtas vra Rlis iustissime, quin
etiam, si ad eum modum egissem meipsum acrem meruisse casti-
gationem pronunctio. Verum Serma Princeps quisquis is
fuerit qui hanc delationem fecit, reuera praepostere fecit, quum
in pnti, et in hoc ipso die in oppido meo Vartenberg non
plures sunt fratres Minoritae q duo. Et ij quidem, nescio
ob quam vitam manci et valetudinarij, alius autem nemo

fratrum, cuiuscunqz sit Ordinis, apud et cum illis duobus agit,
tantum abest, q illorum sint xiiij, aut q octo alios alterius
professionis illis iunxerim. Porro vt S. Mtas vra Rlis huius
rei nudam veritatem agnoscat, seqz ab ea de me concepta opi:
nione liberet, qui toties etiam vsqz ad defectionis crimen
iniquis modis sum delatus, sed, Deo gratia, nunqz reus peractus.
S. Mtem vram Rlem humillime et intime propter Deum
rogo atqz obtestor, velit hic cuipiam committere, vel ipsi Gnoso
Dno Stanislao Costka Castri Mariemburgen et harum terraru
Thesaurario, vt sub meis impensis oppida mea Brunsberg et
Wartenberg accedat. Monasteriaqz fratrum Minoritarum revi:
deat, exacteqz perquirat, quot in quouis Monasterio habeantur
fratres, et quot alterius professionis ad illos intruserim.
quamqz a me vim et iniuriam patiantur, vtqz singula quae
compererit in noticiam S. Mtis vrae Rlis deducat. Tum si
qua in re deliquisse agnitus fuero, totum me Judicio ac ani:
maduersioni S. Mtis vrae Rlis subiicio, patiarqz, sine
misericordiae imploratione, quodcunqz de me statuerit. Eo exa:
mine facto, candorem et innocentiam meam, quae in tot prioribus
falsis delationibus semper integra, et incontaminata apparuit,
atqz mansit, liquido S. Mtas vra Rlis perspiciet. Quod vero
viros bonos, et vitae sanctimonia probatos, iis duobus Wartenber:
genbus addere destinaram, eos inquam viros qui non perfugae
neqz religionis erant desertores, sed Regulae Diui Francisci pro:
fessores, et in eius Regulae obseruantia conspicuos, ex tra
Misnen a Luteranis depulsos, eo consilio, vt prius scripsi a me
factum est, et in tam amplo Monasterio quod tantundem spacii
quantum oppidum intra Muros occupauit, cultus diuinus, et
sacerdotum numerus, qui hic rarissimus est, restauraretur, vtqz
Parrochi, quorum vnus in dicione mea, et tres, et quatuor Eccas,
ob paucitatem Sacerdotum, ~~obtegere~~ dirigere cogitur, ex illis fratribus
ad Concionandum, et ad sacramenta populo administranda

coopertores haberent, sicque cum illis duobus egeram, vt ipsi in sua Regula, et alii in sua viverent, suisque quiuis illorum Praepositis obedirent. Aelemosinae tantummodo cum conuictu et mensa omnibus essent communes, si ob id merui adeo inique deferri, Dei Judicio relinquo. Haec sunt Ser^{ma} Regina et Dna Dna mea Clement^{ma} quae ad tuendam innocentiam meam, me ipsa rei aequitas ac veritas scribere compulit. Ea vt S. M^{tas} vra R^{lis} clementer apud se expendere, boni consulere, et si quid grauioris suspicionis de me conceperit in auras refundere dignetur, quantum possum humilius et impensius oro, meque illi suppliciter commendo. a Deoque omnipotente S. M^{ti} vrae R^{li} aetatem diutissime florentem et prosperrimam, faustaque, iucunda et grata omnia precor ex animo. Dat. Heilsberg. quinta Maij. M. D. XL.

Prelati Canonici atque Capitulum Varmien.
Bone Regine Polonie

Ser^{ma} Princeps Clement^{ma} Regina, et Dna dna gratiosissima. Humillima nostra obsequia, et deuotissima studia vrae Ser^{mae} M^{ti} Reginali, in officiosa commendatione ex sententia offerimus atque deuote exhibemus. Ser^{ma} Regina Clement^{ma} Dna, lras S. M^{tis} vrae ad querelas Ven^{lis} Dni Doctoris Joannis Benedicti, Confratris nri charissimi gratiose ad nos scriptas, debita reuerentia accepimus, et ea de quibus grauari et queri visus est: Sane intelleximus, et mouent nos quidem istae delationes, coram S. M^{te} vra nobis in tergum factae, et amaro animo in nos dictae, cum periculum sit, ne nos opinione aliqua minus expectata, onerent, et nram aestimationem, apud S. M^{tem} vram, nro deornamento molinent. Verum cum minime dubitemus, vram

Ser^mam Reginalem M^tem alteram aurem, domini Doctoris Joannis querelis accommodasse, atque pro aequitatis ratione. Alteram nrae responsioni reseruasse. certa spe ducimur. Nobis, coram S. M^te vra consilij nostri rationem reddentibus. nos dicti dni Joannis delationem euasuros, et iniuriae (quae putatur per nos admissa) suspicionem, in audientia S. M^tis vrae facile declinaturos. Quare S. M^tas vra, nos benigne audire, atque satisfactionem nostram, clementer dignetur admittere. Ser^ma Regina, clement^ma domina. Constitutiones nrae Juratae, (de quarum praeuaricatione accusati sumus) Articulum quendam habent, qui de hac causa, de qua contra nos queritur, in eum sensum disponit quod Canonico non liceat, Domum vel Canonicalem vel Allodium optare, ~~optare~~, nisi in praebendae suae reali pacifica possessione per Annum fuerit etc. Caeterum cum egregius vir, dominus Doctor Stanislaus Hosius etc. ante et post biennium, forte Allodium quoddam diuerso tempore bis optasset, huius Articuli vigore remotus fuit, ob litem eidem de Praebenda sua motam, et nondum (quod sciebatur) extinctam. Contigit autem postea, praefatum D. Hosium. Cum parte aduersa, coram Ordinario R^mo dno Episcopo nro concordari, et sic litem consopiri et extingui, vnde putabat. Anno post repulsam euoluto, tempore debitae vacantiae sibi licere et iuste competere, suo Jure gaudere, et Allodium optare posse. Sed tempore intereunte procuratoris sui negligentia nihil amplius est sollicitatum. Et sic optionis causa, mansit indefinita. Anno autem praesenti in mense Julio, venit huc memoratus Dns Joannes Benedicti, et in ista iam enumerata Allodii dispositione, optauit hoc ipsum, optione tamen facta, procurator Dni Hosij. Ven^lis Dns paulus Plotorosti, Praepositus Ecclesiae huius nrae volens, secundum fidem et debitum suum, rem et commodum principalis sui, minime negligere, reduxit nobis omnibus capitulariter congregatis in memoriam, quomodo aliquot vicibus optasset etc. petens sui principalis, eandem rationem haberi.

his verbis dictis praefatus dn̄s Praepositus, atq etiam dn̄s Joannes Benedictus simul exiuerunt. Et ad Capitularem interloquutionem: loco cesserunt, Conclusum igitur fuit, Domino Doctori Joanni dispositionem dictae causae proponere. Et Jus quod iam putabatur dn̄s Hosius, ad rem et in re habere, aperire, Verum dn̄s Doctor Joannes, primum in Gdanum, et postea rediens, hinc in Lituaniam discessit. nec praesidentem, nostrum de responso requisiuit. Et causam Allodii ita in suspenso, reliquit. Quamquam et statutorum nr̄orum vigore, optio Ven^lis Dn̄i Joannis ad praesens facta, fuit nulla. quod ipse ante optionem aliud Allodium, quod prius tenuit non dimisit. Nec etiam dimissi allodij Regestra Ven^li Capitulo: prout tenebatur, praesentauit, hoc enim ita faciendum Statuta per expressum continent. Non multo tamen ita post Ven^lis Dn̄s Stanislaus Hosius per l̄ras nobiscum expostulauit, querens, cur in Jure suo neglectus esset maxime cum constaret, eum cum parte aduersa concordasse et ad quietam possessionem venisse etc. Quibus omnibus recte expēsis, et in bilance sani Judicii et rationis debite ponderetis, putabamus dominum Hosium, etiam Ser^mae M^tis Regiae Aulicum et seruitorem, atq confratrem nostrum Char^mum, sine Juris sui praeiudicio, nos praeterire non potuisse, quia longe ante dominum Joannem tocies optasset. Et etiam Ratio et causa, cur hactenus impeditus fuit. plana concordata et de partis, eidem litem mouentis consensu, consopita esset, Quare Justicia et aequitate suadentibus, eundem (maxime de eo requisiti, et primum Jus in Allodio habente. (cum Statuta clare dicant, diligentia praeuenientis considerata etc.) praeterire, non potuimus. Istis rebus sic stantibus et ita se in veritate, quae Deus est habentibus. Ser^ma M^tas vr̄a Judicare dignetur, an vlla Dn̄o Joanni facta sit iniuria, an eius dignitate fiat quod nos ita sine merito ante non requisitos, traducat, Et in conspectu Ser^mae Regi:

nalis M^tis vestræ. Inconstantiæ et iniuriam etc. nominibus gra:
net. possemus contra eius querelam et delationem multum passionate
et parum caute factam, magno nro ornamento respondere. Sed
eligimus ad præsens prout religionis Sacræ ordo docet. potius
noxam remittere. Et percutienti nos in maxillam vnam. Alteram
Domini præcepto, in patina exhibere, q in fratrem nos grauius
vlcisci. vindictam ad dominum referentes. Ideo Ser^mæ Reginali
M^ti vræ humiliter et deuote supplicamus, dignetur ex Reginali
gratia, nra motiua, debite ponderare, et ex circumstantiis, an nobis
ad Domini Doctoris Hosij præiudicium aliter licuit facere, recte
estimare. Atq etiam Dominum Doctorem Joannem ita informare
vt sit nræ æstimationis rationem habeat. Ne sibi et nobis iniuste
traducendo, negocium faciat. Nos in gratiam Ser^mæ M^tis vræ
iterum atq iterum ex sententia commendantes. Quam omnipo:
tens pater ad longa quieta tempora incolumem seruet et feliciter
sospitet. Warmiæ XVj Nouembris Anno post redemptum
mundum M. D. XL.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen
Bone Regine Polonie

Ser^ma Reginalis M^tas et Dna, Dna mea Clementissima
Humillimam orationum et seruitiorum meorum commendationem.
Quod S. M^tas vra scribi mihi iussit, consolatorias meas, quas
cum Generoso D. Castellano Gdanen dederam, ac animi mei
in illis ad inseruiendum S. M^ti vræ supplicem propensionem
clementer se accepisse, maiorem me in modum exhilarauit. Jamq
etiam cerx is qui metu quodam in re quapiam magna liberatus.
lætitia gestiebam. verum hoc mihi gaudium, quum auide legendo

pergerem, subito euanuit, eo q non secus S. M^tas v^ra me hortari dignatur, atq eum qui post commissu aliquod contra fidem facinus, receptus in gratiam, promptior et fidelior q prius fuerit reddi debeat. Quae de me concepta opinio non paru me contristauit. Nihilo tamen secius mens recti conscia, candorq et integritas mea erga S. M^tes Regias D^nos meos clemen^mos Quibus illam perspectiorem esse mihi persuadeo q quod in dubium vocari poßit, me confirmauit, beneq sperare ioßit, fore aliquando vt quemadmodum iam non semel S. M^tas v^ra innocentiam meam a maleuolis meis tocies nequicq arrosam agnouerit, pereque et in p^nti (modo illos et me Tribunali Regio statuat) solidam et constantem experiretur. Fieri quidem nequit, quin iterum hinc contra me haec clandestina tela ex ea fortaßis qua prius pharetra, sint emißa. Quae quum antehac in me haerere non potuerit, quantumuis denuo exacuentur, veneniq stillent occultis in immerentem: Deo veritatis et innocentiae tutore, frustrata concident. Quid non hominu improboru malicia, et tam versuta nocendi cupiditas audet? quae toties licet a seipsa victa sit, spem tamen victoriae, odio occaecata, sibi promittit. Proinde impensißime oro. S. M^tas v^ra, vt quomodo res habeat certo pronunciare valeat, occultos illos meos Insidiatores, et me in campu apertum committat, ecquidem etiam si cataphracti omnigenis dolis et sycophantiis, Philestheo illo magno, vel similes vel superiores sint, congrediar nudus cum funda syncera, erga Ser^mos Principes meos fide, instructa, et lapide veritatis, quae Deus est. munitus, scelestum illud caput mendacii. cuius pater est Sathan. gladio eorum proprio abscißurus. Quo sic in omnium oculis victi, persequi me tum demu, de illis nulla in re (quod sciam) male meritum desistant. Hoc porro pacto S. M^tas v^ra hac molestia toties me cohortandi carebit, tunc siquidem quibus cum (si Diis placet). et quibus in rebus conspirauerim, nulli clam erit. Indulgeat queso. S. M^tas v^ra iis meis ex re non vana

natis affectionibus, quas maxime auget, quod eos ex nomine mihi scire non datur qui tam sint insignite improbi, hostesque meae bene vbique conseruatae et fidei et existimationis tam meticulosi, vt a me nosci vereantur, quibus nihilominus impune amarulento animo commenta confingere permittitur, et forte creditur. Non ausim S. Mtem vram de promisso interpellare, quae superiori tempore et proxime postquam ex Wratislauia rediissem clementer mihi dixerat, se deinceps contra me nulli credituram nisi prius fuerim conuictus. Quod ipsum vt praestet, quantum humilius et studiosius possum, rogo, si boni illi scilicet viri me vocare in Ius ob impensarum defectum non sustinent (modo nominatim se mihi proferant) meis impensis non carebunt, quo vel sic tandem hoc de me dubium, quod me vehementer pungit, ex animo S. Mtis vrae elidatur. Ea quae S. Mtas vra in negocio Generosi Dni Palatinidis Pomeraniae, quod a Dmb hic Consiliariis, me praesidente, legittime absolutum est, et in aliis quibus me officii mei commonet, mihi iniungat, solita dexteritate sic exequar, quemadmodum in administratione Justiciae iurata mea fides postulat, quam Deo teste, qui nouit abscondita cordis, seruo, seruaturusque sum incorruptam, sicque mecum sepulchro inferam, ad eaque pro virili intendam sedulo, prout consueui hucusque, quae ad honorem et commodum S. Regiarum Mtum et S. vrae Rplis pertinere noui, aut in posterum sum agniturus. Neque putet S. Mtas vra quod diligentior aut fidelior quam fuerim hactenus futurus sum vnquam. Etiam si indies subinde eiusmodi commemorationes inculcentur. Quandoquidem conatus mei vlterius quam extensi sunt, extendi nequeunt, feci enim et facio semper, et certe meopte studio, ad quae Jurasiurando deuinctum, astrictumque me esse sentio, ad haec item, et vi quadam naturali, naturaeque instinctu ac amore erga clementmos Reges meos sub quibus natus educatusque sum, atque innumera ope gratiosa S. Mtis vrae beneficia percepi, mea sponte libens accurro, ferorque non inuitus. Neque aliud vnquam quisquis is fuerit, dicere scribereue illesa veritate poterit, quae me vt tutata

est iam toties pariter usque ad ultimum meum halitum ab eiusmodi fraudulentis impostoribus, innocentiam, et fidelissimum syncerumque erga S. M^tes vras animum meum incontaminatum tuebitur. Hanc meam contra subdolos meos adversarios defensionem. quam non iniustus dolor extorsit, ut S. M^tas vra benigne admittat, meque sua, quam aliquando merui, gratia prosequatur, intime supplico, meque illi suppliciter commendo, a Dno Deo orans ut eandem S. M^tem vram in diuturna prosperrimaque mentis et corporis salute, quam diutissime concedat vivere incolumem, Ex Heilsberg XXij Decembris M^o. D^o. XL°.

Ioannes Dantiscus Epus Culmen.
Nicolao Crabia Succamerario Siradien.

Generose Dne amice unice char^me. Salutem et omnem felicitatem. Has tumultuario ad D. vram, calamo perscripsi, non solum ut novissimis, quas per Generosum Dnm Castellanum Gdanen ad me plenas veteris benivolentiae dedit, responderem, verumetiam ut illi afflictionem meam, quae iterum in me per clandestinos quosdam quadruplatores congeritur, in sinum D^nis vrae profunderem, priusque D. Castellanus ad Aulam proficisceretur, rumore quodam ad me fuit perlatum. quod iterum apud S. M^tem R^lem traductus essem, quasi cum certis hic Dnis Consiliariis, praecipue vero cum Magistratu Gdanen, defectionem pararem, et conspirationem ad hoc facinus fecerim. Quod ut crederem induci non potui. confictumque esse existimabam, quo factum est quod ne verbo quidem huius delationis, quam commenticiam esse putabam, mentionem cum Dno Castellano habuerim et ob id ea de re nihil vel significandum vel scribendum ad Aulam duxerim.

Lectis porro S. Reginalis Maiestatis ad me literis quas ille mihi reddidit, idem quod vanum esse rebar, plusquam verum, expertus sum, ad eum enim modum S. Reginalis Maiestas mecum expostulat, meque cohortatur, ut officio debitoque senatario quemadmodum ad bonum ac fidelem Consiliarium pertinet, omnia hic gerere, consulere, atque agere debeam, perinde ac si erga sim defecturus, vel hucusque officio debitoque meo infideliter usus fuerim. Hinc clare mihi liquet quod iterum eiusmodi contra me a fraudulentis Impostoribus S. Reginali Maiestati,[F] D. vestra ad me superioribus annis Lubaviam venit, subvereorque ne ex ea sit farina qua prior. Proinde quantum potui humilius et modestius S. Reginali Maiestati scribens, innocentiam meam defendo. Quod ipsum ut similiter D. vestra faciat, quae non vulgaris integritatis meae testis esse potest, plurimum rogo, vel saltem hoc a Reginali Maiestate Domina mea clementissima obtineat, ut sciam qui sint illi qui adeo perverse et malitiose me deferunt. Quos si sciero, apud Tribunal Regium, ad quod illos non segniter prosequar, candorem ac fidei meae integerrimam observantiam S. Reginalis Maiestas agnoscet, sicque agnoscet, ut in posterum necessarium non erit me toties cohortari. Hanc ut amico operam D. vestra citra S. Reginalis Maiestatis gratiae offensam, impendat, maiorem in modum oro: vicissim me D. vestra ad omnia et desideria sua propensissimum habitura. Quam felicissime feliciter valere ex animo cupio. Ex Heilsberg XVII Decembris M.D.XL.

[F] insimulatio prolata sit, qualis fuit illa cuius ratione

Ioannes Dantiscus Episcopus Culmensis
Bonae Reginae Poloniae

Serenissima Reginalis Maiestas et Domina Domina Clementissima. Humillimam servitiorum et orationum mearum commendationem. Cum is Generosus D. Palatinides Pomeraniae Raphael a Ca:

nopatus Ecclesiae meae Canonicus ad Aulam proficiscatur, non potui illud sine meis ad S. Mtem vram Rmam a me dimittere, ob id potissimum quod quidam sunt apud Ecclesiam meam qui illud in Jure Nominationis, quod a S. Mte vra habet impedire, immo ex eo detrudere Romanistis sycophantiis moliuntur, quorum antesignanus est Alexander Sculteti a S. Mte vra Dni mei clementissimi iustissime ob detestandam haeresim proscriptus, is XXij Octobris praeteriti ad Vrbem concessit, vbi caelum terrae miscere contendit, nullumque non movebit lapidem. vt eos maxime qui Jure Regio aut S. Mtis vrae ad Ecclesiam meam intrarunt, omni qua potest molestia perturbet. Verum quia ijs diebus S. Mtas R. mihi et Rmo Dno Culmen ac D. Ppto meo Varmien lris suis commisit, vt eiusdem Alexandri proscripti arculam, quae ab illo accepta, et inter res eius inventa fuit, atque ad Arcem Marienburgen tradita, inter nos convenientes discuteremus, apertaque omnia in ea reperta, scrutaremur, quod quum proximis ijs diebus fecissemus, magnam fraudium, et in servitores Regios atque Rlis Mtis vrae perturbationum vim et Thesaurum invenimus, multa contra S. Mtem Regiam, eiusque Mtis superioritatem, porro longe plura contra Corpus et sanguinem Jesu Christi Domini nostri, sanctorumque patrum instituta, contraque Sedis apostolicae auctoritatem, in libello Tiguri apud Helvecios excusi, Henrici Bilingeri omnium Sacramentariorum Principis, qui Zvinglio occiso, in concione apud Tigurinos successit, illumque post se longo intervallo relinquens in maledicentia, impietate et blasphemia multis curriculis praecessit, hunc itaque libellum manu ipsius Alexandri varijs passim in locis marginum annotatum, et in Arcula repertum, vnacum Arcula et rebus in ea omnibus, a nobis visis et perlectis, sigillis nris obsignata, cum Instrumento publico desuper confecto, ac lris nris per proprium Nunctium S. Mti R. misi, vnde quum prius per dicta testium Alexander manifeste haereticus esse, convictus sit, et pro eo, omni Jure a S.

M^{tas} Regia condemnatus, non poterit Summus Pontifex eo libello
viso Decretum proscriptionis contra Alexandrum non confirmare
approbareque pro suae celsitudinis officio, ea quae S. M^{tas} Regia
contra tam impurum haereticum statuit, Quod eo facilius succedet.
si et suam operam S. M^{tas} vra R^{lis} in fauorem suorum et Re:
giorum seruitorum, impendet, Idipsum vt faciat non grauate oro,
et me S. M^{ti} vrae supplicissime commendo. Quam vt Deus Omni:
potens diutissime florentem, prosperrimeque valentem conseruet. ex
animo intime precor. Dat. Heilsberg XV Februarii Anno D^{ni}
M. D. XLI.

Joannes Dantiscus Ep^{s} Varmien
Bone Regine Polonie.

Ser^{ma} Reginalis M^{tas} et D^{na}, D^{na} mea Clement^{ma}
Humillimam orationum, et seruitiorum meorum commendationem.
Q. S. M^{ti} vrae l^{rae} meae acceptae fuerint, me plurimum exhila:
rauit, velim enim studia mea omnia nunq S. M^{ti} vrae fieri
ingrata. Caeterum quod a me clementer postulat atque horta:
tur, vt officii mei memor S. Regiae M^{tis} et Reipublicae nego:
cia curae habeam, quemadmodum fidei meae debitum exigit,
Calcar vltro currenti addidit: Quandoquidem id incorrupte, ac
integerrime praestiti semper, Ab eo officio etiam non accedente
monitore, desiturus sum nunq, cuius illi egent de quorum fide
dubitanter creditur. Quod quidem meum officium, ab eo tempore
quo per omnem meam aetatem Regnis commodis inseruire cepi, ab
ijs qui me penitius norunt, veritatemque fateri non verentur,
satis habetur compertum, resque ipsa indies monstrabit clarius
vtque itidem sibi, de me S. M^{tas} vra persuadeat impensissime

oro, Cui me suppliciter commendo. valetudinemque diutissime florentem prosperrimamque a Dno DEO intime precor. Ex Heilsberg. xiij Aprilis . M. D. xlij

Joannes Dantiscus Eps Varmien.
Bone regine Polonie.

SERma Reginalis Mtas et Dna, Dna clementma.
Humillimam seruitiorum orationumque mearum commendationem.
Quod me S. Mtas vra nouissimis suis lris de nuptiis certo futuris S. Mtis Regiae Junioris certiorem reddiderit, et quod eam sollicitudinem quam varius mihi hic rumor ingessit, maxime, quod nescio quid ex Gallia, de alio coniugio tractari ferebatur, ex animo meo excusserit, quas possum gratias habeo, factusque hinc alacrior, atque etiam DEO gratia, in valetudine firmior, ad profectionem, et ad ducendos choros sum paratior, quamuis nondum humeri et scapulae, vnde adhuc manus praepedita, me dictatura vti cogit, noxiis humoribus grauentur, quos tamen, sole redeunte calentiore, dissolui spero, neque adhuc desunt vomicae pedibus, quibus sine pedibus cyathi (vt clementer iocatur S. Mtas vra) superiori tempore causam fortassis dederunt, quos quidem humores iam in coenis et abstemius a reditu ex Wratislauia victu leniore, relictis acepodibus, diluo, mutatoque more pristino, alium me induere, pro status et aetatis condicione, proque salutis ratione, non adeo necessitas, quantum voluntas adegit. Longe alia mens hominibus in domestica atque aulica vita, innascitur, cuius, iam prorsus pertesus, extra priuatos parietes me exercere, si fieri possit, minime cupio. Vt tamen, priusquam e viuis cessero, S. Mtes vras, vel semel adhuc videre, reuerenterque coram

venerari mihi detur (modo non grauior morbus itineris patiens intercedat) Cracouiam. DEO benevolente, quibuscunque possim modis me duci curabo. Quid medici præstare valeat, incognitum mihi non est, eorumque itaque opera vtor rarius, et iam fere ab annis triginta vsus non sum, languores quidam non mortiferos curare, doloresque sedare possunt, non item terminum prorogare, qui nulli cedit. Quumque haud dubie moriendum sit, absque cruciatu quem illi suis pharmacis morituro addunt, hinc euolaturus sum: quando DEus iusserit liberius. Quod Cardinalatum aliumue statum ampliorem ad accumulandos honores honoribus, diuitiisque diuitias, quemadmodum S. Mtas vra scribit, præter aliorum Ecclesiasticorum morem videor non ambire. sic reuera habet, et si S. Mtas vra recte meminit, me nunquam ambitiosum fuisse agnoscet. Quod Dns Deus per S. Mtes vras, quarum corda in manu eius sunt, mihi dedit, suscepi non inuitus, ignorans tum quid susceperim, et quam grauem prouinciam, de qua seria reddenda est ratio, mihi imponi permiserim, sed non potest dicere figmentum figulo, cur me sic fecisti. Ambicio, cupiditas, fastus, Luxus, atque religionis obseruantia, tenuis admodum ac modica, quibus Ecclesiastici passim vitiis laboramus, turbulenta hæc dederunt tempora, vtinam resipisceremus, ne id nobis Romanis quod Græcis accidit, eueniat. Sed de his hactenus. Quod S. Mtas vra, clementem propensionem suam Dno Georgio Schefke Burgrabio et Præconsuli Gedanen, ad humilem meam commendationem pollicetur, vt in officio Regio hoc anno maneat. immensas gratias ago. Qua in re paucis nudius tercius S. Mti vræ scripsi, quumque eiusmodi officii postulationem, Magratus Gedanen apud S. Mtem Regiam faciet, iterum de eo S. Mti vræ suggeram mentionem, ipsumque D. Georgium Schefke S. Mtas vra sibi ingratum non agnoscet. Vtque iussis S. Mtis vræ satisfiat, noua quæ his diebus accepi, perstringam breuibus. Scripseram prius, conflictum magnum inter Anglos & Scotos

comissum fuisse, de victoria tamen ad quam tum partem incli:
nauerit, non constitisse, nunc primum allatum est, excedentes
è Scotia Anglos, subsequutos fuisse Scotos cum Rege et copiis
omnibus, quod postquam Angli compertum habuissent, in duas se
partes diuisisse, persequentesque Scotos in medium sui recipientes
fortiter inuasisse, vertisseque in fugam. In qua Rex grauiter
sautius fertur occubuisse, cum eoque multitudinem ingentem, captos
esse Duces quatuor, et Comites viginti quatuor, qui perducti
in Angliam, a Rege inibi nouis vestibus induti, ac sigillatim
quisque eorum viro cuipiam in Anglia Principi, in custodiam datos
baculos candidos in manibus pro spectaculo, publice circumferre.
Quicquid in his postea adferetur S. Vtem vram latere non sinam.
Ex Suecia dicitur, illum qui se pro Rege gerit, cum subditis
tumultuantibus, quasi concordiam et reconciliationem peteret.
Conuentum instituisse, dissimulataque fraude, primores viros et
gentis huius ductores in profectione ad Conuentum occidi cura:
uisse, fuisseque quosdam occisos, qui praecesserat non magni momenti
viros, quod quum potiores. qui subsequebantur, intellexissent.
omnibus viribus et copiis suis collectis Stokhelmum Castrum
et Ciuitatem eius Regni praecipuam, in qua Rex ille se con:
tinet, acriter in praesens obsidere, qui sit futurus exitus,
tempus docebit. Ducem Iuliacen, opera confoederatorum
numerosum conscribere militem ferunt. contra diciones
Caesareas Belgicas, verum sine neruo, militemque ab illo confu:
gere eo vbi stipendia soluuntur, quae apud Caesareos, quam
apud Saxonem, Hessum, et ipsum Iuliacensem sunt paratiora
et in copia feliciore, sic adhuc totus fere orbis Christia:
nus turbulentis fluctibus exagitatur, magnamque in se irruendi
infidelibus prebet oportunitatem. A quorum vi efferataque
ferocia, quod nos Dominus Deus, pro nobis pugnans (quia nulla
salus in homine) defendere ac tueri velit, summis precibus
est contendendum. Qui vt eandem S. Vtem vram diutissime

prosperrimeque valentem atque florentem conseruet, intime precor, meque eiusdem S. M^tis v^rae quantum diligentius demississque possum humiliter commendo. Dat. Heilsberg XXVII Februarii M. D. XLIII.

Joannes Dantiscus Ep^s Varmien.
Bone Regine Polonie

Ser^ma Reginalis M^tas et D^na, D^na clementissima. Humillimam seruiciorum et orationum mearum commendationem. Post eas quas prima huius ad S. M^tem v^ram dedi, hoc quod prius de occiso Scotie Rege scripsi, constans fama confirmauit, addens insuper, quod Principes illi viri Scoti, quos Rex Angliae captiuos habuit, et largiter donatos a se in Scotiam dimiserat, ab Archiepiscopo et Primate illius Regni, eiusque partes sequentibus, in quodam Scotiae Castro obsessi, proditoresque ac desertores Regis sui declarati, atque iterum rapti, in Angliam sunt remissi: Quae res si sic habet, vt certo fertur, Regem Angliae spes sua destituet. Scribitur etiam, quod Rex ille armatas naues centum in Hispaniam misit, quibus Caesar suis nauibus ducentis coniunctus, ex Hispania ad Belgas inferioris Germaniae profecturus perhibetur. Quodque a Rege Angliae Gallis publicum indictum sit bellum, vnde orbis Christianus nouas habiturus est turbas. Inter domum Burgundiae et Gelderen dissidium componi non potuit, quod hac aestate instante, non paruam rerum perturbationem pariet. De Sueciae Tiranno, quod prius, nempe milites eum conscribere adhuc rumor est non raucus. Hambergen qui numerosas educere possunt naues, quarum non paucas a Burgundionibus per pacta et foedera recuperarunt, illis iuncti, velictis Danis in Angliam et in portus

solitos navigationem struunt. Haec sunt quae de novis parenb S. Mtis vrae iussis, cum hoc Nunctio scribenda se offerunt, cum quo mihi intereundum occursuro, si S. Mtas vra rescribi comiserit (quod summopere peto) ad ea praesertim, quae adhuc affecta manu in Scheda exaraui, gratissimam mihi gratiam imparciet S. Mtas vra. Cui me supplicitex commendo, atq omnia fau: stissima, in aetate diutissime florente, a Dno DEO intime precor. Ex Heilsberg. vta Aprilis M. D. XLiij

Joannes Dantiscus Cps varmien. Bone Regine Polonie.

SERma Reginalis Mtas et Dna Dna clementma. Humillima orationum & servitiorum meorum commendationem. Redditae mihi sunt ante novissimas, quas a Nunctio meo habui, his diebus bina S. Mtis vrae lrae, quarum primae pro D. Joanne Volski scriptae, cui S. Mtas vra nominationem ad Ecclesiam meam contu: lit, prae se ferebant non recte in ea causa S. Mti vrae relatio: nem fuisse factam, quandoquidem D. olim Doctor Nicolaus Copernicus Ecclie meae Cancus non pauloante, vt S. Mti vrae expositum est, sed eo tempore obierat, quo nuper in profectione eram versus Cracoviam, is vivus adhuc, Coadiutorem a Sede: Aplica confirmatum, sibi asciverat, qui post mortem eius accepta possessione, sine cuiusvis contradictione, illi legittime successit. Qua de re, hoc quod viij Novembris S. Mtas vra mihi iniun: xit, contra eum qui in principio Maij ad Ecclesiam meam per Diplomata Aplica admissus est, praestare neq potui, neq licuit. Satius esset, vt is adolescens Volski, qui domi iuventutem suam, modis omnibus, hoc nro seculo inter Nobiles receptis

non indiligenter exercet, bonis l[itte]ris alicubi in Italia, quum in Germania ob Luteranismum vetitum est, non paucis annis daret operam, nusq[uam] e[ni]m alibi q[uam] Elbingi sub Gnapheo praeceptore, quem ego coniugatum Sacerdotem per mandata Regia ex mea Dioecesi exegi, in Ludo fuit L[itte]rario. Quod porro ad conseruandas in vigore Nominationes S. M[aies]t[a]ti v[est]rae concessas, pertinet. modo legittime cum illis ad Ecc[les]iam meam fiat introitus, nihil a me desiderari patiar. Caeterum quae in l[itte]ris XXI Nouembris et X nouissimi Decembris datis de Capitanea Rogosnen[si] S. M[aies]tas v[est]ra attigit, in quibus me dignabitur, quum responsum habuerit, reddere certiorem gratissimu[m] erit non satis faeliciter coniugatae vt in eo S. M[aies]t[at]is v[est]rae mentem et erga se clementiam agnoscat. Exhilarauit me, q[uod] libellus a me missus non displicuerit, igni enim quae in eo habentur, iam a me fuerant destinata. DE Juliacen[si] aliud q[uam] quod scripsi, hucusq[ue] cognoscere nequiui, de cuius Statu, immo et ipsius Caesaris, adeo variant nouitates, quae ad nos perueniunt, q[uod] eas scribere pudeat, quandoquidem in tot sectarum confusione, tam multa sibi contraria feruntur, vt non facile inuentu sit, quid credi debeat, nempe tot passim confinguntur noua, ex hominum affectionibus enata, quot ferè sunt capita. Quum tamen certi quiddam accepero, quod temporis filia veritas proferet, S. M[aies]tem v[est]ram non celabo. Cui me suppliciter commendo. aetatemq[ue] diutissime florentem, faustissimaq[ue] precor omnia. Ex Helsberg iiij Januarij M. D. xliij

Joannes Dantiscus Eps Varmien.
Bone Regine Polonie

SERma Reginalis Mtas et Dna, Dna clementissima.
Humillimam seruitiorum et orationum mearum commendationem.
S. Mti vrae Reginali supplices gras ago, quod in causa cuius
ratione testium picturam vidit, se adeo clementem ad meas
commendaticias exhibuerit, effeceritqz, qp huc ad D. Consiliarios
sit remissa, haec quali affectione tractabitur, exitus docebit, per
me non stabit, quo minus id fiat, in hoc perplexo negocio, quod
mera iusticia postulat. Creuerunt in his nouissimis temporibus
conscientiae vinculo, obseruantiaqz religionis soluta, qua plurimi
modo neqz Deum neqz homines verentur, tam peruersae mentes,
vt difficile sit cognitu cui tuto credi possit, in hac tamen causa,
licet satis obscura videatur, sunt non dubia, quo se referat aequitas
iudicia, quae vtcunqz aliquando opprimitur, semper tamen in lucem
erumpit. Deberem quidem S. Mti vrae, vt mihi iniunxit, noua
quae huc adferuntur scribere, verum pauca, et ea incerta admo:
& hic accipimus. De Sermo Rege Angliae narratur qp
numerosum congerat pro Caesare exercitum, quoqz non paucos equi:
tes et pedites suis stipendiis in Germania conscribi faciat.
Rex Daniae occlusas tenet freti sui Angustias, et neminem
per eas transmittere statuit, quod non parum Reipublicae
Regni, et huic nrae incommodabit, dicitur tamen, vt pacem
assequi possit, (qui prior bellum indixit) ad Caesarem quatuor
Oratores misisse, et qp eam Spirae in Comiciis Imperii Ill.
Lantgrabius Hassiae, cum Meckelburgen et Lucenburgen
Ducibus tractandam susceperit, quae tractatio, nisi opera Serlmi

Regis nri per allegatum eo Nunctiu serio fiet, cassa mihi futura videtur. Neqz hoc nouum tacendum duxi. Citatos Proconsules Gdanen. cum magna pompa, per non paucos obuios, eius societatis equites, quasi re optime confecta, susceptos: Ciuitatem intrasse, qd quidem ingratum mihi esse nequit, hoc tamen non item, quod vulgo iactatur. Instigatorem Regii officii sub scamnu se abscondisse, et in Citatorum aspectu non fuisse prodire ausu. velim enim auctoritatem existimationemqz Regiam, in ea praesertim Ciuitate, vbi in religione non parum variatur, integram esse. Sed haec hiis pro fide mea addita, nolim cuipiam esse offendiculo vel detrimento, qui nihil cupio ardentius, quam quod locus is mihi genitalis, in quo primu vidi lucem, per diuinam atqz S. Mtis Regiae gratiam cresceret, fieretqz indies, in omni faelicitate auctior. Si quid postea resoluta glacie, nauigabile mare factum attulerit, cum primis S. Mtem vram non celabo. Cui me suppliciter commendo: et a Dno DEO aetatem diutissime prosperrimam, et fausta omnia precor. Ex Heilsberg XXVij Marcij M. D. XLiij.

Joannes Dantiscus Eps Varmien.
Bone Regine Polonie.

SERma Reginalis Mtas et Dna, Dna Clementissima
Humillimam seruitiorum et Orationum mearu commendationem.
Quod S. Mtas vra telam nuper missam clementi animo susceperit, fuit mihi gratissimu. Porro quod Tabellarius is meus dixerit, quot vlnas quodlibet stamen continuerit, et quanti quaeuis vlna venierit, celare insipientiam suam non potuit. In Adagio est: Mitte sapientem et nihil dic, iam experior, si bardus mittatur, nihilqz dicatur, quod etiam de nihilo illi imponendum sit silentiu

Qui scire vaniloquidorus quiuit de mensura et precio, cum ego qui illi compactam sarcinulam tradidi, quomodo hæc habeat, ignorabam, verum vt ad me perlata fuit, sic eam baiulus ferendam asportauit. Ne itaque grauius præposteram illius loquentiam, tanquam a me eam habuisset, accipiat, suppliciter oro. Mittet item D. Georgius Schefke ad me mappas, quam primum eas nactus fuerit. pro quo quod S. M^tas vra clementer benignitatem suam impenderit, gratiam habeo quam maximam. De nouis ad præsens huc ex Dania allatum est, quod Regis illius Nuncij ex Spirensibus Comicijs redierit, clam tamen adhuc esse quid attulerit, pacem eos non attulisse, ex eo liquet, quod tota Dania in armis esse fertur. et quod Decimus quisque inibi ad defensionem conscribitur, mareque omni ex parte infestum reddatur. Ferunt etiam Regem Angliæ ingentem paraße Classem, traiecturumque, vt nouissime scripsi, in Gallias, quid subsequetur, euentus docebit. Non video quod hæc bellorum tempestas, infeliciter orta, fieri possit mitior. Quam nisi breui DEVS pacauerit, non procul postrema illa tempora tremenda abesse, erit putandum. Si quid postea se obtulerit, vt iussis S. M^tis vræ satisfiat, non cunctabor Cui me demississime commendo atque a Dno DEO omnia corpori et animæ saluberrima precor ex animo. Dat Heilsberg. xvi Aprilis M. D. xliiij.

Joannes Dantiscus Eps Varmien
Bone Regine Polonie.

SERx^ma Reginalis M^tas et Dna, Dna clementissima. Humillimam seruiciorum et orationum mearum commendationem. Quæ in proximo nostro Conuentu per Rx^mos et Mag^cos

Dnos Regios Legatos acta sunt, ex meis lris ad S. Mtem Regiam,
quas iis igitur, quod Rmus Dns Plocen Procancellarius non
adsit, iunxi. S. Mtas vra intelliget, oportuneque ad eam legationem
idemipse Rmus aduenit, alioqui negocii dubius vel potius turbu:
lentus fuisset exitus. Sunt enim hic homines, Ciuitates, et
Oppida, quae ad eum modum, vt in Regno, cogi non volunt, et
qui, priusquam sua Priuilegia et libertates infringi paterentur,
omnia perferre mallent extrema, fecit itaque prouidentissime S.
Mtas vra, quod ad meam ex sincera fide profectam commendationem
ad S. Mtem Regiam intercesserit, vt Rmus Dns Plocen (Samuel Maciejowski) mitte:
retur, a quo, quum XXI huius, vt constituit, redierit, de multis
quae apud nos fiunt S. Mtas vra edocebitur, et quae aliquando
in posterum proderunt. Scripsi etiam S. Mti Regiae, quibus
modis eius Mtas traducta sit, per quosdam Polonos in Vrbe
Roma passim, et apud quatuor illos Carles, quibus cognitio
causae fuit commissa, Sacramentarii illius Alexandri a Mte Regia
ex omnibus Regnis dicionibus iustissime proscripti, quod eius Mtas
Regia repuerascens per grandem aetatem, iam tota deliret ac desipiat,
et quod licet aliquando lras subscribat, tamen nullius rei in administra:
tione Regni curam gerat. neque de lris quas subscribere solet, noticiam
habeat, verum omnia agat ex arbitrio aliorum, et Procancellarii.
reliqua scriptu indigna sunt. Sed de iis Rmus Dns Plocen,
quum sospes redierit, fusius referet. Qua de re S. Mti vrae hu:
millime supplico, si qui pro Alexandro in Aula Regia S. Mtem
vram interpellauerit, illis neque aures neque fidem adhibere velit,
sunt enim quidam qui plurimum huic manifesto corporis et sanguinis
Jesu Christi hosti fauent, molientes vt S. Mtis Regiae proscriptionis
decretum rescindi possit, quod sine summa indignitate Regia non
fieret. Quapropter S. Mti vrae, quantum demississime atque impensius
possum, supplico, pro ea in DEUM pietate, qua praedita est, non
velit se seduci permittere vt huic tam nefario homini conuicto,
execrandoque haeretico quouis modo apud S. Mtem Regiam

604

patrocinetur, quin potius ad hoc studiose intendere, vt Decretum Regium contra proscriptum, integrum maneat, et viri boni S. M^tis vrae seruitores apud Ecclesiam meam, per hominem hunc pestiferum ex Vrbe Bullis non diuexentur, a Dno DEO perpetuam pietatis suae perceptura mercedem. Quòd Praefectus Rogosnen lris S. M^tis vrae, non responderit, causa est, q illis emendatus, iam vxorem suam humanius ac beniuolentius, q prius tractet, habemusq et ego et illa S. M^ti vrae humillimas gratias, atq vnà pro longeua incolumitate, omniumq prosperrimorum successuum augmento S. M^tis vrae DEVM sedulo exorabimus. Nosq in gratiam eiusdem S. M^tis vrae suppliciter commendamus. Ex Bransberg XVj Maij M. D. XLiiij

Stanislaus Gorski Canc^s Crac: etc
Joanni Dantisco Epo Varmien

Rme domine: domine honoran^me. Salutem. Eo semper animo fui, erga vram Rmam D. vt illi me aliquando obsequiis meis, in exilitate sortis meę, probare potuissem, sed et ignotus, et homuncio sortis extremae, verebar, ne si vltro me ingererem, vanus, et ex ardelionum numero censerer. Verum et audita mihi diu et a cunctis predicata, singularis vrae Rmae Dnis humanitas: et Dos Mauritius Seruitor illius omnem ex animo meo dubitationem excusserunt. Rogo atq oro, Dignetur vra Rma D. hanc meam in scribendo ad se audaciam, vel potius studium hoc erga se meum, in bonam partem interpretari et suscipere: neq ex eorum numero, qui hic sunt plurimi, qui egregia voluntatis incli:



